

22
 p defectum ppe est locq ubi deo no cognoscit in quo 40. annis pxim
 fuit deo generatim
 Ope pmit deo alio nobis multo melior cadere causam No omni
 no ignoramus n deb: divina maiestas deponere in debile et imp
 festum intelligere sed hoc nobis futus est timere. f. qz in multo
 cadit in pximi in fit in multo peioribus no cauderem nos
 nisi omnipotenti manu tenerem. f.
 p no solum in legendo xpm in intelligendo. spando acquiri. intellige
 tra s'paz. 58 cum studeris q' scienti aiam tuam et aiam afflita
 repleveris oriet' interebry lux tua et tenebre tue erunt sicut
 meridies. 1. no cum leges n' faveris q' qn opaz fueris illu
 minabit' aia tua et reddet' clara sicut meridies. f.
 p apponere cor in rebz mundi est gen' quoddam adulterij formica
 toris et idolatrie et est contemptus dei (et utollet' qm) h'at
 idolatriam de mundo ven. spaz. 19. om' q'isti eadem) veniet
 ascendet sup nubem leuem et ingrediet' egyptu' et morietur.
 simulacra aegypti. 1. dunt' carne leue. 1. sine macula et
 verito quod p'rie est gravado seu magnitudo queda malis. et
 x' humilitas est nubes cooperens solem dimitt' manete in suo ee.
 et fulgore sicut nubes cooperit nobis h'at solem manete eque
 magna et lucida sicut antea. et ingrediet' egyptu' 1. mund' h'at
 tenebram et morietur simulacra. 1. cognoscent ho
 m'is de viciis vana pueru' nich' teneru' omi p'p'e
 in archip' p'p'itate deperem. f.
 vana p'p'itate deperem. f.
 vana p'p'itate deperem. f.



ARNOBII

AFRI, VETVSTI PARITER
 ac laudatissimi scriptoris commentarij, p'p'
 iuxta ac sinceriter eruditi. In omnes psal
 mos, Sermone Latino, sed tum apud Afro
 uulgari, per Erasmus Roterodamū pro
 diti & emendati.

auctoris in d'no

Cum D. Erasmi Roterodami Praefatione
 ad nuper electum Pontificem Romanum
 Adrianum huius nominis sextum.


auctoris d'no

Adiuncto D. Erasmi Roterod. commena
 tario in psalmū, Quare fremuerunt gentes.

Fruere lector hoc foelici
 opere, & uiue foeliciter.



in axe rubru. an de p'ra alij redierit in egyptu h'at
 g'ntie. et v'nt' m'ng' d' p'ra v'nt' d' nobis ab'nt'
 m'nt' 1. p' p'ra d' p'ra d' m'nt' p'ra
 m'nt' p'ra d' p'ra d' m'nt' p'ra



I desum ppe est locs ubi deq nō cognofat. in quo 40. annis p̄xim)
 fecit deq generatim.
 p̄pe p̄mit deq alios nobis multo meliorē cadere causam No omni
 no ignoram) n̄ deb. divina mageſtas obſervare m. debite et imp.
 feſtum intelligere ſed hoc nobis futu) eſt timere. qz in multe
 cadit nri p̄xim) inſat in mults peccatis nō caderem) nos
 niſi omnipote) manu tenerem.
 p̄ no ſolum in legendo ſed in intelligendo q̄pando acquirit) intelhuē
 tua ḡare. 58 cum ſtudery q̄vienti aiām tuām et aiām afflita
 replerery oriet) tenebrar) tuarum et tenebre tue erunt ſit
 meridies). 1. nō cum loqery n̄ ſciver) ſ̄ qn̄ opat) fier) illu
 minab) aiā tua et reddet) clara ſit. meridies) ſ̄
 I apponere cor in rebz mudi est gen) quodda adulterij formica
 tione et idolatrie et est contempt) dei (et utollet) p̄n) h̄at
 idolatriam de mudo ven. q̄ave. 19. on) agiti eadem) p̄mier
 aſcendet ſup nubem leuem et ingredit) egyptu) et movebit
 ſimulacra aegypti). 1. cultum carne ſcū. 1. ſine maula et
 verto quod p̄rie eſt granedo ſeu magnitudo queda malij et
 h̄umilit) eſt nubes cooperens ſolem dimitt) manete in ſuo rē
 et fulgore ſit. nubes aegit nobis h̄at ſolem manete eque
 magnū et lucidū ſit antea. et ingredit) egyptu) 1. mudi h̄at
 tenebrarū et movebit) ſimulacra. 1. cognoscent) ho
 miny ad) nri p̄xim) h̄at eſt p̄viti) omni bono cogit)
 p̄viti) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim)
 pauper) deſertem).
 alacde de eubereā
 et p̄ro



ARNOBII

AFRI, VETUSTI PARITER ac laudatissimi scriptoris commentarij, piij iuxta ac sinceriter eruditi. In omnes psalmos, Ser-mone Latino, sed tum apud Afros vulgari, per Erasmum Roterodamū pro-diti & emendati.

auctoris daturati

Cum D. Erasmi Roterodami Prefatione ad nuper electum Pontificem Romanum Adrianum huius nominis sextum.

auctore daturati

Adiuncto D. Erasmi Roterod. commen-tario in psalmū, Quare fremuerunt gentes,

Fruere lector hoc foelici opere, & uiue foeliciter.





mare rubru. on desum alio) redierunt in egyptu) subruat) p̄viti)
 gmine. est velt) mudi p̄viti) q̄viti) ad) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim)
 mudi) 1. p̄viti) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim) nri p̄xim)
 mudi) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti) p̄viti)

transit in iudicium. i. si mihi imitat ppij viri in
 hoc et. sustineri impem. trahendy. jordan ut Venia
 ad tri. pmissory. i. ppij iudicium seu sentire ppiu. ff.

pauperes venire no sine vny daly m...

Biblioteca Universitaria
 GRANADA
 Sala _____
 Estante _____
 Tabla _____
 Numero _____



S. D. N. ADRIANO
 HVIVS NOMINIS SEXTO PONTIFICI

Romano nuper electo Erasmus Roterodamus. S. D.

Auctor digna
 eius, cetera per
 meum.



VVM FACILE diuinarem Beatissime pater, quanta gaudiorū ambitione strepitūq; Roma foret ex-
 ceptura longe gratissimi pontificis aduentū. præsertim
 tot iam mensibus desideratum, ratio mihi quæ ita est, ut
 inter tot milia gratulantium, inter tot adclamantiū &
 adplaudentium agmina, inter tubarū uoces, & bombar-
 darum tonitrua, tamen humilem, exili uoce, deniq; pro-
 cul etiam absentē non omnino mutū agnosceres Eras-
 mū, ut quondam tuæ doctrinæ Theologicæ auditorē, & integritatis admi-
 ratorē, ita nunc tuæ sollicitudinis Apostolicæ ouiculā. Sic Zachæo pusillo
 quæsitum sycomori præsidit, ut uideret Iesum & ab eodē uideretur. Imo nō
 tam hæc ratio mihi quæsitæ est quam ultro oblata. Benignitas enim domini
 Iesu, cuius peculiari uoluntate ad istuc muneris ascitū esse te persuasum est om-
 nibus, quū pollicita sit inuenturos eos qui quæsisent, mihi non quærenti:
 organum, ni fallor, aptissimū obtulit, quo tibi gratulationis officium, haud
 quidē uulgari more persoluerē. Obtulit enim psalterium Dauidicum, digi-
 tis Arnobij, peritissimi psalmistæ, mea sententia dulcissime resonans. Et si
 quid faciunt ad magnificentiam, tedarū ac funaliū flammæ, habet hoc orga-
 num non solū efficacē & amabilē pijs auribus tinnitum, uerum etiā habet
 & ignem suū, habet suas & faculas, de Christi igne lucentes, quē ille uenerat
 sparsurus in terras. Hoc ut longe magis decorū est uere Theologo et integer-
 rimo Pontifici, ita nō dubito quin sit & multo gratius futurum animo tuo,
 quam lituorū cantus, aut tormentorū æneorū crepitus, aut inconditæ popu-
 litumultuantis adclimationes. Sed ne molestus sim ænigmati, rem ut ha-
 bet simpliciter eloquar. Eodē ferme tempore, quo huc rumor omnibus læ-
 tissimus allatus est, te magno consensu Cardinaliū ascitū ad pontifici Roma-
 ni culmen, missi sunt ad nos e uenerabili collegio ad disciplinæ regularis no-
 mine cū primis cōmendato, quod inter Vuormaciā Vangionū ciuitatē, &
 Spiram Nemetarū urbē situm, uulgo dicitur FrancKental, commentarij in
 psalmos Dauidicos, Arnobij titulū præseferentes. Qui mittebant, non cō-
 fidebant placituros, uel quod ieiuni uiderentur, uel quod impolite sermo-
 ne passim manifestarijs solocismis scatētes. uerū simulatq; degustadæ lecti-
 onis gratia, unā atq; alterā pagellā euoluissē, sensi protinus nō illā esse uul-
 garē infantia, sed expolitissimā impolitē, & copiosissimā breuiloquentiā.
 In uerbis duntaxat esse parsimoniā ac neglectū, in sensibus amplissima splē-
 didissimaq; esse omnia. Quoq; sum altius ingressus, hoc magis mihi creuit

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
 GRANADA

AD ADRIANVM P. MAXIMVM

operis admiratio, ut plane sentire mihi thesaurū quempiā insignē oblatū. sed ut Pauli more dicā in uasculo fictili. Cœpit me semper fateor, in auctori bus etiam sacris sermonis mundities, & offendit balbuties. At utinā nobis contingant plures, qui de mysterijs scripturarū sic balbutiant, ut hic Arnobius, tanta luce, tanta eruditione, tam fecunda breuitate, tanta deniq; san/ ctimonia. Sed ne sermonis incōditi, multisq; locis solœci præiudiciū ope/ ris autoritatē eleuet, præsertim apud eos, qui ex orationis uitijs, prudentiā etiam, aut eruditionem æstimare solent scriptoris, priusquam aggrediar de laudibus auctoris & operis dicere, primū illud lectorem admonitum uolo, quicquid hic est solecismorum, nō esse profectum ab incitia, sed a iudicio, nec homini imputandum, sed tempori. Quum enim Arnobium eloquen/ tiæ professione clarum fuisse constat, etiam antequā fidei nostræ mysterijs initiaretur, quumq; Lactantius discipulus satis delectet, quam non infans fuerit ille præceptor, quumq; Cathecuminus scripserit eloquentissimos li/ bros aduersus gentes, Tertullianum imitatus, quemadmodum hunc imita tus est Lactantius, non potest imperitiæ uideri, quod in hoc opere, tot solœ cismi cōperiantur, præsertim adeo manifesti, ut uix Holcot aut Bricot solœ cismi cōperiantur, præsertim adeo manifesti, ut uix Holcot aut Bricot solœ cismi cōperiantur. Nec est, quod hinc suspicemur hūc Arnobium esse diuersum ab illo, cuius opus aduersus gentes etiam ob orationis elegātiā laudatur. Idem scripsit, sed nō scripsit hō. Illud opus scripsit eruditus, hoc scripsit uul/ go. Constat autē apud Hispanos, Afros, Gallos, reliquasq; Romanorū pro uincias, sic sermonem Romanum fuisse uulgo communē, ut Latine concio/ nantem intelligerent etiam cerdones, si modo qui dicebat, paululum sese ad uulgarem dictionem accommodasset. Declarant hoc conciones ac disputa/ tiones quædam Augustini apud populum habitæ, quas ex ipsa re constat non ab Augustino scriptas fuisse, sed a notarijs exceptas, qui non solum re/ tulerunt in scriptū, quod dicebatur, sed etiam quod agebatur. Quos si quis postulet sibi ceu digito monstrari, unde huius rei possit experimentum certum capere, legat disputationem Augustini cum Maximino, & conferat initium disputationis a notarijs exceptum, cum eius operis fine, quem ipse descripsit, quod Maximinus se subduxisset disputationi, Legat duas concio/ nes, quibus expurgat famā de clericis suis sparsam in populo, Legat oratio/ nem, qua ex populi suffragijs sibi designat episcopum successurum, & in le/ uioribus negocijs futurū uicarium, Legat cantionem aduersus Donatistas, quā uulgo canendā lingua uulgari descripsit. Hęc si quis conferat cū his, quę scripsit eruditus ueluti de Trinitate, de Ciuitate dei, facile colliget quātum in terfuerit inter sermonem eruditorum, & imperitiæ multitudinis. Ac nec Ro/ mę quidem eo tempore, quo maxime florebat ea lingua, omnes loqueban tur quemadmodum loquebatur Cicero. Et iam tum uulgus usurpabat sibi quædam suo iure, quę docti damnabāt. Dixerit aliquis, quid uenit in men/ tem Arnobio uiro facundissimo, ut hos commentarios plebeie lingue com mittere uoluerit. Primū olim nihil erat popularius psalmis Dauidicis, adeo

ut hinc

D. ERASMI ROT. PRAEFATIO.

ut hinc & arator aliquid modularetur ad stiuam, & nauclerus ad clauum, & nauita ad remum, & fossor ad glebam, & textor ad stamen, & uxor ad colum. Deniq; infantes hinc aliquid gestirent canere nutrici, priusquam fari nossent. Tantus amor olim habebat omnes huius diuinæ musicę, quam nunc pleriq; fastidiunt etiam sacerdotes. Proinde uoluit Arnobius ab om/ nibus intelligi, quod uidebat cantari ab omnibus. Persuasit hoc illi Christia/ na charitas, quæ studet prodesse quam plurimis. Maluit balbutiens utilita/ tem adferre multis, quā eloquentiæ laudem auferre apud paucos. Et hanc linguam popularem intelligebant & eruditi, ut nec illis periret fructus my/ sticę cognitionis, quo percepto non oportet orationis phaleras efflagitare. Adiciam & alteram causam ex mea suspitione, ut ego quidem arbitror non improbabilem. Refert diuus Hieronymus in appendice quadam, quā attexuit chronicis Eusebij Cæsariensis, hunc Arnobium quum ethnicus ad huc in ciuitate Sicca iuuentutem institueret ad declamandum, in somnijs adactum fuisse, ut flagitaret baptismum. Quumq; non impetraret ab epi/ scopis quod petebat, quod illis persuaderi non posset illum sincero animo uelle profiteri religionem, quam hæcenus impugnasset, elucubrauit aduer/ sus pristinam religionem luculentissimos libros, atq; his tandem uelut ob/ sidibus datis, pietatis sedus impetrauit. Porro ne quid suspitionis etiam hereret in animis simplicium Christianorum, qui superbam illam & artifi/ cio sucatam eloquentiam uel oderant, uel habebant suspectam, in his com/ mentarijs deposuit omnem rhetorices strepitum, seque ad infimæ plebis orationem deiecit, quo declararet sese toto pectore Christianum esse. Nam opus hoc suscepit iussu duorum episcoporum, Rustici & Laurentij, quem/ admodum ipse testatur sua præfatione. Atq; hoc factum obedientiam uo/ cat, ut cōiectura sit, aut cathecumenum loqui, aut certe recens Christianū. Proinde si quis reputet, quibus ista scribat Arnobius, non debet uideri so/ læcismus, si quid inciderit diuersum a consuetudine loquentium emenda/ tius, imo solœcismus erat, nisi sic fuisset locutus. Veluti si quis nūc uulgo Ro manorum hodie loquatur, quemadmodum olim loquutus est diuus Gre/ gorius, quum adhuc esset sermo popularis incorruptior, aut si quis apud Hispanos uerba faciens, secus loqueretur quam habet publica illius gentis consuetudo, duplex incommodum lucrifaceret, Primum non intelligere/ tur ab ijs quibus loqueretur: Deinde ut Barbarus offenderet ac rideretur. Quare scriptoris huius exemplum nihil suffragatur his, qui quum scribant literatis, & ea lingua, quę temporibus his nihil habet commercij cum po/ pulo, tamen laudi quoq; sibi uerti uolunt, quod ineptis sensiculis, sermonis ineptiam uincunt. Nam præcipua uis eloquentiæ in rerum inuentione sita est. Quanquam nunc quoq; non est fastidienda in scriptore Christiano munda simplicitas, modo sicut absunt phalera, lenociniaq; sic absint & sor/ des. Neq; enim Arnobius si nunc scriberet, hōdem uteretur solœcismis, sed aut plane Gallicę scriberet, si uulgo Gallorum scriberet, aut pure Latine, si

a 3 scriberet

scriberet literatis. Nimirum huius generis erat Apostolorum sermo, quo nobis nouum testamentum literis prodiderunt. Sic tum aurige loquebantur & nautæ. Talis erat sermo, quo primum in linguam Latinam translatus sunt noui testamenti libri, in quibus si qui solœcismi nunc offendunt aures literatorum, magis adscribendi sunt illorum temporum receptæ consuetudini, quam interpretum imperitiæ. Sed ut tum expediebat sic scribere, quia populo scribebatur, ita nunc ineptum sit adfectare solœcismos, qui nec illi teratis profint, & literatos offendant, & rem obscurant, & auctoritatem scriptoris eleuent. Cæterum ut satis constat populum corrupisse Romani sermonis puritatem, ita uerisimile est apud alias nationes, alijsq; temporibus aliter fuisse corruptum. Certe duo quædam deprehendimus in hisce commentarijs, quæ diuus Aurelius Augustinus testatur ætate sua uulgo corrupte solere pronuciari. Nam in commentario psalmi centesimi tricesimi octauo, ossum pro os, unde ducitur paternus casus Ossis, & multitudinis casus ossa. Et floriet pro florebit, non semel ab hoc positum est, & ita ut satis appareat non esse casu factum, & quum dixisset os, uelut interpretans populo, adiecit, id est, ossum. Vtriusq; rei meminit diuus Aurelius Augustinus in opere cui titulum indidit de doctrina Christiana. Siquidem libri tertij capite tertio scribit hunc in modum, de uocibus ambiguis differens: Nam quod scriptum est. Non est absconditum a te os meum, quod fecisti in abscondito, non elucet legenti, utrum correpta litera os pronuntiet an producta. Si enim corripiat, ab eo est quod sunt ossa. Si autem producat ab eo quod sunt ora, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione diiudicantur. Nam in Græco non *σῶμα*, sed *ὄσσεον* positum est. Vnde plerumq; consuetudo loquendi uulgaris utilior est significandis rebus, quam integritas literata. Mallem quippe cum Barbarismo dici, non est abs te ossum meum, quam ut ideo esset minus apertum, quia magis Latinitum est. Idem libro secundo capite decimo tertio de uitjs sermonis disputans: Illud, inquit, etiam, quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum: super ipsum, floriet sanctificatio mea, nihil profecto sententiæ detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet, sed florebit diceretur, nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium. Ex his colligere licet hos commentarios et Afris fuisse scriptos, & priscis illis temporibus, fortasse præstitit & alios aliquot Barbarismos in dicare, quo minus offendatur præmonitus lector quum inciderint, ne uel statim mutet scripturam a librarijs deprauatam suspicans. Pœnitementi uerbo, non raro usurpat deponentaliter. Item tribulantes frequenter ponit pro ijs qui adfliguntur, non qui adfligunt. Similiter confundentes pro erubescentes, quasi tribulari & confundi deponentia uerba sint non passiuæ. Hoc flos, & hoc ros constanter pronuntiat genere neutro, nimirum ad formam os oris. Carendi & utendi uerbo adiungit accusatiuum. Hæc manna mannae inflectit;

inflectit, ut nos Anna annæ. Græcorum exemplo sæpenumero nominatiuè ponit absolute loco ablatiui, uelut in commentario psalmi centesimi decimi quarti, & psalmi octagesimi quarti. Nonnunquam adiungit casum, nõ quem recipiunt ea uerba, quibus utitur, sed quem admittit uerbum quod circumloquitur, ueluti psalmo octagesimo octauo. Memor esto Apostolos pro memento Apostolos. Ad tropare dixit alicubi, uoce nimirum id temporis uulgata magis quam proba, pro eo quod erat per Tropologiam adplicare. Hanc uocem paratura, quæ Tertuliano peculiaris est, nonnunquam & apud hunc inuenies, qui ut ætate præcessit Arnobium ita gentis eiusdem fuit. His non dissimilia quædam obuia sunt in libris Augustini maxime ijs, quibus loquutus est apud populum, uelut subdiacones & diacones, & baptismum genere neutro. Hæc referre uisum est, ne cui sordescat opus eruditum iuxta ac pium, ob hæc & eiusmodi sermonis uitia, quæ apud eos quibus tum scribebat adeo uitia non erant, ut si secus dixisset, habitus fuisset barbarus. Poteram mutata phrasi, & adiectis paucis exiguo labore totius operis gloriam in me transferre, sed primum illud semper alienissimum fuit a moribus meis, alieni meriti gratiam mihi suffurari, Deinde uisus est Arnobius indignus, qui hac portione laudis apud posteros fraudaretur. Interciderunt illi laudati libri, quibus pugnat aduersus gentes. Saltem hoc superfit illius toties Hieronymo laudati ingenij monumentum. Atq; huius quidem operis in cathalogo scriptorum illustrium non meminit Hieronymus. Fortassis in causa fuit, quod is liber, ut uulgo scriptus, tantum in Africa circumferebatur, Aut notior erat, omniumq; manibus tritior, quam ut Hieronymus pariter recensendum. Ita rebus nonnullis nimia celebritas obliuionem induxit. Hac nimirum occasione nunc desideramus titulos operum Origenis. Simili casu fueramus ignoraturi libros Tertuliani, nisi nuper aliquam partem felicior studijs deus prodidisset. Proferam & aliud argumentum, unde præter stili coniecturam possis antiquitatem scriptoris colligere. Aliquot hereticorum per occasionem meminit, Manichæi Nouati, & Arrii, sed nullius, cuius ætas posterior fuerit ætate Arnobij. Nam Arrianam hæresim adparet huius ætate fuisse exortam. Floruit enim sub imperatore Diocletiano, circiter annu orbis redempti trecetesimum uigesimum nonu. Ceteru nec Donatistarum, nec Pelagianorum meminit, quum utraq; pestis hæc exorta sit in Africa, quorum priores hoc defuncto, aut admodum sene exortos adparet, alteros ætate Augustini constat extitisse. Et tamen Arnobius hic uno atq; altero loco disputat de libero arbitrio, ubi non tacuisset Pelagium, si ille fuisset antiquior. Quum igitur demonstratum sit in his quæ sola poterant offendere, nihil esse quod debuit quenquam offendere, quum & auctor in tantopere nobis commendat Hieronymi auctoritas, quum opus ipsa tanta commendat antiquitas, nunc paucis aperiam quæ me tantopere rapuerint in huius uoluminis admirationem. Primum illud in confesso est, inter omnes sacræ scripturæ libros, nullum esse mysterijs abstrusioribus plenum, quam librum psal-

AD ADRIANVM P. MAXIMVM

morum, nec alium esse maioribus tenebris opertum uerborum ac sententiarum. Atque in tali argumento simul & breuem esse & dilucidum, quod hic utrumque mire prestat, mihi uidetur hominis pariter & exquisitę facundię, & penitus intelligentis rem de qua loquitur. Nullus enim paucis explicat, quę parum intelligit. Nullus tam obscura tam dilucide posset efferre, nisi dicendi rationibus omnibus exercitatissimus. Nusquam est prefationum ac digressionum ambagibus molestus, sed ubique preclarus artifex, festinat et in medias res, non secus ac notus auditorem rapit, quod in Homero laudauit Flaccus. Nec usquam est ambitiosus in citandis sacrorum uoluminum testimonijs, sed totus sermo uelut ex emblematis ac tessellis arcanę scripturę concinnatus est, ac frequenter ita contexit psalmi quem exponit uersus aliquot, ut paucis uerbis additis, etiam illa lucem habeant, quę non interpretatur, sed ita refert, ut perpetui sibi que coherentis sermonis tenor suam habeat gratiam. Iam quod in perspicuis etiam argumentis difficillimum est, sic docet aperte, ut nihil tamen sinat frigere ab adfectibus. Plus indicat orationem quam loquitur, ac properans multum & cogitationum, & aculeorum relinquunt in animo, ut nescias utrum prius in te efficiat, ut intelligas, an ut rapiaris. Iam hoc non solum est eruditi, uerum etiam amantis quod docet. Si quid incidit, quod ex reconditis antiquarum rerum historijs, aut ex eorum libris, qui de naturis animantium, aliarumue rerum petendum erat, nihil est tam abstrusum apud Ethnicos, aut sacros etiam scriptores, quod hic paucis uerbis non indicet, nihil interim ostentans, aut iactans uarietatem eruditionis, quod in nonnullis etiam magni nominis scriptoribus sepe nobis molestum est. Sed rem uere sacram, Apostolica quadam simplicitate sinceritateque tractat. Nec congerit aliena, nec usquam uim facit scripturę diuine, sed quicquid adducit, ei loco natum esse dicas. Maluit enim optima referre, quam plurima. Porro quum a iocis abstinere, quos argumenti scueritas non patiebatur, tamen sentias per totam dictionem, fusam esse perpetuam quandam festiuitatem & iucunditatem. Nusquam ipse languet aut dormitat, & semper alacritate dictionis sobleuat ac recreat lectorem. Sic incipit, ut ilico reficiat: sic properat, ut non possit somnus obrepere, sic sinit, ut sitientem adhuc, & plura cupientem dimittat. Iam quum in Tertuliani, Origenis, ac omnium pene ueterum libris quędam admixta sint, quę aut manifestum habent errorem, aut suspecti dogmatis sunt, hic sic ubique temperat calamum, ut nihil usquam compererim, quod ulli hæresi sit affine. Nam quod scribit in commentario psalmi decimi quarti. Iesus autem immaculatus solus, uirginem aulam ingressus ipsum tabernaculum a maculis carnalibus liberauit. Non sensit de maculis quę ante ingressum Christi fuissent in Maria, sed quę in alijs foeminis esse consueuerunt, a quibus Christus suam matrem seruauit immunem, & auxit castitatem potius quam uiolauit. Quin & ecclesię Romanę uidetur hoc honoris deferre, ut extra catholicam ecclesiam sit, qui sit ab hac alienus, quę totius ecclesię tenet prin-

D. ERASMI ROT. PRÆFATIO.

neat principatum, quęque Petri Apostolorum principem meruerit habere pastorem. Locus est commentario centesimo sexto, & in commentario psalmi centesimi tricesimi octauo. Docet eximia quandam potestatem Petro tributam a Christo, quem ter negauerat, haud dubie loquens de potestate pascendarum ouium. Deuotis aliquoties meminit, sed his duntaxat quibus in baptismo Christum professi, mundo satanęque renuntiauimus, non quod arbitrer illum reliqua uota contempsisse, sed quod hæc, ut sunt, præcipua duxerit. Nec dubito quin in his commentariolis, Origenis industria fuerit adiutus, qui in nullum opus diuinae scripturę frequentius ædedit commentarios quam in psalterium. Nam locis aliquot declarat se Gręca calluisse. Sed interim dixerit mihi quispiam, quid hic gratię tibi postulas, qui nihil largiris de tuo? Non recuso quo minus tota laus sit penes Arnobium, modo quam plurimum utilitatis hinc manet ad uerę pietatis candidatos. Et tamē est aliquid prodidisse librū ante hac obscurū, atque etiā ob dictionis uitia contemptū. Est aliquid huc perpulisse Ioannē Frobeniū, ut suo sumptu suoque periculo nouū opus excuderet suis formulis. Non enim semper æque sceleriter illis cadit editionis alea. Postremo uix quisquam credat quantum fuerit negocij in castigandis erroribus scribæ, quod ut facerē, sæpe totus psalmus erat relegendus, ut illinc subodorarer lapsus occasionē. Erant obseruandi familiares huius operis solocismi, ac barbarissimi, Alicubi res plane Delium quempiam natatorē postulabat, aut Sibyllam potius. Huius generis unū exemplū dabo commentario septuagesimo septimo. Scriba non intelligens sic pinxerat, quod aures in faciens. His uerbis quum nihil omnino significaretur, diuque me torissem, diuinaui id quod res est scriptū fuisse, quod auersim faciens. Nam in plerisque scripturis figura huius literę. x. non multum abhorret ab. r. Itaque scriba Græce prorsus ignarus, & Latine minimū doctus, ex auersim fecerat aures in. Itē commentario centesimo quinto scriptū erat, Suscipiat regulam pœnitentię, excluso noua ita ut centesimum quintum psalmum &c. Nos ex coniectura restitui mus, excluso Nouato, siue Nouatiano, Nam uterque fuit eiusdem hæresis, nec admittebat pœnitentem. Nouum igitur opus nouo pontifici, Sanctum ac Theologicum opus integerrimo Theologo pontifici dedicamus. Id, uti spero, tua sanctitas hoc libentius accipiet, quod hoc munusculo nihil ueniamur. Sumus enim nostra quauis tenui fortunula contenti, nisi ut hoc opus tuis auspicijs exeat in manus hominum, hoc nimirum uberiorē pietatis fructum allaturus, si tuo calculo fuerit comprobatus, quę ad istud dignitatis fastigium non ambitio, non ullus fauor humanus, sed, ut confidimus omnes, propitij numinis uoluntas euexit, ut esset non minus optimus integritate, quam maximus autoritate, qui hos impios orbis Christiani tumultus, iam heu nimirum diutinos, ac semper in peius gliscentes aliquando componat. Videmus duos præcipuos orbis monarchas infensis animis inter se conflictari, uix ullam portionem orbis nostrę immunem a bellis, a cędibus, a prædationibus. Et quanquam religio Christiana, quę olim omnes mundi plagas occuparat, nunc Europę angustijs minor sit, tamen hæc quoque sectarum, ac scismatum

ac scismatū pernitiōsis desidijs misere dissecta est. Atq; interim sic tumultuā tibus imminet Turca. In rebus tam afflictis, magna quaedā spes habet animos honorū omniū fore, ut discussis tēpestatibus, per te nobis serenitas ac tranquillitas redeat. Pollicentur hoc nobis quum aliq; res permultę, tum eruditio tua nō vulgaris, deinde ista morum integritas a primis annis ad hanc usq; etatē spectata cūctis. Pręterea senectus ista, quę nō sinet te alio spectare, quā ad gloriā Christi, ac profectū Christianę pietatis. Postremo summus cū Cæsare Carolo cōsensus, cuius autoritas ac potētia hoc pręstabit, ut possis etiā efficere, quod optimū esse iudicabis. Certe ad tantā corruptissimorum morū luem emouendā ualidis incantamentis est opus, ac uenefico quodā artifice, qui incantet sapiēter. Eam ad rem nos organū aliquod nouū porreximus, nō quod deesset psalteriū Dauidicū, sed quod apud plerosq; iaceret. Habet hoc, ut ferunt, humana musica, ut adfectus hominū aut concitet, aut moderetur, si quis artifex certas harmonias apte moduletur. Timotheus solitus fertur Alexandri Macedonis animū ad bellū certis modis accendere. Pythagoras spondeos ad Phrygiū modū occinens, amore lymphatū adulescentē ad grauitatē immutauit. Simile quiddam fecisse narratur Empedocles, qui certis modis musices adulescentē iam ira percitū & in ca dē ruentē, ad sanitatē reuocarit. Et quanquam fabulosa uidentur quę de Mercurij atq; Orphei cithara prodidere ueteres, tamen hęc ipsa figmeuta nata sunt ex artibus miraculis. Certe Terpandri atq; Arionē apud Lesbios atq; Ionios multis & grauibus morbis, harmonijs musicis mederi solitos, narrant rerū gestarū scriptores. Ismenias Thebanus apud Bœotos multis Ischiaticis cruciatum, apto modulamine exemisse legitur. Nam quod ait Vergilius.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

ut a poeta dictū contemni poterat, nisi nostrę quoq; literę meminissent uenefici incantantis sapienter, & aspidis surdę. Dauid sua cithara succurrebat Sauli, quoties a spiritu domini malo agitabatur. Quod si tantā uim habet humana musica, ad mutandas adfectiones corporū, & animorū, quanto credenda est efficacior cęlestis hęc ac diuina musica ad purgandos animos nostros, a morbis spiritualibus, ac spiritibus huius seculi malis. Ingēs morbus est ambitio, pessimus spiritus est liuor & odiū. Atq; huiusmodi pestibus maxima pars Christianorum tenetur, nec his sepe liberis, quos oportebat alijs mederi. Prophanis olim erant & uerba & uoces, quibus animi dolorē lenire possent, & magnā morbi deponere partē, & Christi musica nō habet uerba & uoces, quibus excantemus animis nostris amorē rerum fluxarum, & incantemus amorē rerum cęlestiū. Pythagoras habuit modos, quibus iuuenem amore furentē, ad sobrietatē reuocaret, & Christianus psalter non habet modos, quibus principes insanissimis bellis, sic inter se sine fine tumultuantes, ad pacis amorē reuocet. Sed ipsi prius nobis hac musica medeamur oportet, quā aliorū morbis mederi paremus. Nulla est scripturę sacrę pars, quę non habeat efficaces modos, modo ne uelut aspides surdę obturemus aures

mus aures nostras, ne penetret in animos nostros diuinę uis incantationis. Sed mea sententia nulla efficaciores, quam psalmodiū in quo diuinus ille spiritus secretissimas suorum mysteriorū delicias nobis reconditas esse uoluit, ac modos quosdā efficacissimos reposuit, quibus transformaremur in adfectū Christo dignū, tantū adsit, qui scite moueat huius psalterij chordas. Hoc peculiare munus est episcoporum ac sacerdotū. Et tamen sibi quisq; psalter esse possit, aderit mouenti chordas, & arcanā uim aspirabit intus, si modo purus & ardens adsit animus, hoc est, si purgatę mentis aures. Utinā tua sanctitas nobis referat illū huius musices peritissimū Dauid, qui non solū ipse modulatus est, sed & alios cantores multos instituit. Dauid autē typum gerebat Iesu Christi psalter nostrum, qui nablo corporis sui in cruce tenso, nihil uulgare aut terrenū sonuit, sed harmoniā patri gratissimā, & nobis efficacissimā modulatus est. Quam suaue sonuit illa charitatis chorda. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt. Habet & mundus organa sua, sed quę inferne reddunt sonitū inamabile. Quid enim loquitur irę fides? Ulciscere, spolia eię occide. Quid sonat ambitionis neruus? Dilata ditionē, nec iuris iurandi aut pietatis sit ratio, quoties agitur de imperio. Quid crepat auaritię chorda? Vides nemini bene esse, nisi qui plurimū possidet, per fas nefasq; cōgere, rape, serua. Quid sonat luxus ac libidinis chorda? Hic suauiter uiue, quid post hęc uitā habiturus sis incertus. Sic pessimā harmoniā reddit liuoris & obrectationis chorda. Hęc nimirū est mūdi musica, quę modis huiusmodi pessimis incantat nobis pestiferas cupiditates, ac Sirennū in modum male dulcibus cantilenis nos pellicit in perniciem. His modis ebrij lymphaticq; sic belligeramus, tumultuamur, ambimus, rapimus, irascimur, ulciscimur, mordemus inuicē, ac mordemur. Sed ille cęlesti musica tactus erat qui dixit: Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutū, cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini. Rursum ille: Factū est cor meum tanquā cera liquecens in medio uentris mei. Adflauerat Apostolus huius harmonię uis quā aiunt: Domine quo ibimus? uerba uitę habes. Suauissimus autem ac modulatissimus cōcentus est, quoties e charitate pudicitia, sobrietate, modestia, ceterisq; uirtutibus concors quędā uarietas resonat. Habet & modulos suos pro argumēto diuersos hęc musica. Sunt quibus flebili, sed deo gratissimo cantu deploremus peccata. Sunt qui nobis animos ac robur addant ad fortiter resistendū diabolo. Sunt alacres ac læti quibus gratias agamus deo pro suis in nos beneficijs. Sunt quibus cōsolemur ac deliniamus afflictum. Deniq; nihil malorum habet hęc uita, quod non facile feramus, si quemadmodum Colossensibus scribit Paulus: Nos inuicem doceamus, & commonefaciamus cantionibus ac laudibus, & cantilenis spiritualibus cum gratia canentes in corde nostro domino. Et quicquid egerimus sermone aut facto, omnia in nomine domini Iesu faciamus, gratias agentes deo & patri per filium. Erit autem hęc musica gratior deo si frequens chorus concordibus animis ac uocibus moduletur. Sed ut ad psalmodos Dauidicos redeā, nemo potest huius

AD ADRIANVM P. M. ERAS. ROT. PRAEFATIO.

est huius modulationis sentire dulcedinem, nisi sensum mysticū perceperit. Quid est enim alioqui, quod pleriq; monachi ac sacerdotes tāto cum tēdio psalmos hos sonant? Nimirū quia spiritu canunt non mente. Quod si quibus non uacat prolixos aliorū cōmentarios euoluere, horū fastidio succurreret Arnobius, qui sepe psalmo ipso breuior est, ut qui huius cōmentariolū legit, simul & psalmū cecinerit & didicerit. Sit igitur hęc p̄cipua cura sacerdotibus, ut semel intelligant, quod quotidie recinunt, Ita fiet, ut plus capiant solatiū ex uno psalmo, quē intellectū mente cecinerint, quā ex quadraginta spiritu decantatis. Illud in primis oportet esse persuasissimum, psaltē nostrō, sic uisum esse spiritui sancto, & optimo consilio uisum, arcana sapientiē cœlestis huiusmodi figuratū inuolucris obtegere. Eruendi mysteriū ipse Christus in Euangelio, & Apostolicē literē uiam nobis aperiuit. Horū uestigijs ingressi, ueteres orthodoxi reliqua nobis prodiderūt. Sed mea sententia nemo sanctius Arnobio. Quanquā is potissimū occupatus est in sensu explicando, qui pertinet ad Euangelicā historiā, ut quemadmodū scribit Paulus Apostolus, ex fide in fidem magis nobis confirmetur scientia Christi, dum quicquid in Euangelicis literis gestū legimus, in psalmis p̄dictū conspicimur. Atq; hęc sane pars in tractando difficilima est, qua recte comperta, facile uel ex sese reliquos sensus addiuinant, qui in mysticis literis sensus habēt exercitatos, qua de re non nihil attigimus in cōmentario quo nuper explanauimus psalmū: Quare fremuerunt gentes. Sed ut aliquando finia Beatissimi pater, orat & expectat illud ab uere cū primis populus Christianus, ut ar repto psalterio Christi, melodiā aliquā uere apostolicā incinas, quę principū ac populorū animos iungat Christiana cōcordia, quę perniciosas opinionū pugnas discutiat, quę ad cœlestiū bonorū amorē inflammet, regno cœlesti destinatos. Non gratulor tibi dignitatē istam, non gratulor patrię, atq; etiā diocesi mihi tecū cōmuni, cui nunc primū contigerit Romanū habere pontificē, Non ambio ut apud te mihi prosit, uel patrię affinitas, uel uetus inter nos consuetudo, sed orbi Christiano gratulabor, si, quod fore confidimus, ita tractaris munus istud Apostolicū, ut mundus intelligat tantū de Romę cōtigisse pontificē, cui Christi gloria nihil sit antiquius, quicq; Petri ac Pauli spiritū referat uerius, quā titulos, Qui Christi uicariū sic gerat, ut orbis sentiat Christi spiritū in illo uersantē, & agentē. Audiet mihi crede populus ueri pastoris uocē, ac p̄opte sequetur grex Christi uestigijs p̄seuntē, neq; grauatim agnoscet Apostolicā pietatē. Hęc conanti precor, ut adspiret dominus Iesus pastorum princeps Amen. Basileę Calend. Augusti. Anno. M. .D. XXII.

ARNOBII IN
COMMENTARIOS SVOS SVPER
PSALMOS PROLOGVS.



CHARISSIMIS PATRIBVS LAVRENTIO & Rustico Episcopis Arnobius. Silentium bonum esse nemo est qui nesciat, sed tunc taciturnitas probatur esse contraria, quando ad loquendum iubentis compellit autoritas. Si enim uobis iubere licet, nobis contemnerē non licet. Non est p̄sumptionis, sed obedientię hoc quod psalterij uenas pulsare potius, quam patefacere studemus. Hoc considerantes, quod nullus sitiens p̄p̄arantibus aquam, irascitur, Alij parauerint uiua fragrantia mella, Alij nectaris plena liquoribus pocula, nos ex sarculo oris nostri: terram hinc inde lacero uerberantes impulsū, Dauidicum laticem, licet tenuiter sitim patientibus aperimus, sitientes ut bibant. Hi autem qui cum apostolis tertia die hora ebrii sunt in spiritu sancto lætentur & floreat, nulla tamen sitientibus impedimenta patiantur inferri. Neq; enim qui uino exuberant, aquam uolentes bibere prohibent. Habeant ergo nobiscum pacem uniuersi lectores, qui nos licet rusticos catholicos comprobent, & psalmum cuius explanationem legunt prius examinent, ut dum eius legerint sensum ad eum pertinere sentiant, quem explanationis textus ostendit. Ipsi quidem melius hoc potuistis facere qui iubetis. Non enim impossibilitatem uestram, sed occupationem ostenditis dum quod nos iubetis facere, uos melius hoc potueritis implere.

Psalmus Dauid



BEatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię nō sedit. Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet, & omnia quęcunq; faciet prosperabuntur. Non sic impij nō sic, sed tanquā puluis quem proijcit uentus a facie terrę. Ideo non resurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum, quoniam nouit dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit.

Primus psalmus unde scit beatitudinem perisse, inde recuperat. In consilio impiorū abiit adam, id est, in serpentis & mulieris. Et nunc Adā nobis ster, id

ster, id est, cōsensus noster beatus erit, si nō abierit in cōsilio serpētis & mulie-
ris, id est in cōsilio carnis & diaboli. Aut si abierit nō ibi stet, si steterit, nō se/
deat, id est nō permaneat, sed memor legis dei, ibi suam occupet uoluntatē.
Et diurnā & nocturnā actiōnē suam in meditatione diuinę legis exerceat, ut
hoc quod Adā perdidit cōtēnendo, iste custodiendo inueniat, permanens
iuxta fluentia legis, ut lignū uitę immortalitatē capiens. Ita demū quęcunq;
fecerit, prosperabuntur. Illi autē, id est, impij qui contempserūt, non sic, sed
hoc eis eueniet in finē seculi quod in fine Psalmi sermo propheticus commi-
natur, gloria æterna qui regnat in secula seculorū Amen.

Psalmus Dauid II.

Vare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.
q Adstiterūt reges terrę, & principes cōuenerūt in unū, ad/
uersum dominū & aduersus Christum eius. Dirūpamus
uincula eorū, & pñciamus a nobis iugū ipsorū. Qui habitat in coz/
lis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Tūc loquetur ad eos in ira
sua, & in furore suo cōturbabit eos. Ego autē cōstitutus sum rex ab
eo super montē syon sanctū eius, prædicans præceptū eius. Domi-
nus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me,
& dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos ter/
rę. Reges eos in uirga ferrea, & tanquā uas figuli cōfringes eos.
Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā. Seruite do-
mino in timore, & exultate ei cū tremore. Apprehendite discipli-
nam, nequando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Cū ex/
arserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Vsq; hodie gentes fremūt aduersus Christū, quia idolis finem imposuit.
Populi, id est, iudei meditantur inania: Distinctiones ciborū & sabba-
torum ferias attendētes, utrorūq; uincula dirumpenda, quos habitator
coelorū deus interim irridet, sed in iudicio irā suam illis & furorem ostendet,
quibus dicturus est, me quem negastis filiū dei, uox de celo paterna uos do-
cuit cum in Iordane me posito dixit, filius meus es tu. Quod autē dicit. Ego
hodie, Deus heri & cras nō habet, sed semper hodie habet. Tempora enim
sub ipso aguntur, non ipse a temporibus agitur. Nam Syon mons quod sit
ecclesia, docet propheta qui dicit: Ego dominus excitabo Syon in gentibus,
& dabo eam in festiuitatem æternam omni nationi. In ipsa ergo prædicat fi-
lius præceptum patris. In ipsa reget gentes quasi in uirga ferrea. Non enim
cedit fortibus mundi, nec miserorū despicit facies. Ipsa timorem regibus im-
perat. Ipsa iram uenturam contemptoribus pollicetur, per quam fictilibus
uasculis comminatur interitum. Ipsa beatitudinem confidentibus repromit,
& Christo offerente, qui regnat in secula seculorum Amen.

Psalmus

Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absalon filij sui. III.

Omne quid multiplicati sunt qui tribulāt me: multi insur-
dunt aduersum me. Multi dicunt animæ meę, nō est salus
ipsi in deo eius. Tu autē dñe susceptor meus es, gloria mea,
& exaltans caput meū. Voce mea ad dominū clamaui, & exaudi/
uit me de monte sancto suo. Ego dormiui & soporatus sum & ex/
urrexi, quia dominus suscepit me. Non timebo milia populi circū-
dantis me, exurge dñe, saluū me fac deus meus. Quoniā tu percus/
isti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorū contriui/
isti. Domini est salus, & super populū tuū benedictio tua.

Titulum psalmi tertij hac una sententia explanamus. Persecutus est Ab-
salon patrē, fronde a collo ligatur. Iudas tradidit dominum, & laqueo
coartatur, sicut Historia passionem Dauid præteritam indicat. Ita mysteriū
passionem domini futuram adnunciat. In qua omnes eum negauerunt di-
centes: Nō est salus ei in deo eius, sed si est ex deo liberet eum. Iesus autem uo-
ce sua ad deum clamaui & exauditus est, ita ut mortem quasi soporem acci-
peret. Ex qua exurgens ultra non timuit, sed nunc induens corruptibile in-
corruptionem, & in mortalitate mortale non timet ultra milia populi circū-
dantis se. Hęc est enim salus domini & super nos qui sumus populus eius.
Hęc est benedictio eius, qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem in carminibus, psalmus Dauid III.

Vm inuocarē exaudiuit me deus iustitię meę, in tribulati-
c one dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationē meā.
Filij hominū usquequo graui corde, ut quid diligitis uani-
tatē & queritis mendaciū? Et scitote quoniā mirificauit dominus
sanctū suū, dominus exaudiet me cū clamaui ad eum. Irascimini/
ni & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus ue-
stris cōpugimini. Sacrificate sacrificiū iustitię & sperate in domi-
no, multi dicunt: quis ostēdit nobis bona? Signatum est super nos
lumē uultus tui dñe, dedisti lætitiā in corde meo. A fructu frumē-
ti, uini, & olei sui multiplicati sunt. In pace in idipsum, dormiā &
requiescā. Quoniā tu domine singulariter in spe constituisti me.

Titulus quartū in carminibus, id est, in mysterijs ponitur. In quibus deus
iustitię exaudiuit in cruce positū filiū suū, contra quem irascentes iudei
peccant usq; hodie, qui non peccarēt irascētes, si uere dei nō esset filius quē ne-
garent. Quod eis ideo euenit, quia nō sacrificat sacrificiū iustitię sicut Abe-
sed sicut Cain liuoris atq; inuidiæ. Nos autē qui credimus, dicamus domino:

b. 2. Signatum

Signatū est super nos lumē uultus tui domine. In quo lumine data est lætitia in corde nostro. Ab illo tēpore q̄ accepimus frumētū in corpe, Vinū in sanguine, Oleū in chrismate. Offerētes autē pacē ista percepimus q̄ hæc est singulariter in spe a dño cōstituta in Christo, qui regnat in secula seculorū Amē.

In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur,

psalmus David.

V.

u Erba mea auribus percipe domine, intellige clamorē meū. Intēde uoci orationis meæ, rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies uocē meā. Mane adstabo tibi & uidebo, quoniam nō deus uolens iniquitatem tu es. Neq̄ habitabit iuxta te malignus, neq̄ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo uiam meam. Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant, iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secundū multitudinem impietatum eorum, expelle eos quoniam irritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui sperant in te in æternum exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū, quoniam tu benedices iusto. Domine ut scuto bonę uolūtatis tuę coronasti nos.

Q Vinti psalmi titulus offendit eā quā hæreditatē cōsequitur Christus, & hanc hæreditatē contulit ecclesiæ cū diceret apostolis: Pacē meā do uobis pacē meā relinquo uobis. Hanc ergo pacē quā diximus in quarti psalmi sine singulariter in spe a domino constitutā. Hanc in hæreditatē titulus datā ecclesiæ protestatur. Hæreditas de morte patris nascitur filijs. Nisi em̄ Christus mortuus esset, hæc hæreditas nō patebat. Ipso ergo morte nata, ipso resurgēte cōfirmata est, ipso ascēdente in coelis, permanet hæc hæreditas in eternū. In titulo tria sunt, moriens, hæreditas, & hæredes. Et in capite psalmi tria sunt ab hęrede cōposita, uerba, clamor, oratio. Ipsa em̄ uerba rogat auribus percipi, clamorē intelligi, orationē audiri. Ipsa dicit orabo te dñe, mane scilicet, cū abiecerō opera tenebrarū, & induero arma lucis. Tūc te orabo quasi in matutina posita. In quo deficiētibz tenebris lucis incrementa cōcrescūt. Mane adstabo tibi & uidebo, quid uidebis tamē ppe & mane dic nobis: uidebo mane Apostolos, fulgētes angelos, gaudētes Marias, resurrexisse

resurrexisse dñm nūciantes, diximus mane postea quā tenebræ pctōrū trāsierint. Orandū dñm diximus, & in luce dñici diei resurgētē uidendū. Quis autē sic iste dñs, distinctio eius uolūtatis exprimit. Tu es, inquit, deus nō uolens iniquitatē. Quis em̄ dixerat eū uelle iniquitatē? Iudei sine dubio, qui pro operibus misericordię dñm increpātes dicebāt. Non est iste homo a deo, qui sabbatū soluet. Iste autē & a deo est, & ipse est deus, qui nō uult iniquitatē. Nō habitauit iuxta eū malignus, id est, populus incredulus, & nō permanebūt ante oculos eius. Odio ei sunt q̄ operant iniquitatē, & perēt, qui loquunt mendaciū. Omnis em̄ qui negat Iesum filiū dei, hic mendax est. Qui autē confitē, intrat in domū dei, & adorat templū sanctū, nō in lapide sed in spiritu. Hūc deducet dñs in sua iustitia propter inimicos, ut dirigat in cōspectu eius uiam suā, quare ppter inimicos: quia inimici alterā uia ostēdūt, quę ducit ad mortē. Et propter ipsos hic dirigit uia, quę ducit ad uitā. Ad quā dñs peruenerint credētes in eternū exultabūt, & inhabitabit in eis. Et gloriabunt omnes qui diligūt nomē eius. Ibi enim est qui benedicit iustū, & scuto bonę uolūtatis coronauit eū. Vno eodēq̄ officio, & ab inimicis defenderis dum credideris & a domino coronaris, qui regnat in secula seculorū Amen.

In finem in carminibus pro octaua, Psalmus David VI:

d Omne ne in furore tuo arguas me, neq̄ in ira tua corripas me. Miserere mei domine quoniā infirmus sum, sana me domine quoniā conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ualde, sed tu domine usq̄quo. Conuertere domine & eripe animā meā, saluū me fac propter misericordiā tuā, Quoniā non est in morte qui memor sit tui, in inferno autē quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē, quoniā exaudiuit dominus uocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationē meam, domini uocē orationē meā suscepit. Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertantur & erubescant ualde uelociter.

T Itulus sexti psalmi dominicā diē exprimit, ipsa est em̄ & octaua dñi desinit, et prima dñi incipit. In quinto em̄ mane ipsa incipit in resurrectione, id est in baptismatis nostri cōsecratione, modo in pœnitentię recuperatione octaua est, septiformis em̄ spūs, cui satisfacit octauus. Agit ergo pœnitens, ut nō in ira arguatur, sed misericordiā hic in isto corpe positus cōsequat. In inferno autē cōfessio fructū penitus nō habet. Et idcirco hic qui uult saluus fieri laborat in gemitu suo, lauat per singulas noctes lectū, Lectū in quā in noctibus lauat, quē in noctibus inquinauerat, & ne putares eū aquā qualēcūq̄ haurire,

haurire, unde eū abluat. Lachrymis, inquit, eum rigabo. Quare? quia turbatus est præ ira oculus meus. Audiui ignē æternū imminere, & iram iusti ultorem incūbere. & idcirco turbatus sum quia morā feci in peccatis meis, & inueteraui inter omnes inimicos meos. Nunc moribus malis & spiritibus immundis renunciāns dicā: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quia is qui dimisit peccata, is inquā, qui exaudiuit uocem fletus mei, & orationē meā suscepit, dixit mihi, ecce saluus factus es, iā amplius noli peccare. Recedāt a me uitia, quæ mēta sunt hactenus. Auertātur retrorsum & erubescant ualde uelociter, per filiū dei, qui regnat in secula seculorū Amen.

In finem psalmus Dauid quem cantauit domino

pro uerbis Chusi filij Gemini.

VII.

Domine deus meus in te speraui, saluū me fac ex omībus persequentibus me & libera me. Ne quando rapiat ut leo animam meā, dum non est qui redimat, neq; qui saluū faciat.

Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animā meā & cōprehendat & conculcet in terra uitam meā, & gloriā meā in puluerē deducat. Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorū meorū. Et exurge domine deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorū circūdabit te. Et propter hanc in altū regredere, dñs iudicat populos. Iudica me domine secundū iustitiā meā, & secundū innocentiam meā super me. Consumetur nequitia peccatorū & diriges iustum, scrutans corda & renes deus. Iustū adiutoriū meū a domino, qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi cōuersi fueritis, gladium suū uibrauit, arcum suū tetendit, & parauit illū. Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiā, & concepit dolorē, & peperit iniquitatē. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueā quā fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticē ipsius iniquitas eius descendet. Cōfitebor domino secundū iustitiā eius, & psallam nomini domini altissimi.

Cum nūciassent pueri Dauid qd possent Absalō occidere, & diceret Dauid, parcite ei, & fugeret ipse Dauid a facie eius, adparuit sup eū Semei, qui erat de cognitiōe Saulis, & iactās post eū lapides, clamabat eū uirū sanguinū, quē cū uellēt interficere, dixit Dauid: Nolite, ecce qui de lumbis meis egressus est pugnat cōtra me. Er uos miramini qd filius Semei de tribu Saul, sit contra

fit cōtra me. Parcens ergo & isti Dauid, sicut & saul, pepercerat: parcēs & tyranno filio orat, ut liberetur a persecūtib; cōmemorans nō se fecisse istud quod ille clamabat. Nō utiq; reddidisse tribuentibus sibi mala. Aut si reddidi, inquit, mala pro malis: cōprehendat inimicus animā meā, & gloriā meā usq; in puluerē deducat. Hęc historico sermone in Regū uolumine usq; ad finem legunt. Hic autē mysteria Christi cantemus, cui pro bonis mala reddentes adclamabant quod reus esset mortis. Huic ergo clamat ecclesia. Exurge in ira tua, & uideamus quod in ira facturus sit. Exaltare, inquit, in finibus inimicorū. At ubi senserint ingrati domini irascētē, dant finē impietatibus suis, & finitis inimicitijs, exaltatur deus in finibus inimicorū, exurge in præcepto quod mandasti. Dixisti em̄, tertia die resurgā & præcedā uos in Gallileam, ibi me uidebitis. Et ideo, exurge, inquit, in præcepto qd mandasti, & postea quā te ostēderis Synagoge, ne iterū excitare æstimet bellū, propter hanc iudica populos. Cū enim dederis iudiciū, finē accipiet malicia peccatorū, & iustus dirigitur. Nō enim ad alterius uel uituperationē uel laudē dictas sententiā quia corda cōspicis, & renū secreta cōtemplaris, saluos facies omnes qui recto sunt corde. His autē qui non sunt recto corde deus iudex futurus exprimitur, qui terrā suā non se cōuertentibus præparat. Nā iniustitia ludæorum parturit in dolore animi posita, cū uideret dominū pro uirtute signorum a multitudine adorari. Concepit dolorē et peperit iniquitatē, dicens: Crucifige reum mortis. Parauit ergo foueā Christo, sed ipsa incidit in foueā quā fecit. Et cōuersus est dolor eius in caput eius, & in uerticē eius iniquitas eius descendet. Christo autē resurgente a mortuis nos confitemur iustitiā dei, & ascendēte eo, psallimus nomini eius altissimo, altitudinē penetrati, quæ est super omnes celos, in quo facto omne genu flectitur, & omnis lingua confitetur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Ipsi gloria in secula seculorū Amen.

In finem pro torcularibus, psalmus Dauid.

VIII.

Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuū in uniuersa terra. Quoniā eleuata est magnificentia tua, super cœlos. Ex ore infantū & lactentium perfecisti laudē, propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Quoniā uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunā & stellas quæ tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, in super & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra,

*nō aliud est hō hō qd deū est memor ei / ceterorū hominū memo
ria qdam est apud deū filij hominū .i. x̄ in timio r queda uisita
tō.*

Non p[ro] torculari, sed pro multis torcularibus in octauo psalmo fixus est titulus, quæ torcularia uoces sunt omnium prophetarum, quæ tunc impleta sunt, quando uitis uera clauorum ferramentis plantata est, & in ligno crucis posita læcea percussio eius latere, tantum uini in his torcularibus fudit, ut non in iudæa tantum, sed in uniuersa terra nomen domini mirabile clamaretur. Quod factum tunc confirmatum est, cum eleuaretur magnificentia eius super caelos, ut non tantum ætates legitimæ, sed etiam infantes & lactentes ad laudem eius irrumperent, ut destrueretur ille populus qui per defensionem dei contra deum ageret. Ipse est enim populus, & defensor dei, & inimicus dei: defensor in patre, inimicus in filio, sed omnis qui negat filium, nec patrem habet, qui autem utrumque confitetur, hic uidet caelos quod opera digitorum eius sunt, & quod lunam & stellas ipse fundauerit. Quid enim esset homo nisi ipse memor fuisset, & ueniens tantam perfectionem docuisset, ut modicum minus quam sunt in caelo angeli hic homines in carne positos faceret, dans eis potestatem uirtutum, ut etiam mortuos suscitandi traderet potestatem, & omnia subiceret homini credenti, ita ut diceret: Dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Nam quod dicit, oues simplices nominat boues, qui laborant sub iugo domini, pecora campi, plebs laicorum: uolucres caeli, alta cogitantes, pisces maris, profundarimantes. Hos omnes subiectos habens per passionem Christi ecclesia confitetur admirabile nomen eius in uniuersa terra. Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. IX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Laetabor & exultabo in te psallam nomini tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt a facie tua. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes & perijt impius, nomen eorum delesti in eternum, & in seculum seculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates destruxisti. Perijt memoria eorum cum sonitu, & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terre in equitate, iudicabit populos in iustitia. Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Psallite domino qui habitat in syon, annunciate inter gentes studia eius. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in

tuas in portis filiae syon. Exultabo in salutaris tuo, infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infernum omnes gentes, quæ obliuiscuntur deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Exurge domine non confortetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorum super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt. Ut quid domine recessisti longe, despicias in oportunitatibus in tribulatione. Cum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Non est deus in conspectu eius, inquinatæ sunt uia illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, non mouebor a generatione in generationem sine malo. Cuius maledictione os plenum est amaritudine & dolo, sub lingua eius labor et dolor. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliauit eum, inclinauit se & cadet cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam ne uideat in finem. Exurge domine deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperem. Propter quid irritauit impius deum, dixit enim in corde suo non requireret. Vides quoniam tu laborum & dolorum consideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni, queretur peccatum illius & non inuenietur. Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, preparationem cordis eorum audiuit auribus tuis. Iudicare pupillo & humili, ut non adponat ultra magnificare se homo super terram. **N**onus psalmus docet occulta filij in sancti symboli sacramento, qui enim suscepit fidem in mysterio absconditam, primo confitetur non summis labijs, sed in toto corde suo, & narrat omnia mirabilia eius. Iam non letat in rebus labentibus & caducis, sed dicit domino, Laetabor & exultabo in te, & psallam nomini tuo

ni tuo altissime, quia fecisti iudicium meum, id est pro me iudicasti, & causam obtinui. sedisti enim super thronum ut iudicares sententiam. Increpasti quod gentes essemus, & perijt impius diabolus, quem in idolis colebamus. Nomen autem idolorum delesti in aeternum & in seculum seculi. Ibi defecerunt gladio uerbi tui in finem & ciuitates destruxisti, templa eorum in toto orbe dum destruuntur, omnis pene ciuitas in templis destructa est, sicut enim ecclesie in toto mundo positae ciuitates sanctorum sunt sic templa in toto mundo posita ciuitates demonum esse noscuntur. Perijt autem memoria eorum cum sonitu, dominus autem in aeternum manens parauit in iudicio sedem suam ut iudicet orbem terrae in equitate. Non accipiens aliter dominum, aliter seruum, sed contemnens personas diuitum factus est magis refugium pauperum, eorum sane qui nouerunt nomen tuum. Non enim omnes pauperes non derelinques, sed non derelinques querentes te domine. Psallamus ergo domino qui habitat in syon, id est, in ecclesia catholicis definitionibus sublimata, ibi adnunciemus mirabilia eius. In qua requirens sanguinem martyrum suorum quotidie dominus memoratur nostri, nec obliuiscitur orationem pauperis dicentis sibi, uide humilitatem meam de inimicis demonum natam, exalta me de portis mortis, tollens cor meum a concupiscentiis carnis, ut adnunciem omnes laudes tuas in portis filiae syon, ut exultem in salute tua. Nam infixae sunt gentes in interitum quem fecerunt, opus manuum suarum adorantes, hi conuertentur in infernum, quia obliuiscuntur dominum, qui non in finem obliuiscitur pauperem cuius patientia non perierit usque in finem. Nunc rogat spiritus prophetiae, ut exurgat dominus contra fortitudinem hominis, ut iudicet gentes in conspectu suo. Tollat eas ab ydolis, & statuatur eas in ecclesia. Constituatur legistatorem super eas, & sciant gentes quia dei non sunt quos colunt, sed sciant quia homines sunt, quid, inquit, domine recessisti longe, ita ut despicias oportunitates in tribulatione. In quo dum superbit impius, incenditur pauper. In quocumque enim iudicio pauper & diues auditur, diuite superbiere, pauper inceditur. Omnes enim ipsum arguunt, illum autem laudant etiam peccatorem in desideriis animae suae, etiam iniqua agentem benedicunt. Hic est peccator irritans dominum. Cum enim non solum non arguitur iniqua agens, sed etiam benedicatur, si quid autem interrogatus fuerit secundum multitudinem irae suae inquirat. Non est deus ante oculos eius, polluitur uia eius in omni tempore, iudicia tua a facie eius abscedunt, et ita omnibus inimicis suis dominatur, ut dicat in corde suo, non mouebo in generatione sine malo, huius os maledictionibus plenum, nihilque blandum habens contra pauperem in lingua eius labor est, sedet in insidiis cum diuitibus alijs ad nihil aliud nisi ut interficiat innocentem, hoc sane quia diuites in suo consilio faciunt, ut in laqueo suo capiant innocentes, & ideo iugiter clamandum est, exurge domine & exaltet manus tua, ne obliuiscaris pauperem in finem, ut quid irritabit impius dominum, dixit enim in corde suo, non requirit deus. Ille autem requirit, & considerat omnia, sed patienter agens expectat, ut tradat eos in manus suas, & tollat eos de manibus demonum. Ipsi enim dereli-

derelictus est pauper, quem enim omnes despiciunt. Deo enim sine dubio derelinquunt, & orphano patrem non habenti, ipse existit adiutor. Conterens brachium diaboli qui per phariseos quaesuit peccatum aliquod, unde argueret dominum & non inuenit. Dominus autem regnat in secula seculorum, & peribunt gentes de terra eius. Desiderium enim pauperum exaudiuit dominus, et desideria cordis eorum exaudiuit auris eius, ut iudicetur in ecclesia eius pupillo & humili, & ut non adponat homo ultra magnificare se super terram per ipsum dominum Iesum Christum, qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem psalmus Dauid

X.

In domino confido, quomodo dicatis animae meae, transmigra in montem sicut passer? Quoniae ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniae quae perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, dominus in caelo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrae eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Pluit super peccatores laqueos, ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniae iustus dominus, & iustitias dilexit, aequitatem uidit uultus eius.

Potuit dici ad Dauid, ut in modum passeris montis inaccessibilis latebram quaereret tempore quo peccatores contra eum tendebant arcus, siue Saul siue Absalon suis innumerabiles inimici. Sed haec & ad nostram aedificationem trahentes, audiamus consilia sanctorum & ascensus in corde nostro. ponentes migremus in montem a conualle fletus, ne nos in campestri loco apertos inueniant, qui parauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde. Obscurum hic pro occulto posuit. Hi autem qui destruant quae perficit dominus, hi sunt qui sagittare student rectos corde, & nos pro peccatis ista patiamur qui iustus est, quare affligitur, qui iustus est, quare fatigatur, quare percutitur? Quid enim mali fecit agnus immaculatus dominus est, quem uos putantes qualem cumque hominem hominis arbitrio tradistis. Ipse autem in templo sancto suo est, id est, deus est in Christo mundum concilians sibi. In ipso templo sancto est quod de immaculata uirgine suscipiens sedet in caelis ad dexteram patris, & est in caelo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt ut interroget iustum & impium, & quamuis in isto seculo gloriam sibi uindictent peccatores, dum coeperit iudicium agitari habebunt talem pluuiam super se, qualem psalmographus memorat, ignis & sulphuris & spiritus tepestatis. Iustus est enim dominus tunc qui nunc pius est, & equitatem uidebit, qui nunc iniquitatem attendit. Post iudicium enim eius non erit peccatum nec uoluntas gloria aeterna qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem

In finem Psalmus David pro octava.

XI.

Aluū me fac domine quoniā defecit sanctus, quoniā dimi-
nutæ sunt ueritates a filijs hominū. Vana locuti sunt unus
quisq; ad proximū suū, labia dolosa in corde, & corde locu-
ti sunt. Disperdat dominus uniuersa labia dolosa, & linguā magni-
loquā. Qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus, labia nostra
a nobis sunt, quis noster dñs est? Propter miserā inopū & gemitū
pauperū, nunc exurgā dicit dominus. Ponā in salutari, fiducialiter
agā in eo. Eloquia domini eloquia casta, argentū igne exanimatū
probatū terre purgatū septuplū. Tu domine seruabis nos, & custo-
dies nos a generatione hac in æternū. In circuitu impij ambulat,
secundū altitudinē tuam multiplicasti filios hominum.

et uirga

Item undecimus psalmus pro octava, id est, pro dominica die ponit. Sal-
uū me fac domine, id est, exurge a mortuis quoniā defecit sanctus, defecit
credens in te, & diminutæ sunt ueritates a filijs hominū. Ecce etiā custodibus
corporis tui pecunias offerunt dicentes. Dicite cū furatū a discipulis, sed hæc
dicētes, Disperdit dominus labia dolosa & linguā maliloquā. Qui dicūt lin-
guā nostrā magnificabimus, labia nostra a nobis sūt. Id est nos suadebimus
eum furatū, nos inter nos ista cōponimus. Iam enim dixerant de eo cū uidis-
sent scriptū rex Iudeorū. Illi dixerant, quis noster dominus est? Nos dominū
cesarē habemus, sed propter miserā inopū pro quibus passus sum, nunc ex-
urgā dicit dominus. Et ponā in salutare meū ac fiducialiter agā in eo. Fiducia-
liter, id est, passibilitate carens, nulli timori succūbens. Ad hæc credens ecclē-
sia in apostolis cantat æloquia domini. Ita sunt uera & casta ut argentū igne
purgatum pro septuplo. Tu ergo domine quia mihi dixerunt. Non est no-
ster dominus. Tu domine seruabis nos & custodies nos a generatione hac
& in æternū. Nam sicut quando te humiliasti diminutæ sunt ueritates a filijs
hominū, Ita quando ascendisti in cœlos, secundū altitudinē tuā multiplica-
sti filios hominū, ut qui diminuti fuerant in descendente, multiplicati fierent
in ascendente, qui regnat in secula seculorū Amen.

In finem psalmus David

XII.

Sq; quo domine obliuisceris me in finē, usq; quo auertis fa-
ciem tuam a me? Quā diu ponam consilia in anima mea,
dolorem in corde meo per diem? Usq; quo exaltabitur
inimicus meus super me? respice & exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quan-
do dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant
me exultabunt si motus fuero, ego autē in misericordia tua speraui.

Exultauit

Exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo domino qui bona tri-
buit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

Ex quo inimicus generis humani per præuaricationē hominis primi su-
per humanum genus dominationem obtinuit, obliuionē diuinā incur-
rit, quæ obliuio non per passionem, sed per auersionem facta super humanū
genus ut dixi, exaltationem inimico relinquere uidebatur. Verū quia aduen-
tus filij dei ista aduersa pmittebatur excludere: In totius generis humani per-
sona propheticum carmen exorat, ut respiciat, ut exaudiat, ut illuminet ocu-
los qui obdormierant in morte, ut non dicat diabolus, præualui, obtinui, &
ero dominus in æternum, qui tribulant me exultabunt si motus fuero, hoc
est, si desperaui. Exultauit cor meū in salutari tuo, id est, in domino no-
stro Iesu Christo filio tuo, & ipsi cantabo qui bona tribuet mihi, & psallam
nomini eius altissimo, qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem psalmus David

XIII.

Ixit insipiens in corde suo, non est deus. Corrupti sunt &
abominabiles facti sunt in studijs suis non est qui faciat bo-
num, non est usq; ad unum. Dominus de cœlo prospexit
super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens deū.

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bo-
num nō est usq; ad unum. Sepulchrum patens est, guttur eorū, lin-
guis suis dolose agebant, uenenum a spidum sub labijs eorū. Quo-
rum os maledictione et amaritudine plenum est ueloces pedes eorū
ad effundendum sanguinem. Contritio & infortuna in uis eorū,
& uiam pacis nō cognouerunt non est timor dei ante oculos eorū.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatē qui deuorāt
plebē meā sicut escam panis? Dominū non inuocauerunt, illic tre-
pidauerunt timore ubi non erat timor. Quoniā dominus in gene-
ratione iusta est, cōsiliū inopis confidistis quoniā dominus spes
eius est. Quis dabit ex Syon salutare Israel? cū auerterit dominus
captiuitatem plebis suæ exultabit iacob & lætabitur Israel.

Rogatus aduētus dñi in duodecimo psalmo. In tercio decimo præsentat-
tur, sed hunc uidēs humilē in habitu incredulus populus dicit in corde
suo: nō est deus. In quo populo omēs declinauerūt, simul inutiles facti deuo-
rabāt plebē dei uelut escā panis. Atq; psequētes ipsum dñm & eius Aposto-
los, illic trepidabāt timore, ubi nō erat timor. Obseruātes sabbata & baptis-
mata calicū & urceorū. Dei uero filij & eius discipulos ut diximus, psequē-
tes, cōfiteātes se patrē habere Abrahā de genere nō de iustitia præsumebant.
Dñs autē in generatione iusta est, illi autē cōsiliū inopis cōfundentes, nō cōfide-
rauerunt

rauerunt quoniā dominus spes eius est. Et licet propter nos pauper factus sit, tamē ipse est qui dedit ex Syon salutare Israel. Nō enim ex synagoga Sathanae salus nata est, sed ex Syon, quę est ecclesia domini, per quā conuertit dñs captiuitatē populi sui, ita ut lætetur Iacob in cōuersione sua, & exulet Israel in Christo Iesu qui regnāt in secula seculorum Amen.

In finem Psalmus Dauid

XIII.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolū in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobriū non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniā suā nō dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

Omnis maculatus ingreditur tabernaculū domini, & ibi immaculatus efficitur. Iesus autē immaculatus solus uirginē aulam ingressus, ipsum tabernaculū a maculis carnalibus liberauit, & dedit sanctificationē potius quam accepit, quoniā lex tota in decalogi summa concluditur, decemplices eius in isto psalmo formas expressit, quibus ea docuisse quæ fecisse probatur. Nam ingressu suo tabernaculū a maculis ementiū & uendentiū liberauit, & operatus est iustitiā, salutē hominis sabbato ferijs præponēdo. Loquebatur autē ueritatē in corde suo, nihil cogitans, nisi uoluntatē patris. Nō egit dolū in lingua sua, siquidē ex lingua eius sermo egressus, cecis lumen, salutē egrotantibus, & uitā mortuis conferebat. Opprobriū non accepit aduersus proximū suū. Siquidē etiā Iudā osculo suscepit. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus, prohibens utiq; bonū fieri. Timentes autē dominum ita magnificauit, ut daret eis potestatē filios dei fieri. Iurauit & proximo suo & non decipit, quid iurauit? Illud sine dubio quod promisit, dicens: Amen dico uobis, quia si manseritis in sermonibus meis, iam non dicā uos seruos, sed amicos, & omnia quę promisit credentē in se proximū non decipit. Pecuniā uero suā non dedit ad usurā. Pecunię eius uirtutes sanitatū erant, quę non solū ipse ab ullo nihil accipiens exercuit, sed & ipsos discipulos suos taliter informauit, dum daret eis potestatē infirmos curandi ac mortuos suscitandi, diceretq;: Gratis accepistis gratis date. Munera super innocentes non solū non accepit, sed etiā ipse se ipsum dedit redemptionē pro omnibus. Cōpletis ergo his decem uirtutū indicijs, in hoc de celo & perfectionē impletā ostendit & adiecit dicens, qui facit hæc, id est, qui hunc imitatus fuerit nō commouebitur in æternū. Ipsi gloria in secula seculorū Amen.

Tituli

Tituli inscriptio ipsi Dauid

XV.

Conserua me domine quoniā speraui in te, dixi domino, deus meus es tu, quoniā honorū meorum non egres. Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt. Nō congregabo cōuenticula eorū de sanguinibus, nec memor ero nominū eorū per labia mea. Dominus pars hereditatis meę, & calicis mei tu es qui restitues hæreditatē meā mihi. Funes ceciderunt mihi in preclaris, etenim hæreditas mea preclara est mihi, Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectū, insuper & usq; ad noctē increperunt me renes mei. Prouidebā dñm in cōspectu meo semper, quoniā a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meū, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniā nō derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctum tuū uidere corruptionē. Notas mihi fecisti uias uitæ, adimplebis me lætitiā cū uultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finē.

Aquinquagesimo quinto psalmo usq; ad quinquagesimū nonum omnes habent tituli inscriptiones, sed non puras. Iste autē psalmus sola tituli inscriptione prenotatur, qua ostenditur plus ad mysticam intelligentiā quā ad historicam decātatus, in quo aduertimus hominē profectum Iesum Nazarenū ad passionē euntē, huius psalmi orationem effundere. Quamuis enim deus esset in Christo, mundū reconcilians sibi, tamen passibilitatibus subiacebat, et timore enim et mœstitia agebatur. Et ideo adloquēs diuinitatē adorāt, dicens: Cōserua me domine, quoniā speraui in te, nō ad arrogantiam ductus pro immaculata cōscientia superbe sapui, sed dixi dño, deus meus es tu, & quāuis omnia opera mea, & omnia uerba mea & omnia cogitata mea bona sint, tamen tu qui me assumpsisti honorū meorū non egres. Non enim pro dei necessitate assumptus est homo, sed pro hominis necessitate susceptus est deus. Hic autē homo qui adsumptus a deo inter omnes sanctos mirificauit uoluntates suas, ita ut omnium merita inestimabili uirtute transcēderet, & nullū sibi poenitus simile inueniret, & licet multiplicatę sunt infirmitates eorū, tamen exemplo domini accelerauerunt tendentes ad palmā, quos a societate malorū segregans dominus dicit, Nō cōgregabo conuenticula eorū de sanguinibus, id est, credentes in me, segregabo ab eis qui in effusione sanguinis delectant, nec memor ero nominū eorū per labia mea, negās eos corā patre & angelis. Dñs enim pars mea & passionis meę, id est, calicis mei. In quo funes ceciderūt, id est, sortes ceciderūt. Mihi in preclaris, in Apostolis sine dubio: Etenim hæreditas mea tam preclara est, ut ipsi sint usq; hodie lux huius mūdi, in quibus benedicatur deus, qui ad hæc tribuit intellectum, nec solum

solum ea quæ lucida sunt, sed ex illa quæ occulta sunt, non a corde, sed ab ip-
sis renibus erudiebar, ut prouiderem dominum in conspectu meo semper.
Ipse est enim a dextris meis, ne commouear, ut hoc quod peccatum non feci,
nec dolus inuentus est in ore meo, non humanitati, sed diuinitati adscribam.
Propter hoc delectatum est cor meum, & exultauit lingua mea, & ipsa caro
mea requiescit in spe, quoniam a dextris meis dominus, ut non commoue-
ar. Et ideo non derelinques in inferno animam meam, nec dabis sanctum
tuum uidere corruptionem, quia notas mihi fecisti uias qua itur ad æterni-
tatem, in quibus post tristitiam passionis adimplebis me lætitia cum uultu
tuo, & ascendens in celos dabis delectationes in dextera tua usque in finem.
Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Oratio Dauid

XVI.

Xaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam.
e Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis.
De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideant
æquitatem. Probasti cor meum, & uisitasti nocte, igne me examinasti,
& non est inuenta in me iniquitas. Ut non loquatur os meum opera ho-
minum propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Perfi-
ce gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Ego
clamaui, quoniam exaudisti me deus, inclina aurem tuam mihi & exaudi
uerba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in
te. A resistentibus dextera tua custodi me, ut pupillam oculi. Sub
umbra alarum tuarum protege me, a facie impiorum qui me adflixerunt.
Inimici mei animam meam circumdederunt adipem suum con-
cluserunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me nunc cir-
cundederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. Susce-
perunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitas
in abditis. Exurge domine præueni eum & supplantata eum, eripe ani-
mam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domi-
nea paucis de terra diuide eos in uita eorum, & de absconditis tuis ad-
impletus est uenter eorum. Saturati sunt filijs & dimiserunt reliquias
suas paruulis suis. Ego autem in iustitia adparebo conspectui tuo,
faciabor cum adparuerit gloria tua.

Titulus orationem insinuat: In qua de iustitia & de iudicio a deo regula
sumit, ut cum iudicat hominem homo, memor sit eum ad imaginem
dei factum, & non in labijs dolosis de uultu dei iudicium suum proferat, sed
oculi eius uideant æquitatem, non dicat, hic diues & hic pauper, sed dicat,
hic nocens,

hic nocens, & hic innocens, etiam si patiatu aduersa, quia iustus iudex pote-
rit factionibus fatigari, non iustitia. Hic tamen etiam ignibus examinatus est,
& non est inuenta in eo iniquitas. Quare? propter uerba, inquit, labiorum
tuorum, quia ipse dixisti, Non accipies personam potentis in iudicio. Ergo
propter hæc quæ iussisti, etiam uias duras custodiendas credidi, non timen-
do minas carnificum, non timedo iacturam omnium rerum. Verum quia
qui permanens erit, hic saluus erit. Deprecor, ut perficias gressus meos in se-
mitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Non timeam homines iniustos,
& salua me a resistentibus dextera tua. Custodi me ut pupillam oculi, id est,
in omni hora, in omni puncto, & sub umbra alarum tuarum protege me.
Umbra alarum pro adfectu domus diuine ponitur. A facie impiorum qui me
adflixerunt, Impiorum Phariseorum intellige. Qui adipem suum concluserunt,
id est, pingues facti. Os eorum loquutum est superbiam. Projicientes me, tunc
de synagoga. Circumdederunt me, nunc ut crucifigant. Oculos enim suos statu-
erunt declinare in terram, & non considerantes celorum iudicem, sic susce-
perunt me, sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis. Leonem popu-
lum sacerdotum, catulum leonis populum subditum sacerdotibus posuit. Illis
fremetibus super captum, illi seditiosa rabie deuorabant. Exurge domine,
præueni eos, suscitans Christum tuum, quo resurgente subuertes eos. Habet
enim ruinam hanc inuidia, ut euersum dicat susceptum suum, si hunc quem de-
cipi studuit, uideat triumphantem. Eripe, inquit, animam meam ab impio, id
est, a mortis iugo, & gladium inimicorum de manu tua euelle, frameam huma-
ne literæ, specialiter dicunt lanceam regis, nos autem frameam generaliter gladium
in scripturis sanctis accipimus. Quod autem a paucis rogatur ut separentur hi
qui adfligunt, hæc ratio est, quod dum teneretur ait, Ego sum quem queri-
tis, hos dimittite, de quibus ipse dixerat. Multi quidem uocati, pauci uero ele-
cti. A paucis ergo hos persecutores meos diuide, & supplantata eos in uita ipso-
rum. Supplantatur qui priuilegium amittit, sicut Iacob Esau supplantatus est,
non per maliciam Iacob, sed per contemptum Esau, qui tam pro nihilo habuit
primatus, ut unius cibi uilissimi etiam precio computaret. Ita ergo et hi de ab-
sconditis dei quasi de porcina satiati sunt, nolentes dare reuerentiam myste-
rijs eius. Si enim scrutari cum reuerentia uoluissent uoces propheticas, agnum
acciperent Christum, salutem suam in eius sanguine collocantes. Nunc autem quasi
porcinam execrabilem comedentes iudei, ita eo abusi sunt, in quo faciat ipsi
sanguine eius, etiam ad paruulos suos reliquias criminis transfulerunt dicentes:
Sanguis huius super nos, & super filios nostros. Ecclesia autem execrans eos di-
cit, quod sit cum iustitia in conspectu dei, & satiatur cum adparuerit dextera
eius in Christo Iesu, qui regnat in secula seculorum Amen.

In fine puero domini Dauid, qui locutus est domino uerba can-
tici huius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum
eius & de manu Saul, & dixit.

c Diligam

Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eū. Protector meus, & cornu salutis meę, & susceptor meus. Laudās inuocabo dñm & ab inimicis meis saluus ero. Circūdederunt me dolores mortis, & torrētes iniquitatis cōturbauerūt me. Dolores inferni circūdederunt me, præoccupauerūt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui dominū, & ad deū meum clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo uocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Cōmota est & contremuit terra, fundamenta montiū conuersa sunt & cōmota sunt, quoniam iratus est eis. Ascendit furor in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cherubin & uolauit, uolauit super pēnas uētorū. Et posuit tenebras latibulū suū in circuitu eius tabernaculū eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in conspectu eius nubes trāsierūt, grādo & carbones ignis. Et intonuit de cœlo dñs & altissimus dedit uocē suā, grādo et carbones ignis. Et misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & cōturbauit eos. Et adparuerūt fontes aquarū, & reuelata sunt fundamēta orbis terrarū. Ab increpatione tua dñe, ab inspiratione spiritus irę tuę. Misit de summo & accepit me, & adsumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderūt me, quoniā confortati sunt super me. Præuenerūt me in die afflictionis meę, & factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinē, saluum me fecit, quoniā uoluit me. Et retribuet mihi dominus secundū iustitiam meam, & secundū puritatem manuum mearū retribuet mihi. Quia custodiui uias domini, nec impię gessi a deo meo. Quoniā am omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cū eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundū iustitiā meā, & secundū puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris, Et cū electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Quoniā tu populum humilem saluum facies, & oculos superbōrū humiliabis. Quoniā tu illumi

tu illuminas lucernā meā domine, deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar a tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Deus meus in polluta uia eius, eloquia domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se. Quoniā quis deus, præter dominum, aut quis deus præter deum nostrū? Deus qui præcinxit me uirtute, & posuit immaculatā uiam meā. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti ut arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuę, & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finē, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata uestigia mea. Persequar inimicos meos, & cōprehendā illos, & non cōuertar donec deficient. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Et præcinxisti me uirtute ad bellū, & supplāstisti insurgētes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi deorsum, & odiētes me disperdisti. Clamauerūt, nec erat qui saluos faceret, ad dominum, nec exaudiuit eos. Et cōminuam eos ut puluerē ante faciem uenti, ut lutum platearū delebo eos. Eripies me de cōtractionibus populi, cōstitues me in caput gētū. Populus quē non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, et claudicauerunt a semitis suis. Viuit dominus & benedictus deus meus, & exalterur deus salutis meę. Deus qui das uindictas mihi & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis, Et ab insurgentibus in me exaltabis me, a uiro iniquo eripies me, Propterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius, et faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius usq; in sæculum.

Seprimidecimi titulus indicat quidem historiā, quā qui melius quam in psalmo canitur, scire uoluerit, Regū uolumina legendo, reperiet & qualiter pugnauerit & uicerit, & qualiter suorū omnium euaserit hostiū manus. Nostrū autē hoc est propositū, ut mystica moralibus admiscentes: tunc dicamus domino diligam te, cum omnibus amoribus finem quendā & terminum ponētes ipsi dicimus diligā te. Tunc enim uere erepti de manu omnium inimicorū nostrorum, id est, de manu omnium uiciorū, & de manu Saul, id est de manu principis huius mundi, dicimus deo diligā te. Interrogemus ta-

men dominū & dicamus: Quis est qui diligit te? Respondebit em̄ nobis per Euāgelistā suū & dicit: Qui audit uerba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Ipse dicit, Dominus firmamentū meū, id est, de quo nō dubito. Ipse refugium meū, ipse est liberator meus, ipsum laudans & ipsum inuocans ab inimicis meis saluus ero. Deniq; præterita dicā ut futura nō dubitē, dum circumdedis sent me gemitus mortis, et iniquitates & dolores et laquei, clamaui ad eū credens. Et exaudiuit de tēplo sancto suo uocē meā, & clamor meus introiuit in aures eius. Et ex hoc loco futuri iudicij qualitas panditur, cuius nos terror, si credimus purgat. Tunc em̄ ita terra tremore cōcutitur, ut ipsa fundamenta montiū cōturbent. Irascente em̄ dño, etiā ignis ipse ardescit, ut em̄ ignis omnē materiā a facie sua facit exardescere. Ita ipse ignis a facie dei exardescet, cū inclinauerit cœlos & descenderit & cœpit esse caligo sub pedibus eius. Cuius eius sine dubio eius qui ascēdit super Cherubin & uolauit super pennas uentorū, quicq; posuit tenebras latibulū suū. Tenebras hic pro inuisibilitate posuit, unde & sequit̄, In circuitu eius tabernacula eius, & tenebrosa aqua in nubibus aeris. Tūc erit grando simul et carbones ignis, cū tonuerit de cœlo dominus, et altissimus dederit uocē suā, mittet sagittas suas, ut dissipet eos, ut fulgura multiplicet, ut cōturbet eos. Tunc parebūt fontes aquarū, tunc parebit quāta sit uirtus baptismatis, tunc cū reuelabunt̄ fundamēta orbis terræ, Ab increpatione dñi & ab spiratione spiritus iræ eius. Tunc dicit ecclesia, misit de summo & adsumpsit me de multitudine aquarū, unius em̄ aquæ sanctificatione me uoluit cōsecrari, per quā eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderūt me, quoniā cōfortati sunt super me. Præuenerunt me, nāq; in die afflictionis meæ, tēpore quo gladius secuit pia uiscera matris, & factus est dñs susceptor meus. Et produxit me ab angustijs in latitudine, liberauit em̄ me ab inimicis meis fortissimis, et retribuit mihi secundū iusticiam meā, quia custodiui uias dñi usq; ad mortē, nec timens gladiū hominū impię gessi a deo meo. Iudicia ei eius semper ante oculos habui, & iustitias eius nō repuli a me. Vnde & populus martyrū eius dicit, Ero immaculatus cum eo. Cū eo utiq; qui immaculatus in cruce pro iniquitatibus nostris passus ē. Et obseruabo me ab iniquitate mea, quā utiq; in martyrio deposui. Tunc retribuet mihi dñs secundū iustitiā meā, & secundū innocentiam manū mearū in conspectu oculorū eius. Nā quod memorat. Cū sancto sanctus eris, non ad illud respicit quod usitata uulgo sentētia dicimus, Cum quo aliquis iungitur, talis erit. Hæc quidē sententia uera est, sed nō pertinet ad interpretationē præsentis uersuum. Hoc enim in loco si uis planū facere sensum canentis, Illud ad memoriā reuocabis, quod per prophetā dominus dicit ad populum, Si ambulaueritis in conspectu meo recti, & ego uobiscum rectus incedā, si uero ambulaueritis peruersi, & ego uobiscum peruersus ero. Ipsi ergo Psalmista loquitur, Cū sancto sanctus eris, cū innocēte innocens & cætera. Vnde & adiecit, Tu em̄, inquit, populū humilē saluū facies, & oculos superbū humiliabis. Verū, quia posuit tenebras latibulū suū, & uidere mysteria scriptu

ria scripturarū eius nō possumus, ipsi clame mus cū propheta, Quoniā tu illuminas lucernā meā dñe. Sicut lucerna corporis oculus, ita lucerna animæ mens est, in qua nisi oleū gratię suę Christus infuderit, pœnitus lumen habere nō poterit. Lucernā ergo suam clamat propheta illuminari a dño, quæsi acceperit lucendī materiā, ostendit foueas in quas incauti ruunt, & laqueos in tenebris positos. In tenebris em̄ nisi lumē habuerit ambulans, aut offendit eulū incurrit, aut incursum penitus nō euadit, unde & propheta, Cū illuminaueris, inquit, tenebras meas, ita demū eripiar a temperatione, & in te deo meo transgrediar muros, sicut Sampson clausis portæ ianuis intra muros clausos per uirtutē dei trāsgressus est muros. Transgredimur & nos muros, cū de isto corpore exeuntes, eos qui nos circūdant euadimus. In deo aut̄ migramus si impollutā uia uitæ nostræ ambulauerimus, quia ipsa est uia dei, in qua ambulantes protector est omniū sperantiū in se. Ipse em̄ eos præcingit uirtute, & facit immaculatā uia eorū ut fugiant quasi cerui. Quid fugiāt? Sine dubio omne facinus. Omne quippe peccatū ex abiectione uitiorū. Super excelsa uirtutū ascendunt, si tamen ipse doceat manus nostras in prælio, quia sine rebellantibus ad refugium montiū nō uenitur, & ponat ut arcū erēt brachia nostra, ut in oratione non deficiant, quoniam dum sunt extensę in cruce, Amalech uincitur. Si ergo ipse eis dederit fortitudinem, ut quasi arcus æreus in orationibus perseuerent, non solū nos effugientes euadimus persequentes, sed nos persequimur inimicos nostros, & cōprehendimus eos, & nō cōuertimur donec deficiāt. Adfligimus eos, ut ante nos stare nō possint, sed cadāt sub pedibus nostris, si tamē præincti fuerimus uirtute ad bellū, tūc insurgētes super nos, erunt subter nos. Et inimicorū nostrorū dorsa uidebimus fugientiū, nō facies persequentū, ita ut cōminuamus eos ut puluerem ante faciē uenti, & ut lutū platearū deleamus eos. Hęc omnia nobis per illū euenient, qui posuit ut arcū erēt brachiū in cruce, & quotidie interpellat p nobis. Ipse em̄ dicit ad patrē, Eripies me de cōditionibus populi increduli, & cōstitues me in caput gentiū. Et adiecit, Populus quē nō cognoui seruiuit mihi. Magi crediderūt, quos deus nō dignatur cognoscere, & illis seruiutibus & munera offerētib; Iudei abnegāt, & in eius persecutionibus perseuerant, filij alieni mētiti sunt mihi dicētes. Scimus quia a deo uenisti, & in ueritate doces, sed ista uerba eorū erant plena dolo mendacię, in quo inueterati sunt, & claudicauerūt a semitis suis. A semitis utiq; in quibus eos docuerūt ambulare prophete, sed uiuit dñs, licet eū crucifigatis, & sepultū cernatis, ille tamē resurget & uiuit, & exaltabit̄ in cœlis deus salutis meę, ipse dabit uindictā hęc ecclesię suę, ut subdat populos sub ea, & sit liberator eius a gentibus iracūdis, & ab insurgētib; super eā, & exaltet eā super petrā, ut portę inferni nō præualeāt aduersus eā. Et a uiro iniquo eripiat eā, id est, a prauo doctore. Propterea cōfiteat̄ ei in populis, & psalmū dicit nomini eius. Qui magnificat salutare regis eius & faciet misericordiā Christo suo David, cū ex semine eius excitat regnū quod imperet in sęcula sęculorū Amen

In finem Psalmus Dauid.

e Eli enarrant gloriā dei, & opera manuum eius annunciat firmamentū. Dies dei eructat uerbū, & nox nocti indicat scientiā. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnē terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In sole posuit tabernaculū suum, & ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gygas ad currendam uiam suā, a summo cœlo egressio eius. Et occursum eius usque ad summū eius, nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas, testimoniū domini fidele sapientiā præstans paruulis. Iustitiæ domini recte lætificantes corda, præceptū domini lucidum illuminans oculos. Timor domini sanctus permanens in sæculū sæculi, iudicia domini uera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurū & lapidem preciosum multū, & dulciora super mel & fauū. Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero & emundabor a delicto maximo. Et erunt ut cōplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. Domine adiutor meus & redemptor meus.

Sicut terreni narrauerunt gloriā hominum, ita cœlestes enarrant gloriā dei. Sic autē propriū locum relinquētes magi stellæ indicio, narrabāt ipsi gloriā dei. Sed & cœli facti sunt Apostoli, habentes in se solem iustitiæ, & merita in modum stellarum pro uarietate diuerso splendore radiātia. Ipsi ergo narrantibus gloriā dei, opera manuum dei adnunciabant. Doctrinæ eorum firmamentū, siue quia crux, quæ firmamentū est æternū opere manuum eius triumphauit & uicit siue quia curabantur infirmi & suscitabunt mortui opera manuum eius adnunciant firmamentū. Cum dies loquebatur ad diem, & nox loquebatur ad noctē, quia sic de die in diē ibat, & nox loquebatur ad noctem uerbū, & de nocte in noctē, ut eius scientia panderetur. Hæc simpliciter. Ceterū diei dies patris filius est, pater ergo eructauit uerbū quod uerbū inuolutum in nocte uentris uirginis, inuoluto in nocte uentris sterili Elizabeth sui indicauit scientiā. Hæc Apostoli prædicantes non fuit loquela, neque sermo quorum non audirentur uoces eorum, ita ut uniuersarū gentium loquaces dicerent de eis. Nōne hi uiri Galilæi sunt, & quomodo unusquisque lingua nostra audiuimus eos loquentes magnalia dei? Horū autem sonum in omnē terram progressus est & in fines uniuersi orbis uerba eorum pœnerant, tēpore quo dominus in solē posuit tabernaculum suum. In solem non

istum qui ministerium diuinum exercens, horarum mensuras sub certa temporum norma discurrit, sed solē iustitiæ, qui in splendore uitæ æternæ uirgineo geditus aluo, lumē uerū mentibus fulsit, & est egressus de uirgine sicut spōsus de thalamo. Hic exultauit ut gygas ad currendam uiam, immaculatus utique ambulauit in uia in lege domini a summo cœlo egressio eius. Non ex semine uiri, sed ex ore patris qui est in summo cœlorum, & occursum eius usque ad summū eius. Non enim de oriente in occidentē, aut quasi de alto ad ima, sed de summo in summū, de alto in altū, & de uirtute in uirtutē, atque a summo ad summū, nō erit qui se abscondat a calore eius. Nulla enim gens erit in hoc sæculo, ad cuius noticiā non attingat calor fidei Christianæ, in qua est lex domini irreprehensibilis, conuertens animas, inuitās ab errore ad iter rectum, a mendacio ad ueritatem, ibi sunt iustitiæ lætificantes corda. Quid enim tam iustum gaudium cordis, quā hoc in quo iubemur omnia quæ uolumus, ut faciāt nobis homines, eadē nos faciamus eis. Hoc præceptū tam lucidum est, ut etiam cæcorū illuminet oculos, si tamen timor domini in nobis permaneat, per quē cōsideremus iudicia dei uera iustificata in semetipsa. Et desideremus ea super aurum & lapidē preciosum, & dulciora nobis fuerit super mel & fauū, quoniā qui seruus est domini, custodit ea & credit, quod in custodia præceptorū dei retributio tam multa sit, ut non sint condignæ passionis huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis, si tamen lapsus nostros & delicta nostra intelligere studeamus, quod arguit Psalmista, nullum uelle intelligere delicta sua. Arguendo enim nō negādo cātauit dicens, Delicta quis intelligit: Sicut in centesimo sexto dicit, Quis sapiēs hæc intelligit: & hic ita, Delicta quis intelligit: Sepe enim temeritatem constantiā dicimus, et iniuriā libertatem uocamus, fatuitati simplicitatis nomen imponimus, & adulationem charitatem integerrimam adpellamus. Ad hæc da scrutantem cordis oculū, intelliget ista, & idcirco clamat, qui intelligit, Ab occultis meis munda me domine, quia ipsa quæ in me sancta putantur, reatui subiacent, & ab alienis peccatis quibus adulando fomitem exhibemus, parce seruo tuo, quia si in me per adulationem nō fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & mundus ero a delicto maximo, quando autē sine adulatione loquutus fuero, tunc tibi placebunt eloquia oris mei. Tunc erit meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. Nihil enim cogitat qui nō adulatur, nisi hoc, quod non timeat uidere deum, & ideo ipsi deo securus loquitur, & placebunt ei eloquia eius, quia meditatio cordis eis in cōspectu dei est. Et huic dicit, Adiutor meus & redemptor meus, qui regnat in sæcula sæculorū. Amē.

In finem psalmus Dauid

XIX

e Xaudiat te dominus, in die tribulatiōis ptegat te nomē dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Syon tueatur te. Memor sit sacrificij tui, & holocaustum tuū pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consiliū tuū confirmet. Latabimur

Latabimur in salutari tuo, & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas. nunc cognouit quonia saluū fecit dominus Christū suum. Exaudiet illū de celo sancto suo, in potentibus salus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis, nos autē in nomine domini dei nostri iuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderūt, nos autē surreximus & erecti sumus. Domine saluū fac regē, & exaudi nos in die quā inuocauerimus te.

Christo eunti ad crucē dicit ecclesia, Exaudiat te dominus in die tribulationis. Homini utiq; qui se obtulit redemptionē pro oibus, Holocaustū, inquit, tuū pingue fiat, qd in altari crucis offers, & ita omne cōsiliū tuū cōfirmet, ut letemur in salutari tuo, & in nomine dñi dei nostri inuocemus te, cum surrexeris a mortuis, saluū enim facit dominus Christū suū, & ita erit in potentibus salus dexteræ eius, ut a dexteris suis latronē ad paradysum ducat. Alij cōfidunt in curribus, alij in equis, nos in nomine domini dei nostri magnificabimur, & illis cadētibus, nos resurgimus, qia rex noster saluus factus est, & resurgēs a mortuis ascendit in celos, & sedēs ad dexterā dei patris, exaudit nos in die qua inuocauerimus eū, ipsi gloria in secula seculorū Amen.

In finem psalmus Dauid

XX.

Domine in uirtute tua latabitur rex, & super salutare tuum exultabitur uehemēter. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius nō fraudasti eum. Quonia præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vnam petijt a te, tribuisti ei, & longitūdinē dierū in seculū & in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriā & magnū decorē impones super eū. Quoniam dabis eum in benedictionē in seculum seculi, latificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Quonia rex sperat in domino, & in misericordia altissimi nō cōmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderūt. Pones eos ut clybanum ignis in tempore uultus tui, dominus in ira sua cōturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorū de terra perdes, & semen eorū a filijs hominum. Quonia declinauerūt in te mala, cogitauerunt consilia quæ nō potuerunt stabilire. Quonia pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum. Exaltabis domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

Regem hoc in loco hominem perfectum adpellat nō in uirtute sua, sed in uirtute eius letantem qui eum adsumpsit, quia desiderium cordis eius tribuit

tribuit

tribuit ei, & uolūtate labiorū eius nō fraudauit eū, præuenit enim eum in benedictione dulcedinis. Amanti enim præcepta eius, dulcis est, isq; imperat sicut superius dixit: Super mel & fauū ori meo. Benedictio ergo dulcedinis est corpus eius, gustate, ait, & uidete quonia suauis dñs, hoc autē quod dicit. Posuisti super caput eius coronā: Imitator Christi Paulus, hos adpellat gaudiū suū & coronā suā, qui eius monita amplectabantur, quia Apostoli in eius gloria gloriabant, de his dicitur, Corona iposita in capite dñi, facta ex lapide precioso, sicut Ezechielis prophetia, & Ioānis Apocalypsis loquit. Vnam petijt. de adsumpto homine ait, uitā enim positus in morte suscepit, & longitūdinē dierū nō vsq; ad senectutē, sed in seculū seculi. Magna enim gloria eius, in quo magna est nō in arrogantia diuinitatis, sed in salute humanitatis, & ideo gloriā & magnū decorē imponens super eum, & dabis eū in benedictione eterna, quia sic sperauit in dño, & in misericordia eius cōmotus non est, ut pro salute generis humani etiā seipsum sacrificari permitteret, ex hoc loco pater ad filiū loquit, inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua illa quæ in cruce clauos accepit, ipsa inueniat eos qui te oderūt, pone eos ut clybanū ignis, in tempore uultus tui. Tunc in ira tua conturbabis eos, & deuorabit eos ignis. Iudicij enim dies dum uenerit, fructus eorū qui increduli perseverant, a terra perient. Nā eos fructificat in resurrectionis fructu, quos seminatos accepit in obitu, nā corpora nostra seminari Apostolus probat cū dicit, Seminat in corruptione, surgit in incorruptionē, sed hi qui declinant in Christo mala, sicut tunc Iudei, & contra eū peruersitatis suæ cogitant consiliū. In die illa ponent in dorso & in reliquijs suis præparat uultū suū Hoc est, non in prima anastasi resurgūt cū sanctis, sed quod residuū fuit resurrectioni primæ, in eo præparabit uultū illorū. Tunc laudes domino letu Christo offerentes in hymno, & ista uerba cantabimus, ut dicamus ei, Exaltare domine in uirtute tua. Iam non in persona serui latibulū tuæ uirtutis obumbras, sed exaltare in uirtute tua, & sentiant te uictorē qui nostrū te credere dubitant saluatorē tibi gloria in secula seculorū Amen.

In finem psalmus Dauid pro susceptione matutina. XXI.

Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti, lōge a salute mea uerba delictorum meorū. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiā mihi. Tu autem in sancto habitas laus Israel. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberaisti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum uermis & nō homo, opprobriū hominum & abiectio plebis. Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerūt caput. Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult

d eum.

eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab ubere matris meae, in te proiectus sum ex utero. De ventre matris meae deus meus es tu, ne discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circudederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa uirtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Quonia circudederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defensionem meam conspice. Erue a fratre meo deus animam meam, & de manu canis unicam meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum, uniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel, quonia non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam a me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna, uota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, uenient corda eorum in saeculum saeculi. Reminiscetur, & conuertentur ad dominum, uniuersi fines terrae. Et adorabunt in conspectu eius, uniuersae familiae gentium. Quonia domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrae, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi uiuet, & semen meum seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio uentura & annunciant eorum coeli iustitiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus.

In passione sua positus dominus explanauit psalmi huius mysteria. Nam Hebraicis uerbis versiculū primū istius psalmi exprimens, cetera quae sequebantur exposuit, Nam ibi legimus dicentes Phariseos, Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. In ipsa passione circudederunt eum

runt eum vituli multi, id est, populi Iudeorum. Tauri pingues obsederunt eum, id est, principes sacerdotum. Aperuerunt super eum os suum dicentes, blasphemauit. Dederunt fremitum sicut leo rapiens & rugiens. Danabilis ille Cayphas princeps sacerdotum, ita fremuit, & ut uestimenta sua scinderet. Sicut aqua effusa sunt ossa eius. Bene posuit aquam, quia nihil nouit corpus Christi, nisi peccata lauare. Factum est cor meum sicut cera liquecens in medio ventris mei. Cera dum soluta fuerit ab igne non perit, ut ceterae species ab igne semel incense in cinerem rediguntur, cera uero cum arserit, ad hoc redit quod fuit. Sciens ergo se perire non posse. Sicut cera, inquit, liquefactum est in medio ventris mei. Aruit uelut testa uirtus mea, Non dixit fractum est uelut testa, nam sicut fractura eius irremediabilis est, ita coctura laudabilis inuenitur. Et ideo quanto plus aruerit uelut testa, uirtus mea Et lingua mea adhaesit faucibus meis. Tacens quasi reus mortis deduxerunt me. Et circudederunt me quasi canes multi, & ita in concilio malignitatis suae obsederunt me, ut foderent manus meas et pedes, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi etiam considerarent & conspicerent me, ac diuidebant sibi uestimenta mea, & super uestimentum mitterent sortem. Nescio cum qua animi presumptione, o sceleratissimi Iudei, psalterium in uestris canitis synagogis. Considerate miseri hunc esse dominum quem negastis, & uel tarde timetes dominum. Laudate eum, uniuersum semen Iacob magnificate eum. Timete eum uniuersum semen Israel, Non enim spernit precem uestram intantum, ut in cruce positus pro crucifigentibus oret, ut sit laus eius in ecclesia magna, & uota sua reddat coram timentibus eum. Dum edent corpus eius pauperes spiritu ut satiarentur & facti diuites. In fide laudent dominum, requireres eum & uiuat cor eorum in aeternum, Et per hos conuertantur ad dominum uniuersi fines terrae, ut adorarent in conspectu eius, non sola Iudea, sed omnes patrie gentium, quonia domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ecce schola Christi in pauperibus discipulis celebrata, nunc schola phariseorum exurgite & uidete manducantes & manducantes illi manducauerunt & saturati sunt, & laudauerunt dominum requirentes eum. Isti autem manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites terre. Et ideo in conspectu dei cadent omnes qui descendunt in terram. Descensus enim terrenus hominibus famulatur, nostra autem anima deo seruiat & ipsi uiuat. Semen uero nostrum ipsi seruiat in castificatione continentiae, ut annunciemus domino generationem uenturam, id est, futuram sanctorum gloriam cogitemus, Et annunciemus iustitiam dei fratribus ac filiis, etate & omni populo, qui nascetur, quem fecit dominus deus noster, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Psalmus David.

XXII.

Ominis regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiae
d 2 propter

propter nomē suū. Nā & si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecū es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Parasti in cōspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulāt me. Inpinguasti in oleo caput meū, & calix meus inebriās quā præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me, oībus diebus uitæ meæ. Et ut inhabitē in domo dñi in lōgitudine dierū.

Qui in vicesimo primo psalmo habuimus tribulationē passionis. In vicesimo secūdo psalmo lætitiā resurrectionis accipiamus, vt quia ibi seminauimus lachrymas patētis dñi, hic metamus gaudia resurgētis. Dicāt qui volūt, Reget me ager meus, & nihil mihi deerit. Dicat alius, Reget me negociatio mea, aut milicia mea, aut industria mea, aut ars mea, aut literæ meę, & nihil mihi deerit. Nos dicamus cum ecclesia. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Vox ergo ista contemnentis est, si habet, aut habere nolentis, si nō habeat. Alioquin mentit̄ in carmine, qui aliud exoptat in voto. Si enim studio agit, vt eū quæcūq; terrena opera regant, non satis integre dicit, Dominus regit me. Perfectorū ergo ista vox est, quā ecclesia de domini passione suscepit. In loco pascuæ collocata, sup aquā refectionis educata. Vbi em̄ abundat fons, ac largis profluit uenis, ibi viriditas, ibi amœnitās, ibi relectio. Hæc autē mihi euēniēt, quia per passionē suā animā meam conuertit, Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suū. Nam & si ambulē in medio umbræ mortis, iam nō timebo mala, quoniā tu mecū es, qui mortis imperiū subiugasti. Quid nūc habeat intra se ecclesia videamus. Habet virgā vnde minatur delinquētī. Habet baculū vnde subueniat pœnitenti. Habet mensam vnde det panem credenti. Habet oleū vnde impinguet caput in libertatē conscientie præsumenti. Habet calicē vnde inebriet prædicantes sermonē, ita vt eū sit hora diei tertiā iā ille in prædicatione sua ebrius æstimetur. Habet misericordiā dei, quæ subsequat̄ eū omnibus diebus uitæ suæ, & vt inhabitet in domo domini in lōgitudine dierū suorū, laudās dominum Iesum Christū, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Psalms David in prima sabbati.

XXIII.

Omnī est terra & plenitudo eius, orbis terrarū, & uniuersa si qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animā suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a domino, et misericordiā a deo salutari suo. Hæc est generatio quærentiū eū, quærentiū faciem dei Iacob. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ eternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ?

riæ? do/

riæ? dominus fortis & potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ eternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.

Vicesimus tertius psalmus in introitu suo sup ipsum limen posuit titulū de prima sabbati. In qua die dixit dominus, Fiat lux, in qua panē angelorum māducauit homo, in qua ipse dominus resurrexit a mortuis. Quæ dicitur idcirco in titulo ponitur, quia in ipsa lucratus est terrā, quam in principio fecerat orbem terrę, & omnes qui habitāt in ea. Quomodo autē lucratus sit, si requiris, respōdet per aquā & spiritū sanctum, Ideo clausa maria nominat sinu. n. aquarū omniū vnum, qā sicut omnia flumina vnū hūc habent sinū, ita omnia vnū hūc habent spiritum sanctū. In quo fiunt homines innocētes manibus & mūdo corde. Et sicut qui ibi ingressus non fuerit, in vanū accipit animā suam, si tamen nō iurauerit in dolo proximo suo, qā per baptismatis donum pximus ei efficitur spiritus sanctus. Per hūc promittit se renūciare diabolo, & omnibus pompis eius. Iurare ergo est ius cōstituere, quo renūciata abstinentur, & promissa seruātur. Ista nō iurauit in dolum pximo suo, quomodo pximus factus est spiritui sancto: quia is qui longe erat, factus est prope, Et q factus est prope, iurauit huic pximo, quādo accepit benedictionem a domino, & misericordiā a deo salutari suo. Et factus est filius dei in generatiōe quærentiū dominum, & requirentiū faciem dei Iacob. Iam isti dicitur, Tollite portas principis uestri. Abijcite exemplum Adæ, qui est princeps uester secundū carnem, & eleuamini portæ eternales, habentes regē gloriæ potentem & fortem & potentem in prælio, vincentem vitia, & nutritores eorū, spiritus nequam. Tollite ergo portas principis uestri, sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis. Quis est iste rex gloriæ? Christus filius dei ipse est rex gloriæ. Excludēs principem ignominie, qui deiecit simulachrorū templis, ueluti portis principis diaboli, eleuauit portas eternales sanctæ ecclesie catholice, in qua regnat rex gloriæ. Si interrogas quis est iste rex gloriæ? respondebit Apostolus, rex omniū ad salutem Christus filius dei qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finem Psalmus David

XXIII

De domine leuauit animam meam, deus meus in te confido non erubescam. Neq; irideāt me inimici mei, etenim uniuersi qui sustinent te non cōfundentur. Cōfundantur omnes iniqua agētes, superuacue. Vias tuas domine demōstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua, & doce me quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miserarionum tuarum dñe, & misericordiarum tuarū quæ a sæculo sunt. Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas, ne memineris.

d ; Secundum

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in uia. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites uias suas. Vniuersae uiae domini misericordia & ueritas requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo, multum est enim. Quis est homo qui timet dominum, legem statuit ei in uia quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen ipsius hereditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum, & testamentum ipsius ut manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte uniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam & erue me, non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes & recti adhererunt mihi, quia sustinuit te. Libera deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

AB omnibus terrenis lucris, ab omnibus quae uidentur bona huius mundi, subducens animam meam, ad te eam domine leuaui, iam non confidens in nullo, in domo, in negotio, in militia, in facultatibus, sed in te confidens peto, ut non erubescam dum de corpore exiero, quia ibi confusio eterna est. Non ibi de me irrideant inimici mei, quia hi qui te solum contemptis omnibus expectant, non confundentur, ibi enim confundentur iniqui & facientes uana. Et quoniam te duce domine peruenit ad vitam, Vias tuas quas tu ambulasti notas fac mihi, ut per ipsas ambulem, & semitas tuas edoce me, ut in ipsis incedam. Et ut hoc ipsum faciam, tu me dirige in ueritate tua, & tu doce me, quia tu es deus saluator meus. Non enim sustineo alium praeter te rota die, id est, omni die. Memor esto domine misericordiarum tuarum, quae a seculo sunt, & sicut omnibus fuisti misericors, ita quoque mihi, ut peccata iuuentutis meae & ignorantias ne memineris, sed secundum magnam misericordiam tuam memor mei sis, non propter merita mea per amaritudinem meam peream, sed quia ipse dulcis & rectus es. & uniuersae uiae tuae misericordia & ueritas querentibus testamentum tuum. Et testimonia tua peto, ut propitius sis peccato meo, multum est enim. Ideo ego enim contempsi uiam meam, & elegi uiam tuam, & animam meam ad te leuaui, ut anima mea in bonis commoretur, & semen meum illam terram possideat quam non comedit draco, quae non est sinus mortuorum, quae non generat spinas, sed in qua est dominus firmamentum timentibus se, & testimonium ut manifestetur illis. Et quia haec desideratibus, laqueus ponitur ab inimico, Oculi

co, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei, quoniam unicus & pauper sum ego. Omnis quae plus in gemitu & in oratione incubit, unicus & pauper est, & tribulationes cordis eius multiplicatur, memor omnium quae aguntur in seculo, clamat, ut de saeculi necessitatibus liberetur. Et ideo uide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Respice, inquit, inimicos meos, quia multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Humilem deo daemones persequuntur, & odio iniquo infestant. Et ideo custodi, inquit, animam meam, & eripe me, ut non confundar, quoniam spero in te. Innocentes & recti adherent mihi, quoniam sustinuit te domine, quia liberas Israel ab omnibus angustiis suis. Iam qui innocentibus & rectis adheret, & sustinet dominum, Israel efficit, id est, uidens deum, & ideo iam Israel factus, redimitur ab omnibus angustiis suis, Per dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Psalmus David

XXV.

Vidua me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Proba me domine, & tempta me, ure renes meos & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua. Non sedi cum consilio uanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, et cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum domine. Ut audiam uocem laudis, et enarrem uniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorum domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae. Ne perdas cum impijs animam meam, et cum uiris sanguinum uitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me et miserere mei. Pes enim meus stetit in directo, in ecclesijs benedicam te domine.

Iudica me domine, non essem ausus dicere, nisi misericordia tua ante oculos meos esset. Certus ergo quod iudicia tua adiuuent me ideo ausus sum dicere, iudica me, istae duae res dant fiduciam Christiano, ut misericordiam dei ante oculos habeat, & complacere in ueritate catholicae fidei, non sedeat in consilio hereticorum, sed lauet inter catholicos manus suas, ut circumdet altare domini, ubi audiat uocem laudis, & narret omnia mirabilia dei, & dicat domino. Cum exieris de corpore, noli perdere cum impijs animam meam, quia dilexi decorum domus tuae, & odiui congregationes malignorum, non pereat cum uiris sanguinum uita mea, eorum qui in iudicio sedentes acceperunt munera, ut perterrent iudicium. Ego enim nullum in iudicio nocui, redime me, & miserere mei. Pes enim meus stetit in uia recta, in recta fide, in ecclesijs benedicam dominum, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

In finem

In finem psalmus Dauid priusquam liniretur. XXVI.

Ominus illuminatio mea, & salus mea quæ timebo. Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo. Cum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistat aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Vnã petij a domino hanc requirã, ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus uitæ meæ. Ut uideã uoluntatẽ domini, & uisitem tẽplum eius. Quoniã abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meũ sup inimicos meos. Circuui & immolauĩ in tabernaculo eius hostiã uociferationis, cantabo & psalmũ dicam dño. Exaudi dñe uocẽ meã quæ clamaui ad te, miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea, faciem tuã domine requirã. Ne auertas faciẽ tuã a me, ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Quoniã pater meus & mater mea dereliquerunt me, dñs autẽ adsumpsit me. Legem pone mihi domine in uia tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniã insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Credo uidere bona domini, in terra uiuentium. Expecta dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuũ, & sustine dominum.

Psalmi titulus habet positum, prius quam liniretur. Solitũ est homini in potẽtatu posito recordari quid egerit dñi pauper esset. Prius ergo quam liniret, recordat iam unctus, & dicit quæ cogitatio eius fuerit, priusq; liniret hoc ordine, quasi qui diceret, si priusq; unctus essem, septẽ fratres mei magni uiri ab unctioe recusati sunt, & mei curã deus gessit, ut paruũ & pusillũ eligeret & ungeret, nunc ipso illuminante mihi, & fugante a me tenebras, ego quæ timebo: Ille defendẽte me, a quo trepidabo: etiã si pximent mihi a Saul missi, ut edãt carnes meas, qui tribulãt me, & inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si etiã prælium exurgat aduersum me, ego in illuminatiõẽ dñi sperabo. Vnum hoc est quod postulo dñm, & hoc requiro, ut uideam quid placeat dño, sciam uoluntatẽ eius, & uideã protegi tẽplũ eius, ut qui ad eũ confugerit, honoretur, & ab hostium manibus nõ possit inde eripi tantam reuerentiam habeat ecclesia dei, ut etiam ab hostibus honoretur, ut abscondi possim in tabernaculo eius in die malorũ, & sup petram exaltetur, ut porte inferni

inferni non preualeant ei, ut exaltetur caput eius super inimicos eius, & circum meam & immolem in tabernaculo eius, hostiam iubilationis, & cantem in ea, & psallam domino, & fundens in ea preces, securus dicã domino: Miserere mei & exaudi me. Si tamen dei se amatorem ostendens inuisibili, inuisibiliter clamat, sicut Moyses ore, inquit, tacebat, sed corde clamabat, unde ait dominus ad eum: Quid, inquit, clamas ad me? Sic & in isto loco amator dei, non quærens ullam mundi speciem, sed solam Christi pulchritudinem concupiscens, ea uerba quæ amatores solent eis, quos diligunt, dicere sermonibus lingue, ita iste sermonibus exclamat cordis, dicens: Tibi dixit, cor meum, quæsiui uultum tuum, non auertas faciem tuam a me, ne declines in ira a seruo tuo: Egi enim talia quibus iuste iratus a mea concupiscentia auertaris, sed quasi misericors adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus. Vide autem qualem amorem deo offerat, legimus: Quia relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori, ita hic, quia adamauit dominũ: Pater, inquit, meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem adsumpsit me, etiam quasi tu, o domine, quem derelictũ a parentibus adsumpsisti, Legem pone mihi in uia tua, ostende quid uelis, quid nolis, quid diligas, quid odias. Fieri enim poterit ut obsequendi uoto offendant, nisi ut te offenso, illi super me habeãt potestatem. Hoc rogo, ut dirigas me in uia recta propter inimicos meos, ut non tradas me in animas persequentium me, quia insurrexerunt in me testes iniqui. Ostendunt mundi pulchritudinem, quæ cum sit mortalis in gustu, speciosa est in adspectu, & mentidam bona domini in terra, non mortalium, sed uiuentiũ. Ad hæc responsa uiuentium, expecta dominũ, age uiriliter, confortetur cor tuum, & sustine dominum, qui regnat in secula seculorum Amen.

Psalmus ipsi Dauid

XXVII.

De te dñe clamabo, deus meus ne fileas a me, ne quando taceas a me, et adsimilabor descendentibus in lacũ. Exaudi dñe uocem deprecationis meę, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad tẽplũ sanctum tuũ. Ne simul tradas me cũ peccatoribus, et cũ operantibus iniquitatẽ ne perdas me. Qui loquuntur pacẽ cum pximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ. Da illis secundũ opera eorum, et secundum nequitia adinuentionum ipsorũ. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionẽ eorum ipsis. Quoniã non intellexerunt opera domini, et in opera manuum eorum destrues illos, et non edificabis eos. Benedictus dominus, quoniam

quoniā exaudiuit uocē deprecationis meæ. Dominus adiutor meus, & protector meus, & in ipso sperauit cor meū, & adiutus sum. Et resloruit caro mea, & ex uolūtate mea cōfitebor ei. Dñs fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est. Saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle eos usq; in æternum.

In dei filio perfectū deū, perfectū hominē cōfitemur, quē hominē interiorē suū alioqui in isto psalmo aduertimus, in quo clamat simul cū peccatoribus, ne rradat qui peccatū nō fecit. Et quia dolus in ore eius nūquā fuit, hoc orat, ut dū similis fuerit descēdentibus in lacū, hoc est, cū similis fuerit sepultis nō habeat partē cū his, qui loquūtur pacē in ore, & in corde fabricāt mala, sicut ludas fecit. Da illis, inquit, secūdū opera eorū, quia opera dñi nō intellexerūt, & quē videbāt mortuos suscitare, dicebāt, Hic homo nō est a deo. At Iesus dicebat eis, Si uerbis nō creditis, uel operibus credite. Illi autē nō intellexerūt in opera dñi, & ideo destruent, nec ædificabunt, quia dñs suscitauit Iesum a mortuis, & resloruit caro eius, & ex uolūtate sua cōfessus est illi. Omnia em̄ quæ passus est, pro uolūtate sua passus est, sicut ipse ait, Potestatem habeo ponēdi animā meā, & iterū adsumēdi eā. Et ideo ait, Ex uoluntate mea cōfitebor illi. Ipse est, em̄ fortitudo plebis suæ, quia dicta factis impleuit. Dixit se passurū, & passus est, moriturū, & mortuus est, surrecturū, et a mortuis resurrexit, excludēs infirmitatē trepidationis, & dans fortitudinē prōptissime uolūtatis. Quia protector saluariū Christi sui est, quia ille sine dubio salutē animæ & corporis, & benedicēs hæreditatē suā, gentes a subiectione dæmonū liberādo, ut regat eos, & extollat eos usq; in sēcula filius dei cū patre & spiritu sancto, regnans per omnia sēcula sēculorū Amen.

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII.


Deferte domino filij dei, adferte domino filios arietum.
 a Adferte domino gloriā & honorē, adferte domino gloriā
 nomini eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Vox
 domini super aquas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas
 multas. Vox domini in uirtute, uox domini in magnificentia.
 Vox domini confringentes cedros, & cōfringet dominus cedros li
 bani. Et cōminuet eos tanquam uitulū libani, & dilectus quem
 admodū filius unicorniū. Vox domini intercidētis flammā ignis,
 uox domini cōcutiētis desertū, & cōmouebit dominus desertū Ca
 des. Vox domini preparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in
 templo eius omnes dicent gloriā. Dominus diluuiū inhabitare fa
 cit, &

cit & sedebit dominus rex in æternū. Dominus uirtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

Titulus cōsummationē tabernaculi memorat. Cōsummatio tabernacu
 li, finis mūdi est, in quo offerūt deo filij dei filios arietū. Filij arietū agni
 sunt, qui ponunt ad dexterā, ut gloriā & honorē, & gloriā nomini eius of
 ferētes in operibus pijs quæ gesserūt, adorēt dñm, iam nō in ædificijs manu
 factis, sed in aula sancta eius id est in Christo Iesu, in quo habitat plenitudo
 diuinitatis. Vox domini super aquas. Quādo Iesus baptizatus est, pater cœ
 lis apertis & spiritu sancto in specie colūbe ueniēte, uox dñi super aquas fa
 cta est dicēs, Tu es filius meus. Deus maiestatis intonuit, hoc est, dedit uocē
 super aquas, id est, super sectas gentiū, ut finiatur in uirtute & in magnificē
 tia Christi Iesu. Quicūq; autē rebellis extiterit, & elatus sicut cedrus libani, cō
 fringetur & cōminuetur sicut cedrus libani. In libano sacrificantes usq; ho
 die turpissimæ Veneri, uitulorū uirilīa amputant, et in eius sacrificio huius
 modi incensa supponūt, mercedē quā oportuit erroris sui, dea suæ exhibēt
 meretrici. Ita ergo cōminuitur tanquā uitulus libani, qui castitatē Christi cō
 templerint, & ut dilectus sicut filius unicorniū erunt. Quibus uox placuerit
 intercidētis flammā ignis, id est, quibus uox placet baptismatis gratiam cō
 ferentis, quæ in concussione solitudinis cœpit, In deserto enim Iordanis flu
 uenta dei filius benedixit, & commouit desertū oppidi breuissimi in confinio
 eremi constituti, quod adpellatur Cades. Ibi uox domini preparauit ceruos
 qui festinarent ad fontes aquarū, ubi reuelauit ea quæ erant condensa, id est,
 occulta, ut his reuelatis, in templo dei, quibus reuelata sunt omnes dicāt glo
 riam & confiteantur, quia dominus in diluuiō habitat, id est, in aqua quæ
 diluit crimina, & in eodē diluuiō sedebit rex in æternum, ibi uirtutem popu
 lo suo dabit, suo inquam, credenti sibi, ibi benedicet plebem suam in pace,
 qui regnat in sēcula sēculorū Amen.

Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid. XXIX.

Xaltabo te domine, quoniā suscepisti me, nec delectasti ini
 e micos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te,
 & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meā,
 saluasti me a descēdentibus in lacū. Psallite dño sancti eius, & cōssi
 temini memoriæ sanctitatis eius. Quoniā ira in indignatiōe eius,
 & uita in uolūtate eius. Ad uesperū demorabit fletus, & ad matuti
 nū lætitia. Ego autē dixi in abūdātia meā, nō mouebor in æternū.
 Dñe in uolūtate tua præstitisti decori meo uirtutē. Auertisti faciē
 tuā a me, & factus sum cōturbatus. Ad te dñe clamabo, & ad deū
 meū deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in
 corruptionem. Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciatem
 ueritatem



ueritatem tuā. Audiuit dominus, et misertus est mei, dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meū in gaudiū mihi, cōcidisti saccū meū, et circumdedisti me leticia. Et cātet tibi gloria mea et nō cōpungar, dñe deus meus in eternū cōfitebor tibi.

In uicesimonono titulo dedicatur domus Dauid. Illa utiq; domus ex femine Dauid secundum carnem, non manu facta, sed angeli uerbo mandata & ab spiritu sancto constructa. Ipsa domus est quę dicit deo. Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, suscepit enim formam serui, ut nō delectarentur inimici super hominū genus, Christo enim Iesu Nazareno extracto ab inferis, & saluato a descendētib; in lacum, psallunt ei omnes Apostoli eius, & confitentur memorię sanctitatis eius, quoniā ira fuit in indignatione eius, quādo maledictus est mundus in morte Adę, & nunc uita in uolūtate eius, domino resurgente. Ad uesperum quidem demorabitur fletus, in occasum omnium credentiū necesse est, ut sit fletus, pro eo quod desolabimur ab his, qui nos præcedunt, sed habebimus cum his in matutino læticiam. In prima Anastasi mox ut tenebrę huius mundi finitę fuerint, & matutinum tempus resurrectionis aduenerit, hic decus fidei nostrę consistit, sed in uoluntate sua dominus præstat decori nostro uirtutem. Nam si auerterit faciem suā, quantumuis amemus dominum, non eum plus a Petro amauimus, & si ei dicamus cum Petro, Si oportuerit me mori tecum, nō te negabo, poterit nobis negandi eum euenire perfidia, si auerterit se a nobis. Deniq; inquit, conuertit se Iesus & respexit Petrum negantem, sed & recordatus est quod ei hoc ipsum prædixerat. Et egressus foras fleuit amarissime. Cum ergo auerteret se dominus in præsumentem & dicentem. Non mouebor in æternum, negauit cum respexit negantem, fleuit, & lauerunt lachrymę poenitentis, quod noxa incurrebat præsumentis, Non enim cōfitebor dominum puluis, si præsumpserit, nec adnunciat ueritatem eius, si se iactauerit. Si autem post peccatum poenituerit, & poenitudinem suam lachrymis amoris ostenderit, dicere poterit cum Petro, Audiuit dominus, & misertus est mihi, dominus factus est adiutor meus quia conuertit planctum eius in gaudium, ut quod tertio negauerat, tertio fateretur. si tamen gloria credentis in Deo non in hominibus extollatur, tunc securus dicit, Domine deus meus in eternum cōfitebor tibi, qui regnas in secula seculorum Amen.

In finem psalmus Dauid pro extasi.

XXX.

Nte domine speraui, nō confundar in æternum, in iustitia tua libera me, inclina ad me aurē tuā, accelera ut eruas me. **E**sto mihi in deum p̄tectorē, et in domū refugij, ut saluum me facias. Quoniā fortitudo mea et refugij meū es tu, et propter nomē tuū deduces me, et enutries me. Educes me de laqueo quem abscondērūt mihi, quoniā tu es p̄tector meus. In manus tuas cōmē/
do spiri/

do spiritum meum, redimisti me domine deus ueritatis. Odisti obseruantes uanitates superuacue. Ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animā meam. Nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spaciose pedes meos. Miserere mei domine, quoniā tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus. Quoniā defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa mea cōturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū uicinīs meis ualde, & timor notis meis.

Qui uiderunt me, foras fugierunt a me, obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquā uas perditū, quoniam audiui uituperationē multorū commorantiū in circuitu. In eo, dū conuenirent simul aduersum me accipere animā meā, cōsiliati sunt.

Ego autem in te speraui domine, dixi deus meus es tu, in manibus tuis sortes meę. Eripe me de manibus inimicorū meorū, & a persequentibus me. Illustra faciem tuā super seruū tuum, saluum me fac in misericordia tua domine nō confundar, quoniā inuocaui te. Erubescant impij & deducantur in infernū, muta fiant labia dolosa.

Quę loquūtur aduersus iustū iniquitatē, i superbia & in abusiōe.

Quā magna multitudo dulcedinis tuę domine, quā abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorū hominū. Abscondes eos in abscondito faciei tuę, a cōturbatione hominū. Proteges eos in tabernaculo tuo, a cōtradictiōe linguarū.

Benedictus dñs, quoniā mirificauit misericordiā suā mihi in ciuitate munita. Ego autē dixi in excessu mentis meę, proiectus sum a facie oculorū tuorū. Ideo exaudisti uocē orationis meę, dū clamare ad te. Diligite dominū omnes sancti eius, quoniā ueritatē requirit dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiā. Viriliter agite & confortetur cor uestrū, omnes qui speratis in domino.

Triciesimus psalmus spem, quę in deo est, adserit hominē ab æterna cōfusione liberare. Deus em̄ pro iustitia sua sperātes in se liberat & eripit. Et inclinat eis aurē suā, & accelerat ut eripiat, ut sit eis deus, p̄tector, quasi domus refugij, ut salui fiant, ut eripiat eos de laqueo quē occultāt eis dæmonia, Si tamē semper dicat dño: In manus tuas dñe cōmēdo spiritū meū, id ē, interiorē hominē meū in tuas manus cōmēdo, Nō em̄ facio obseruare ueritatem

nitatem seculi huius, non eū facio lætari in rebus mūdi, sed in tua misericordiā, qui saluā fecisti de necessitatibus animā meā. Quando respexisti humilitatē meā, & nō conclusisti me in manus inimici, sed tollens me ab angusto, vbi angustiabor, statuisti in loco spaciōso pedes meos. Vt autē deū tibi facias miserantē, te exhibe tribulantē, non em̄ petit misericordiā, nisi tribulans, cuius fletu cōturbatur adspectus, & anima eius & venter eius castigatus ieiunijs memor esse debet. Quoniā quāuis diu viuat homo, vita eis deficit in doloribus & quantūvis annositate floreat deficiunt, anni eius in gemitibus, & quantūvis viriū habeat, paupereſcunt vires eius, & quantūvis soliditate corporali cōfidat, dicturus est: ossa mea conturbata sunt. Hoc sane cauendū est, ne super om̄es inimicos suos efficiatur opprobriū. Hic locus si iusto euenit, martyrē fecit, si iniusto, æternā mortē indixit. Iniuste em̄ odio habitus est om̄nis sanctus, & ipse etiā dominus. Tunc em̄ exclamat spiritus sanctus. Sicut in Christo prędictū est, vt muta fiāt labia iniqua, quæ loquūtur aduersus iustū iniquitatē in superbia & cōtemptu, & quāuis amaritudines patiunt̄ iusti in hoc seculo, sed magna multitudo dulcedinis eos expectat, si p̄seuerauerint, in futuro, quā interim abscondit dominus timentibus se. Nō vult eā in hoc seculo manifestare, vt perficiat eā sperantibus in se corā filijs hominū, qui eos irriserint. Et nunc quidē abscondit eos in abdito vultus sui, vt sicut ipsius vultus ita erat in abdito, vt putaretur homo tātū, ita & isti cū sint magni & sancti, abscondit eos in abdito vultus sui a cōturbatione hominū, ne dū manifestatū fuerit eos esse sanctos & amicos dei, conturbet̄ ab hominū adulatione propositū eorū. Sed tunc mirificat misericordiā suā in eis, cū adparuerit ciuitas circūstantiū, quā circūstant angeli, ciuitas mater sanctorū Hierusalem. Quid tū ibi dicturus est iustus: dū viderē me in seculo pro stercore æstimari ab om̄ibus, dixi in corde meo. Proiectus sum a vultu oculorū tuorū. Tu autē exaudisti vocē qua clamaui ad te. Nolite ergo terrorē pati sancti domini, si vos superbia hominū opprimit. Erit enim iudiciū, in quo requireret veritatē dominus, & retribuet his, qui abundanter faciunt superbiā. Viriliter nunc agite, nolite deficere, sed confortetur cor vestrū, & estote securi om̄es, qui speratis in domino, qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Intellectus Dauid.

XXXI.

Eati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatū, nec est in spiritu eius dolus. Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea, dum clamarē tota die. Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in erumina mea, dum cōfigitur spina. Delictū meū cognitum tibi feci, & iniustitiā meā non abscondi. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus

in tem

in tempore oportuno. Verūtamen in diluuiō aquarū multarū ad eum non adproximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione quæ circūdedit me, exultatio mea erue me a circūdantibus me.

Intellectū tibi dabo, & instruā te in uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non adproximant ad te. Multa flagella peccatoris, sperantem autē in domino misericordia circūdabit. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Tricelimus primus psalmus præsens, titulū suum in intellectum posuit vt det intellectū & instruat credentē in via qua ingreditur, & firmet super eum oculos, ne efficiatur sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. Ad caput tamen psalmi attendamus, in quo illi beati adseruntur, quorū remittunt̄ iniquitates, & quorū teguntur peccata. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, hoc ei euenire non poterit. Quis autē est iste qui remittit peccata: Ille sine dubio, de quo dicitur, Quia nō est in ore eius dolus. Mundus itaq; totus in sente positus, & in vulnere constitutus, quia grauata erat super eum manus dei, & cōuersus in erūna fuerat, pro eo quod fracta esset eius spina, quæ libertatē ceruicis & capitis eius sublimabat: clamauit semper per voces prophetarū, vt veniret qui saluaret eū. At vbi venit dominus tacuit dū clamarem. Veniente enim domino, lex & prophetæ, qui clamabant, tacuerunt, & pronunciantē vna quoq; contra eū sententiā pro peccato suo, ille remittit impietatē cordis eis, pro qua orat omnis sanctus in tēpore oportuno. Oportunū tēpus interueniēdi pro seruo est: quando seruus em̄ datur. Nos ergo damus tēpus oportunū sanctis orandi pro peccatis nostris, quando a peccato recedimus. Nam quod dicit, In diluuiō aquarū multarū ad eum nō adproximabunt. Ostendit per vnā aquā baptismatis deo homines proximare, quæ est refugium a pressura demonū, quæ circūdat nos, Et intellectū dat nobis, & ita nos instruet in via qua ingrediemur, vt firmet super nos oculos suos, ne efficiamur sicut equus & mulus. Qui em̄ noluerint proximi effici, freno tribulationis & chamo sententiali maxillæ eorū adstringentur, qui non proximant ei. Multa sunt enim flagella peccatorū, sed qui sperant in domino misericordia eos domini circūdabit. Vos autem qui non chamo & freno, sed iudicio bonæ voluntatis venitis ad dominū. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde in Christo Iesu domino nostro, qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem psalmus Dauid

XXXII.

Exultate iusti in dño, rectos decet collaudatio. Cōfitemini domino in cythara, in psalterio decē cordarū psallite illi.

e 4 Cantate

Cantate ei canticū nouū, bene psallite ei in uociferatione. Quia re/ctū est uerbū dñi, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiā & iudiciū, misericordiā dñi plena est terra. Verbo dñi coeli firma/ ti sunt, & spū oris eius om̄is uirtus eorū. Cōgregās sicut i utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat dñm omnis terra, ab eo aut̄ cōmoueantur omnes inhabitantes orbē. Quoniā ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Dñs dissipat cōsilia gentiū: reprobāt aut̄ cogitationes populorū & reprobāt cōsilia principū. Consiliū aut̄ dñi in æternū manet, cogitationes cordis eius in gene/ ratione & generationē. Beata gens cuius est dñs deus eius, populus quē elegit in hereditatē sibi. De caelo respexit dñs, uidit omnes fi/ lios hominū. De preparato habitaculo suo respexit sup oēs qui ha/ bitāt terram. Qui finxit singillatim corda eorū, qui intelligit om̄ia opera eorū. Nō saluat rex per multā uirtutē, & gygas nō saluabit̄ in multitudine uirtutis suæ. Fallax equus ad salutē, in abūdātia aut̄ uirtutis suæ nō saluabit̄. Ecce oculi dñi sup metuētes eū, & in eis q̄ sperāt sup misericordiā eius. Ut eruat a morte animas eorū, & alat eos in famæ. Anima nostra sustinet dñm, quoniā adiutor & prote/ ctor noster ē. Quia in eo letabit̄ cor nr̄m, & in noīe sancto eius spe/ rabimus. Fiat misericordiā tua dñe sup nos, quē admodū sperauimus i te.

Si in isto mundo ab initio sæculi, iusti dei afflictiones, & tribulationes pas/ si sunt, quomodo dicitur gaudete iusti: o an vacat ei gaudere qui ceditur, quiq; diuerso genere tormentorum adfcitur. Si ista quis loquatur, secū con/ sideret Apostolum nō solum gaudere in his, uerum etiam placere sibi in per/ secutionibus. Vnde & Iacobus Apostolus: Omne, inquit, gaudium existi/ mate fratres, cū in tentationibus uarijs incideritis. Ipse autem magister Apo/ stolorum docet qualiter gaudeamus: Cum vos, inquit, persecute fuerint ho/ mines, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, gaudete & exul/ tate, quia merces uestra magna est iu caelis. Si recti estis fide, nolite laudes ho/ minum quærere in terris, quia angelorum habebitis in caelis. Ibi vos decet collaudatio, ubi laus uestra finem pœnitus non habebit. Nunc in cithara cō/ sitemini domino & ipsa cithara decem chordas habeat, decalogi uirtutes re/ colens, custodiam præceptorum imponat. Prima chorda sonet rectum ser/ monem domini orthodoxum, & omnia opera eius in fide. Secunda chor/ da, quia diligit misericordiā & iudiciū. Tertia chorda sonet, quia mise/ ricordia domini ita plena est terra, ut propter omne genus hominum, dei sit filius crucifixus. Quarta chorda sonet, quia uerbo coeli firmati sunt, id est, Apostoli corroborati sunt, De istis em̄ caelis q̄ bene uoluerit erudiri, Ge/

nefos

nefos lectione docebitur. Hic de his caelis ager, qui narrant gloriam dei re/ surgentis a mortuis & ascendentis in caelos. Nam & spiritus oris domini no/ stri Iesu Christi, quod sit omnis uirtus eorū, quinta chorda secuta est. Sexta nunc loquatur, quod cōgregentur quasi in utrem aquæ maris. & ponatur in thesauris dei abyssus. Quæ est abyssus in thesauro dei? & quæ est abyssus ubi dæmonium supplicia commorantur. Diligēter aduerte, in thesauro dei ab/ yssum ille inuenit, qui dicebat, O altitudo diuitiarum sapiētiæ dei. Ergo cum secreta scientiæ dei corde mundo & recta fide perquiris, scias te sextam chor/ dam percutere. Alia uero abyssus ubi dæmones commorantur, hæreticorū scrutatio est, de qua nobis clamatur ab apostolo. Nolito altum sapere, sed ti/ me. Nam quod cōgregantur aquæ maris, omnium gētium sectæ ad unum fontem aquæ uiuæ collectæ sunt, ut de hoc uno utræ excipiant aquā salietem ad uitam æternam. Et ideo septima chorda hoc sonat, ut timeat dominum omnis terra, non iudea sola, sed & omnes qui habitant orbem. Octaua sen/ tit dominum nostrum Iesum Christum ipsum esse rerum omnium creato/ rem, qui dissipauit consilia gentium in idolis, qui reprobauit cogitationes po/ pulorum in synagogis, qui reprobāt consilia principū in passionibus mar/ tyrum, qui facit cōsiliū domini manere in æternum, in ecclesijs, in quibus sunt cogitationes cordis eius, in sæculum sæculi. Nona chorda indicat beatam efficientem, quæ cognoscit dominum Iesum deum suum, & hunc esse popu/ lum quem elegit in hæreditatem sibi. Decima chorda indicat, quia de caelo respexit dominus super nos, non sic de caelo quasi de fenestra, sed de præpa/ rato habitaculo suo, id est, de homine perfecto, quem adsumpsit. De ipso er/ go quem uirgo peperit respexit sup omnes sine acceptione personæ. Pro om/ nibus enim & natus & passus est: ipse utiq; qui finxit singillatim corda eorū, non enim opus erat ei, ut testimonium ei quis perhiberet de lumine. Ipse em̄ ita uidebat quid ageretur in homine, ut quid unusquisq; cogitaret, proferret in iudicium. Nam quod dicitur, Non sit saluus rex in multa uirtute sua, tale est, quale si dicatur Herodi, Quid? quia potens es Christum ita persequi, ut possis perscrutari scribas, discutere magos, infantes occidere in abundantia uirtutis tuæ, ita non eris saluus, sicut ille qui confidebat in equo suo, & ca/ nitur de eo, Equum & ascensorem proiecit in mare, Et fefellit eum equus ad salutem. Ita & tu etiam si gygas sis in uirtute tua, non eris saluus. Oculi enim domini nō respiciunt confidentes in uirtute sua, sed sperātrs in misericordiā eius. Ipsorum enim eripit animas de morte, & alit eos in fame. Famem qui/ dem in isto sæculo si passi fuerint, & cum apostolo dixerint, usq; in hanc ho/ ram & esurimus, & sitimus & nudi sumus, Adiungūt tamen dicentes, Ani/ ma nostra patienter agit, non turbatur, sustinent dominum. Ipse enim adiu/ tor & protector noster est, & sicut in capite psalmi nobis iussum est, gaudete iusti in domino, In ipso letabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius spe/ rauimus. Ipse enim facit misericordiā suam super nos, sicut sperauimus in eum, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

e 5 Psalmus

Psalmus David cum mutauit uultum suū coram Abimelech, & dimisit eum & abiit. XXXIII

Benedicam dño in omni tēpore, semp laus eius in ore meo.


b In domino laudabitur anima mea, audiāt māfueti & letentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomē eius in idipsum. Exquisiui dominū, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulatiōibus meis eripuit me. Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestre nō cōfundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit, & ex omnibus tribulatiōibus eius saluabit eū. Immittit angelus domini in circuitu timētium eū, & eripiet eos. Gustate & uideate, quoniā suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo. Timeate dominū omnes sancti eius, quoniam nō est inopia timentibus eum. Diuites eguerūt & esurierūt, inquirentes autē dominū nō inuentur omni bono. Venite filij audite me, timorē domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos. Prohibe linguā tuā a malo, & labia tuane loquātur dolū. Diuerite a malo, & fac bonū, inquire pacem & psequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multae tribulatiōes iustorum, & de omnibus his liberauit eos dominus. Custodit dñs omnia ossa eorum, unum ex his nō cōteretur. Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorū, & nō delinquent omnes qui sperant in eo.

Nisi mutaueris uultum tuum coram principe uitiorum, & dimiseris eū, nāc uirtutum domino omne quod tibi superest uite, mancipaueris tempus, nō uere dicis: Benedicam dominum in omni tempore, nec semper laus dei erit in ore tuo, si tibi uitium maledictionis & amaritudinis uiuit, sit ergo laus dei in ore tuo, non in adulatione laudibus hominum adfuescens, nec timor meas, nec te uituperent iniuste, quos iuste uituperas. Si enim ab homine uituperatus fueris, in deo laudaberis, & si superbos contristaueris, audiant mansueri, & laetentur hi, qui magnificant dominū tecum, & exaltāt nomen eius in unum. Videamus nunc causas laudis eius Inquisiui dominū, & exaudiuit me, & ex omnibus angustijs eripuit me. Et uos, ait, accedite ad eū, qui in celsitate cordis estis, accedite & illuminamini, & uultus uestri non confundentur. Non

tur. Non cōfundentur in paupertate facies uestrae, si consideretis omnium rerum dominū illum cœli terreque diuitem, pro nostra paupertate pauperem factum, pro nostra tribulatiōe tribulatū, ipsi nec in paupertate erubescitis, nec in tribulatione deficitis. Nam iste pauper clamauit in cruce. Quis pauper? Qui, ut te diuitem faceret, pauper factus est: Factus obediens usque ad crucē, ut te a cruciatibus liberaret. Clamauit, & dominus exaudiuit eum, misit animum suum in circuitu timentium corpus eius, & reuoluit lapidem a monumento, & eripuit eum. Gustate corpus uite, & uidete quam suauis est dominus: Vitam enim habet in semetipso, qui manducauerit carnem eius, & biberit sanguinem eius, & tunc beatus erit vir qui sperat in eo. Timeate dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum: Nihil deest in presenti de uirtutibus, nihil deest perfectioni, ut nihil in futurū gaudijs desideret. Nam presentis tēporis diuitiæ, amatores suos ita deserere solent, ut egenam. Ergo in incerto sunt positæ diuitiæ quas confert mundus. Diuitiæ autem quas contulerit dominus non deficient, sed permanent in omni bono, & quæ istæ diuitiæ de timore dei nascuntur. Sic enim ait: Timeate dominum sancti eius, quia nihil deest timentibus eum. Qui æterni diuites esse desideratis, uenite ad me quasi filij ad patrē. Clamat spiritus sanctus: Venite & audite me, timorem domini docebo uos. Timorem enim domini ille doceri uult, qui uult uitam æternam, & desiderat uidere dies bonos. Times ergo dominum, non si tonantem, aut fulgurantem, aut terræmotum facientem timeas, sed si ignem æternum comminantem formides. Quia sicut habet uitam, qui cohibet linguam suam a malo, & sicut aures domini in preces eius sunt, qui cōuertitur a malo ut faciat bonum, ita uultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Notandum sane quia inter cætera uirtutum insignia, pax quoque querenda præcipitur: Inquire, inquit, pacem, & sequere eam. Pax enim & in presenti dies bonos facit hominibus, & in futuro Dei filiorum dignitatem impertit, secundum id quod ipse dominus dicit, Beati pacifici, quia filij dei uocabuntur. Nec hoc nos terreat, quod uideamus in isto sæculo multas tribulationes iustorum. Transeunt enim ipse tribulationes, & ex his omnibus liberat eos dominus. Ipse etiam in sepulchro custodit omnia ossa eorum, & ita ea seruat resurrectioni, ut unum ex his non patiat perire in resurrectionis die. Mors autem peccatorum pessima adparebit tempore quo resuscitat in corporibus animas suorum. Hoc sane sciatis, inquit, quia non peccat, omnis qui sperat in eo. Abstinentiam peccatorum in fine Psalmi commendat eis, qui sperant in dominum, ut ad spei sue fructum attingant. Non enim peccant, inquit, omnes qui sperant in eum. Ut autem non peccemus, eius est instanter misericordia postulanda, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finem Psalmus ipsi David

XXXIII.
Iudica



Vdica domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutoriū mihi. Effunde frameā, & conclude aduersus eos qui me persequunt, dic anime meę, salus tua ego sum. Confundatur & reuerentur, quęrentes animā meam. Auertantur retrorsum & confundantur, & cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem uenti, & angelus domini coartās eum. Fiat uia illorum tenebrę & lubricum, & angelus domini persequēs eos. Quoniā gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerūt animā meam. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit adprehendat eum, & in laqueū cadat in ipso. Anima autē mea exultabit in domino, & delectabitur super salutarī suo. Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tui? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem a diripiētibus eum. Surgentes testes iniqui, quę ignorabā interrogabāt me. Retribuebāt mihi mala pro bonis, sterilitatē animę meę. Ego autē cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabā in ieiunio animā meam, & oratio mea in sinu meo cōuertetur. Quasi proximum, & quasi fratrem nostrū sic complacebam, quasi lugens & cōtristatus sic humiliabar. Et aduersum me latati sunt, & cōuenerunt, cōgregata sunt super me flagella & ignorauī. Dissipati sunt nec compuncti tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Domine quādo respicies restitue animā meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Nō supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniā mihi quidē pacifice loquebātur, & in iracūdia terrę loquētes, dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt euge euge uiderunt oculi nostri. Vidisti domine ne sileas, domine ne discedas a me. Exurge & intende iudicio meo, deus meus, & dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iusticiam tuam domine deus meus, & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis euge euge animę nostrę, nec dicant deuorabimus eum. Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur

quuntur super me. Exultent & lætentur qui uolūt iusticiam meā, et dicant semper magnificetur dominus, qui uolunt pacē serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiā tuā, tota die laudem tuā.

Domini Iesus Christus, si preceptis suis scripturas ueteris testamēti uideret esse contrarias, a sua ecclesia exclusisset. Nunc uero cum non solum non exclusit, sed etiam a patre sanctificatas adseruit. Namque cum testimonium de filiis Dei daret, & diceret uersiculum psalmi octogesimi primi, Non potest, inquit, immutari scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. Quid ergo faciemus? Si maledicamus inimicos nostros, euangelica precepta contemnimus, quibus non solum non maledicere, uerum etiam pro his orare iubemur. Si custodire uolumus euangelij iussiones, psalmos relinquimus, quibus frequenter inimici maledicuntur, ut in isto psalmi loco in capite, Iudica, inquit, nocentes me, & cetera quę sequuntur. Unde cautius Psalmista caue, ne ad homines aduersantes tibi putes ista competere, sed fide fixus pro inimicis tuis ora sicut iussum est Et hanc orationem psalmi presentis, non contra carnem & sanguinem sed contra spiritus aeris huius, qui quotidie nocent, quotidie bella committunt. Induere sacco siue cilicio, & humilia in ieiunio animam tuam, quia non uincuntur, nisi per orationem & ieiunium. Quid ergo oras indutus cilicio? Ut expugnet dominus expugnantes te, ut adprehendat arma auxilij sui, arma inuisibilia aduersus hostes inuisibiles. Ipsi enim quærunt animam tuam. Ora ut fiat uia eorum tenebrę & lubricum, & angelus domini persequatur eos, quia ipsi absconderunt tibi interitum laquei sui, uanam exprobrantes animam tuam, dicentes ei, Vanum est quod oras, quod ieiunas, quod mundum contemnis. Unde & Propheta hoc ipsum increpat dicens, Ideo, ait, plaga super Israel multiplicata est, quia dixerunt, Vanus est qui timet Deum. Ergo quia hi spiritus immundi suggestionibus suis uanam exprobrant animam meam, ut uilem se estimans, a pretioso dei timore abscedat. Veniat illis laqueus quem ignorant, sicut mihi inuisibiles hostes sunt ad bonum pergenti, Sic illis inuisibilis occurrat laqueus ad meum interitum festinantibus, ut captio quam occultauerunt mihi, adprehendat eos, & in eodem laqueo incidant, ut anima mea exultet in Deo salutarī suo, qui eripit inopem de manu fortioris. In quo exurgunt testes iniqui, ostendentes quod est pulchrum scelerum, & quasi bonum quod est inimicum, quę ignorabant, quę penitus ad animam non habebam, hæc interrogabant me, retribuiebant mihi mala pro bonis. Hic retributio mala pro bonis demonum talis est, ut dicerem, quoties oro, quotiens a peccatis abstineo, mala mihi eueniunt, & sterilitas meam animam comitatur. Quid ergo egistidum tibi molesti essent: dic nobis, ut & nos hoc faciamus. Cum mihi, inquit, molesti essent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam, et oratio mea in sinu meo conuersa est. Quencumque quasi proximum, & quasi fratrem meum putabam fidelem, & placebam mihi in eo. Ita egit ut ludas in domino,

domino, ut lugentem me & contristatū faceret, humilem inimicis. Sic passioi dominicæ hoc adplicabis, ut tamē ordinē ceptæ explanationis adstringas, quia ipsa passio domini hoc agit, ut nos ædificemur. Quāto enim plus deo adhæseris, tanto plura demonum circa te flagella non deerunt, ipsi tentant te, & derisu suo exagitant, & fremūt super te dentibus suis. Tu, quod tuum est, clama, Domine quando respicies, restitue animam meam a malis factis eorum, a leonibus unicam meam. Vna nobis est anima nostra & numero & adfectu. Cum ergo eam restitueris in bono proposito, & liberaueris a malis factis eorum, tunc confitebor tibi in ecclesia magna, & in populo non leui, non flagitanti pompas, & accipienti personas, sed in populo graui timoris tui custodienti, in eo mihi erit assiduitas, & in eodem populo laudabo te, non ergo insultant qui aduersantur mihi iniqui qui oderūt me gratis, & annuūt oculis. Hęc, vt dixi, ita passioni dominicæ adplica, ut ædificationis tuæ interpretem penitus non omittas, demonia enim nobis quotidie pacifice loquuntur. Pacifica res est concupiscentiæ fructus, sed super iram dolosam cogitant, sicut in hamo esca, dulcis in adpectu, letalis in gustu est. Dilatauerunt in me os suū, quotidie seculi amatores crimina inaudita committunt, & nullus penitus a nullo arguitur. At vbi quis boni propositi in leui qualecunq; culpa incurrit, dilatant spiritus immundi ora eorum, qui, ut dixi, criminibus uacant, vt videas eos tale ferre iudicium in vno qualicunq; peccato, vt dicant, cur non vrbe pelluntur? vt quid viuere permittuntur? Isti sunt per quos mūdus perijt. Hic clamat ad dominum, Exurge domine & intende iudicium meum, & causam meam iudica secundum misericordiam tuam. Si enim secundum misericordiam iudicaueris, non insultabunt in me dæmones nec dicēt euge euge animę meę, nec dicent, deuorauimus eum. Euge euge, & in bono accipitur & in malo. Nam dicitur euge serue bone & fidelis, dicitur & euge euge viderunt oculi nostri. Euge ergo vox eius est, cuius desyrium videtur impletū, siue in bono, siue in malo. Mox itaq; vt hi qui in malo tuo letantur, non dicant deuorauimus eum, sed confundantur qui gratulantur in malis tuis. Et letentur qui uolunt iustitiam tuam, & desyderant pacem tuam, vt lingua tua meditetur iustitiam dei, & omni die in laude eius permanas, qui regnat in secula seculorum Amen.

In finem seruo domini Dauid

XXXV.

Ixit iniustus ut delinquat in semetipso, nō est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odiū. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, adstitit omni uiaē nō bonæ, maliciam autem nō odiuit. Domine in cœlo misericordia tua, & ueritas tua usq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. Homines

mines & iumenta saluabis domine, quemadmodū multiplicasti misericordiam tuam deus. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Pratende misericordiam tuam sitientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.

Non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Discernendum est inter eum qui delinquit in alio, & inter eum qui delinquit in semetipso. Delinquit in alio, qui cū possit corrigere a malo peccantem, in super & adulator. Delinquit in seipso, qui sibi ipsi non vult suadere iustitiam, quia non est timor Dei in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas sua ad odium, laudat iniustum, ut laudetur iniustus. Non vult intelligere actiones bonas, quibus promerebitur Deus cubile cordis sui. Iniquitatem meditatatur, ut adsit omni uiaē non bonę, & non excretur malitiam. Et licet in terra & in mari sit misericordia domini, sed proprie in cœlo est misericordia eius, inde uenit, inde expectatur. Veritas autem eius usq; ad Apostolos, qui nubes idcirco adpellantur, quia inundatione sermonis sui terram rigentes fidei, eam fructum deo facere docuerūt. Vnde & de ipsis dominus dicit: Mandabo nubibus vt non pluant super Iudæam imbrem, Usq; ad ipsos ueritas, quę est Christus, cuius iustitia est sicut montes dei, cuius iudicia abyssus multa sunt, qui & homines, & iumenta suo saluabit aduentu, id est, & Iudæos & gentes. Nam & filij hominum, qui in peccato Adę desperantes extiterant, in protectione alarum eius sperāt, id est, in expansione manuum in cruce fixarum, sperant autem, qui inebriantur ab ubertate domus eius. Domus eius est, quę ex latere suo iudicet, vnde inebriantur qui credunt, & torrente deliciarum suarum potabit eos, qui inebriati fuerint ab ubertate domus eius. Quoniam apud ipsum est fons uitæ, & quia lux de lumine est, in ipsius lumine uidebimus lumen, qui prehendit misericordiam suam scientibus se. Iustitiam uero suam his, qui recto sunt corde. Ipse enim & indulgentiam preterdit corrigenti, & seruat iustitiam permanenti. Vnde orandum est, ut non ueniat nobis pes superbię, & manus peccatoris nō moueat nos. In manu enim diaboli sunt omnes, qui operantur iniquitatem, & desperantes de misericordia Dei, expulsi sunt & non potuerunt stare. Sed Apostolus dicit, Stabit. Potens est Deus statuere illum. Rogandus est ergo dominus Iesus Christus, vt ipse nos confirmet, vt in timore eius stare possimus, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat in unitate patris & spiritus sancti in secula seculorum Amen.

Psalmus ipsi Dauid

XXXVI.

Noli

n Oli æmulari in malignatibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam scenum uelociter arcescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascere in diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuelata domino uiam tuam & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem, subditus esto domino, & oro eum. Noli æmulari in eo qui prosperatur, in uia sua, in homine faciente iniusticias. Desine ab ira, & derelinque furorē, noli æmulari ut maligneris. Quonia qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem dominum, ipsi hereditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem iridebit eum, quonia prospicit quod ueniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum. Ut decipiant pauperem & inopem, ut trucidant rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum coterentur, confirmat autem iustos dominus. Nouit dominus dies immaculatum, & hereditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Inimici uero domini mox, ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuabitur peccator, & non soluet, iustus autem miseretur & retribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt. Apud dominum gressus hominis dirigetur, & uiam eius uolet. Cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur, & commodat, & semen eius in benedictione erit. Declina a malo, & fac bonum, inhabita in sæculum sæculi. Quia dominus amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos, in æternum cõseruabuntur. Iniusti punientur, et semine impiorum peribit. Iusti autem hereditabunt terram, et inhabitabunt in sæculum sæculi.

super

super eam. Osiusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum, & quarit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum, & custodi uiam eius, & exaltabit te ut hereditate capias terram, cum perierint peccatores uidebis. Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Ei transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & uide æquitatem, quonia sunt reliquiae homini pacifico. Iniusti autem disperibunt, simul reliquiae impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, et saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

Si hæc spes que uidetur expetitur, zelabimur malignantes, & facientes iniquitatem. Dicere enim possumus, Ecce ille & ille, hæc & hæc scelera perpetrarant & florent. Noli, inquit, ista considerare, sed considera, quoniam tanquam scenum uelociter arcescent. Tu autem spera in deo, & fac bonitatem, & spera quia spe salui facti sumus. Inhabita terram, & pascere in diuitijs eius. Inhabita terram, id est, corpus tuum, & pascere in diuitijs eius. Si operatus fueris terram tuam saturaberis panibus. Offerant oculi fructum ex concupiscentia celesti, aures intentionem audiendi uerbum dei, os diuinis laudibus occupetur, manus elemosynis, uenter ieiunijs, & totum corpus castitatis uirtutibus occupetur. Sic inhabitans terram & pascere in diuitijs eius, tunc delectaberis in domino, & dabit tibi petitionem cordis tui. Cum ei reuelaueris uiam tuam, tunc educet iusticiam tuam quasi lumen, & iudicium tuum clare faciet super meridiem. Nihil enim clarius meridiano tempore. Perfectum enim hoc tempore progreditur lumen, Subditus esto domino, & ora eum, quasi dicat si ei subditus non fueris, ut facias uoluntatem eius, sine causa obsecras eum. Noli zelare eum qui prosperis successibus pollet, hominem facientem iniquitatem. Desine ab ira, & derelinque furorē. Noli zelari ut maligneris, quonia qui malignantur, exterminabuntur. Quod differtur non auferit, pusillum, & non erit peccator. Quæres locum eius, nec inuenies. Nam qui mansueti sunt possidebunt terram. Non istam matrem spinarum, & serpentium, sed illam in qua eternitas regnat terram fluentem lac & mel. Et ibi delectabuntur in multitudine pacis. Hæc si iustus es, uide ne in presenti mundo perquiras, non enim melior paulo eris, in fame & siti duranti, in frigore & nuditate perseveranti. Sed esto sollicitus, quia quotidie te diabolus considerat, & fremit super te dentibus suis, sed dominus irridet eum, quia scit quod conueniat dies eius. Et quantum contra te demonia bella committant, noli timere, Quia gladij eorum intrabunt

f intrabunt

intrabunt in corda eorum, & arcus eorum confringentur. Melius tibi sit modicum de iustitia possidere, quam de iniusto diuitias peccatorum multas. Nam brachia demonum, si pugnaveris confringet dominus. Dignatur enim iustos suos in sua misericordia confirmare, quorum scit vias immaculatum, quorum hereditas eorum Christus est. Qui in aeternum manet, per ipsum non confundetur in tempore malo. Tempus malum est Christiano, quando ad peccatum aliquod prouocatur. Sed si hereditas eius in aeternum manet, id est, si perseverat in Christo, non confundetur in tempore malo, & in diebus famis saturabitur, tempore quo peccatores pereunt. Modo autem regnant etiam ipsi inimici domini, qui licet honorentur, & ab adulatoribus exaltentur, deficientes quasi fumus continuo deficient. Iusti autem exabundabunt & largientur & tribuent. Iniustus autem etiam mutabitur, & non soluet. Semper avarus eget. Iustus autem quia a domino gressus eius dirigentur, etiam si ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Recordare ab initio, & videbis iustum probatum potius quam deceptum, non derelinquitur. Qui declinat a malo ut faciat bonum, in aeternum conseruabitur, quia os eius medietur sapientiam. Lex enim dei est in corde eius, & ideo non supplantabitur gressus eius. Considerat eum diabolus, & cupit mortificare eum, sed deus non derelinquet eum in manibus suis, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum, & custodi vias eius, & exaltabit te ut haereditas terram, tempore quo pereunt peccatores, videbis. Hoc loco quae sequuntur, licet multos conscientia nostra retineat subito de potentatu corrumpere, & ita ad nihilum deuenisse, ut nec locum sui itineris reliquerint, tamen specialiter hoc de diabolo ait. Ipse est enim impius exaltatus super cedros libani. Sed ubi transierit mundus, quaeritur locus eius, & non inuenitur. Custodiamus nos unitatem fidei, ut videamus aequitatem iudicij. Qui faciet reliquias homini pacifico, iniustos autem punit simul. Reliquiae vero impiorum tunc peribunt quando salus venerit iustorum a domino, & protector eorum erit in tempore tribulationis, ut autem euadant adiuuat eos dominus, & liberat eos, & eripit eos a peccatoribus, & saluat eos, quoniam sperant in domino nostro Iesu Christo, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Psalmus David in rememoratione sabbati. XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me. Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae, a facie insipientiae meae. Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt

et sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Adflactus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & uim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt, uanitates & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi ne quando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuent, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Non derelinquas me domine deus meus, ne discederis a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis meae.

Bene quidam uoluit ad tropare in beati Iob passionem istum psalmum exponere, sed qui passionem Iob legere et scire desiderat, melius facit si ipsum eius librum discutiat. Hic autem idem qui in sexto psalmo est poenitens clamat ad dominum, ne in ira domini arguatur, aut in correptionem eius diuinus furor exaestuaret. Sane quotiescunque motus istos in deo legeris, secundum id quod tu patieris, iram senti, quia deus impassibilis est, & non sua commotione, sed sua aequitate castigat. Nos tamen iram sentimus, furorem dicimus, quia inopiam patimur, & sermonis & rationis, & de incorporeo corporei, ac de impassibili passibiles secundum quod nos possumus, non secundum quod ipse est protestamur. Denique sequitur, Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi. Nunquid quia sagittas nominat, uere sagittae sunt? Immo ipsae uerae sagittae sunt, de quibus spiritaliter pugnamur, ut consideremus, quia non est sanitas in carne nostra, quando libidinum uulneribus agitamus, ibi uulnus irae domini, ibi pacem ossa nostra non habent a facie peccatorum nostrorum. Quando iniquitates nostrae supergrediuntur caput nostrum. Caput nostrum Christus est, quando contra eius praeccepta aliquid agimus, iniquitates nostrae caput nostrum supergrediuntur, & sicut onus graue grauant super nos. Et quia moras facimus, in ipsis uulneribus nostris putrescunt, deteriorant ipsa uulnera, a facie insipientiae nostrae miseri efficitur, & utrum

haurimus vsq; in finē. Quid autē in ipso peccato tristes efficiuntur? Quia cogno-
scimus animā nostrā impletā illusionibus dæmonū, & ideo nō esse sanitatē
in carne nostra. Incuruemur ergo & humiliemur vsq; quaq; & mugitū no-
stri cordis gemitumq; reddentes, ex totis visceribus exclamemus, Domine
ante te omne desiderium meum, Desideremus enim in ipsis peccatis positi,
alieni effici a peccatis, & hoc orandū docemur, ut huic desiderio annuat di-
uina clementia, quia cor nostrū turbatur, & deserit nos fortitudo nostra, &
lumen oculorum nostrorum, id est, Christus & spiritus sanctus non est no-
biscum. Quando pollutionibus occupamur, tunc amici nostri apices dei ad-
uersum nos ueniunt, & stant, increpant, minantur ignem eternū, minantur
mortē repentinā. Proximi autem a longe stant, id est, angeli sancti, qui pro-
ximi nobis sunt quando iuste & pie & caste tractamur. Et quia pollutioni-
bus aut impietatibus iuxta esse non possunt, ideo a longe stant, & illis longe
stantibus vicio nostro, vim nobis faciunt qui querunt animā nostrā, & que-
rentes mala nostra, suggerunt vanitatē, & dolos tota die meditantur. Jam
qui vult ad misericordiā peruere, dicit quod sequitur. Ego autē tāquam sur-
dus non audiebam, illisq; prouocantibus, vt in aliquo turpi aut malo ver-
bo prorumperē, Factus sum vt mutus nō aperirēs os suū. Quare hoc? Quia
in te spero domine. Spe em̄ salui efficiuntur & credimus. Quoniā tu exaudis
domine deus, vt nō insultent nobis inimici nostri. Qui inimici? Illi qui quā-
do cōmouentur pedes nostri, aduersum nos magna loquūtur. Hæc autē di-
cimus, si agnoscamus nos pro peccatis nostris in flagella paratos, & dolor
cordis nostri agat contra nos, atq; iniquitatē nostrā pronuncians, faciat nos
cogitare pro peccato nostro. Inimici enim nostri viuunt, & firmantur super
nos, quando delinquimus, quando autē non delinquimus, multiplicantur
vt odiant nos inique, vt retribuunt nobis mala pro bonis, ita vt orantibus
& caste nos tractantibus, illi zelo ducti, p̄ his bonis mala retribuāt, & faciāt
nobis detrahi, quando sequimur iustitiā. Et ideo clamandū est ad dominū,
ne derelinquat nos pro peccatis nostris, sed intendat in adiutoriū nostrum,
in quo præterita pœnitentem, præsentia corrigimus, ipse futura dirigat, vt si-
cut titulus cōmemorationē diei sabbati psalmo positus protestatur, ab om-
ni opere seruili cessemus, vt liberemur a seruitute peccati, per dominum no-
strū Iesum Christum, qui in vnitatis deitatis regnat cū patre, & spiritu sancto
ante omnia, & nunc & semper, & in cuncta sæcula sæculorū Amen.

In finem pro ydithum canticum Dauid, XXXVIII.

Ixi custodiā vias meas, ut non delinquā in lingua mea. Po-
d sui ori meo custodiā, cū cōsisteret peccator aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis, & dolor me-
us renouatus est. Cōcaluit cor meū intra me, & in meditatiōe mea
exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notū fac mihi dñe finē
meum.

meum. Et numerū dierum meorū quis est, ut sciam qd desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam
nihil ante te. Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens.
Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturba-
batur. Thesaurifat & ignorat cui cōgregabit ea. Et nunc quæ est
expectatio mea, nōne dominus & substantia mea apud te est. Ab
omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobriū insipienti dedisti
me. Obmutui & non aperui os meū, quoniā tu fecisti, amoue a me
plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationi-
bus, propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere feci-
sti, sicut araneam animā eius, ueruntamen uane cōturbatur omnis
homo. Exaudi orationem meā domine, & deprecationē meam, au-
ribus percipe lachrymas meas. Ne silcas quoniā aduena ego sum
apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut re-
frigerer prius quam abeam, & amplius non ero.

In tricesimo & octauo psalmo ingressi videmus sancti ppositi professio-
nem, in qua positus homo dei quid dixerit, qd cogitauerit, quid caruerit,
quid doluerit, quid meditatus fuerit, qd orauerit, explicatur. Quid ergo dix-
erit audiamus. Ponamus eum audisse, Currite dum lucē habetis, ne vos tene-
bræ cōprehendant. Et hic volens currere dixerit, vt custodiret vias suas. Pri-
mo omnium egit, vt nō delinqueret in lingua sua, posuit ori suo custodiam.
Quādo? Nō semp tacuit: nō omni tēpore, sed eo tempore dū cōsisteret pec-
cator aduersus eum, qui eum puocaret, aut ad maledicendum, aut ad conui-
tiandum, aut ad obrectandum, aut etiam aliquod malū ex ore suo pferen-
dum. Hic eo tēpore obmutuit, & humiliatus est & siluit, non solum a malis,
sed etiā a bonis. Perfectius egit Paulus, non obmutuit a bonis, sed a solis ma-
lis. Nam dum cōsisteret peccator aduersus eū dixit, Maledicimur, & bene di-
cimus, & blasphemamur & obsecramus. Hic tamē nec bonum nec malum
ptulit, sed obmutui, inquit, etiā a bonis, & dolor meus renouatus est, id est,
nouis cōuitijs, nouis doloribus cōmouebatur. Sed qd dixi vt nō delinquerem
in lingua mea, cōcaluit cor meū intra me, & in meditatiōe mea exarlit ignis
gentinus, qui motū cōscientiæ innocentis inflāmat. Locutus tamē tādem ali-
quādo dixi dño, Notum fac mihi finem meū, vt sciam quamdiu opprobri-
um insipienti ero. Cōsideraui tamē & hoc, qd vanitati subiacet omnis homo
uiuens, quicq; cū in imagine trāseat, sollicitus est & condit thesauros, ignorās
cui cōgreget eos. Quæ autem caussa vt dum agit de eo, qui eum suo iurgio
puocabat ad litigandum, subito ad istum deuolutus sit qui thesaurifat. Vtiq;
non esset lis in sæculo, si nō vnus vellet alio ditior fieri, siue in opibus, siue in
honoribus. Hic autē qui custodit vias suas dicit, Expectatio mea nō est alia,
f i nisi do/

nisi dominus, & substantia mea ipse est, qui ab omnibus iniquitatibus meis eripiat me, & amoueat a me plagas suas. A fortitudine enim manus domini defeci in increpationibus, considerans fortitudinem patientiae dei, qui usque in crucem manus suas expandit, & dum illum cupio imitari, defeci in increpationibus. Propter praeuaricationem primum hominem corripuisti, & qui factus fuerat, ut efficeretur per obedientiam immortalis, per inobedientiam mortalis effectus est, & cum mortalis est, tabescat veluti aranea anima eius. Non dixit mori fecisti, sed tabescere fecisti, & dat araneae comparationem, ut sicut scissa tela eius repentino flatu, ita scisso corpore eius a morte anima tabescat, non habens florem corporeum, & tamen vane conturbatur cum sciat se non longo post tempore moriturum. Hec in alio increpans, in se emendat, & cum lachrymis orat, ut non taceat dominus, loquatur in corde eius in consilio eius, ut cognoscat se incolam & peregrinum in hoc saeculo, & dicat, Remitte mihi hic peccata mea, ut ibi refrigerer: Hic, inquit, mihi remitte prius quam abeam, quia si mihi hic remiseris, ibi refrigerium inuenio, & amplius non ero peregrinus, quia efficior ciuis sanctorum, & domesticus dei propter dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

In finem psalmus Dauid XXXIX.

Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecit. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, ueritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & ueritatem tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me, misericordia tua, & ueritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut uiderem. Multi-

plicati

tiplicati sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Complacet tibi domine ut eruas me, domine ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuerentur simul, qui quaerunt animam meam, ut auferant eam. Auertatur retrorsum & reuerentur qui uolunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge. Exultent & latent super te omnes quaerentes te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es deus meus ne tardaueris.

Iste in tricessimo octauo psalmo dixit: Quae est expectatio mea, nonne dominus? Nunc in tricessimo nono dicit, Expectans expectaui dominum, & respexit me. Et qui ibi dixerat: Exaudi orationem meam. Hic dicit: Exaudiuit orationem meam. Quid orasti? Hoc, inquit, orauit, ut educeret cogitationes meas de lacu miseriae, & de luto libidinum, quae merito feces dicuntur, & statueret supra petram pedes meos, ut ultra non commouear flantibus ventis, id est, suggerentibus spiritibus immundis. Et his factis dirigat gressus meos, tunc dabit ori meo canticum novum. Omnis qui uicerit, nouum canticum canit, canit autem non sibi reputans, quia sine deo non respondet salus, nec Pharaoni, sed canit hymnum deo, quia in ipso faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum redigit inimicos nostros. Ego ergo expectans dominum, hoc consecutus sum. Videbunt me multi sperantem in domino, ad meum desiderium peruenisse, & ipsi timebunt deum, & sperabunt in domino. Ille enim solus beatus, qui nomen domini spem suam credens, non respicit uanitates mundi, & insanias falsas diaboli. Multa fecit dominus mirabilia, & in cogitatione eius nullus similatur ei, nec in celis, nec in terris, ego autem annunciaui, quia expectaui dominum, & locutus sum, quia respexit me, & multiplicati sunt qui expectarent dominum. Didicerunt enim a me, quia sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Dixisti enim: Plus est obedientia aurium, quam sacrificium manuum, quod tibi pro peccato offerri minime postulasti, tunc dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, id est, in initio psalterij de me scriptum est, ut beatus efficiar uir, ut faciam uoluntatem tuam, & sit in lege tua uoluntas mea, hoc uolui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna, id est, in conuentu magnorum iuste locutus sum, iuste iudicaui, non accipiens personam. Prohibui labia mea, ut quod iustum est non absconderem in corde meo, sed ueritatem tuam in iudicio, & salutare tuum in persona humili dixi. Non celauit misericordiam tuam, sed dixi miserendum inopi. Nec tamen ueritatem tuam in synagoga multa, id est, in conuentu multorum. Tu ergo domine ne longe facias misericordias tuas a me, quia misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me, susceptum me suum agnoscit, & ueritas domini iudico, misericordia dum subuenio. Et quoniam aduersa & mala comprehenderunt me fugientem, & non possum mihi adesse, & multiplicatur super capillos capitis mei, ita

mei, ita ut ipsum cor meum derelinquat me. Deprecor, ut complaceat tibi domine, ut eripias me, domine ad adiuvandum me respice. Querunt enim spiritus immundi anima mea, ut auferant eam, & volunt mihi mala, ita ut dum latis sibi fecerint, dicant mihi euge euge. Presta ut quoties me volunt capere, ferant confestim confusionem suam, exultent autem qui diligunt salutare tuum in me. Et quia egenus in viribus, & pauper in virtute sum, & sine auxilio tuo pugnare non valeo, tu domine adiuua me. Festinant illi ut interficiant, domine deus meus, ne tardaueris in resistendo eis, qui regnas cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum. Amen.

In finem psalmus David

XL.

Etatus uir qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius. Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me, nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat. Etenim homo pacis meae in quo speraui, quod edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum. Benedictus dominus deus Israel a seculo in seculum fiat fiat.

Quinq; sensus esse in homine, omnibus notum est, qui sunt, uisus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. Sed his oibus prepositus, qui nutrimento sapientiae coalescit, & memorie cibo pinguescit. Agitur ergo cum eo in capite psalmi huius, ut intelligat super egenum & pauperem. Nam videre cum oes possunt, sed nisi intellexerit, inquit, super egenum & pauperem, beatus non erit, & in die mala non eum liberat dominus, dicit enim & hic egenus & pauper, Esuriui & non dedistis, inducare, Sitiui, & non potastis me, Hospes sui, & non suscepistis me, Infirmus sui, & non uisitastis me. Beatus ergo qui intelligit super egenum & pauperem. Christum esse ipsum enim si intelligit non cunctabitur, paratus erit succurrere. In die ergo mala, quando dicendum est hoc dicit: Ite in ignem aeternum. Tunc liberat eum dominus, & ut conseruet eum, ut uisum est eum, & beatum faciat eum, & emundet in terra animam eius, & non tradet eum

in manus

in manus inimici eius, & uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Omne tationem inimici esse hoc loco censemus, Stratum uero eius orationem adserimus, in quo inclamat domino, Miserere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Dum ergo sanata fuerit anima, stratus eius, id est, prostratio eius uersatur in infirmitate, id est, in illo uersatur qui fecit animam infirmam inimicis suis. Ideo denique & sequitur, Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur. In peccato perijt ab eo hoc, quod dicitur Christianus. Hoc enim nomen est, quod perire nobis daemonia student. Et ingrediuntur cor nostrum, ut uideant si consentimus, & si consenserimus, simul in unum susurrant, & cogitant aduersum nos mala, & uerbum iniquum cogitant aduersum nos, ut si peccauerimus non poeniteamus, sed desperantes recuperationem, ita damus nos hostibus praedam, dicentes eis, Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Nam & homo pacis meae, in quo speraui, id est, homo meus exterior ampliauit aduersum me supplantationem, consentiens suggestionibus eorum, qui edebat mecum panem uitae, ipse consentit eis, accepit ab eis, ut ludas argenteos, & prodidit dominum. Ita hic accepit ab eis concupiscentiam, & prodidit me, sed tu domine sicut suscitasti filium tuum a mortuis, ita me suscita a peccatore, suscita me, & retribuam illis. In hoc cognoui quia pro me passus es, ut non gaudeat inimicus meus super me. Uoluisti mecum, pro me mori, etiam non recusasti, sed te iacentem in sepulchro timui, te autem resurgente non gaudebit inimicus meus super me, propter innocentiam enim meam suscepisti me, hoc ecclesia in Apostolis & prophetis dicit, quia non philosophos & rhetores, sed rusticos & pisces suscepisti a deo ecclesiam parauerunt, quam confirmasti in conspectu tuo in aeternum. Cui dicimus, Benedictus dominus deus Israel a seculo & in seculum fiat fiat. Non te offendat diligens lector, quod rem mysticam ad moralem traximus. Nam sicut ludam ad prodendum dominum circumdederunt Pharisei, & munera ei offerendo fecerunt eum salutem suam tradere, ita hominem meum exteriorum, qui edit panem meum, spiritus immundi circumdant & offerunt ei, nunc pecunias per avaritiam, nunc luxuriam per concupiscentiam, a quibus si acceperit, prodit, dum prodiderit agunt cum eo ut laqueo se suspendat, id est, ut desperet se posse a poenitentia liberari, sed istis dicit, Nunquid qui dormit non adiciet, ut resurgat. Quod quidem mysticus, ut dixi, sensus ad resurrectionem dominicam manifestat, sed nos moralem ex mystico genuimus locum, qui propter hoc quod nos ipsi nobis nocuimus, abijcimus, celsimus nobis nocere, & innocentes efficimur, ut merito unusquisque dicat deo, Propter innocentiam suscepisti me, & qui proieceras a facie tua per peccatum, nunc per poenitentiam confirmas me in conspectu tuo in aeternum qui regnas in secula seculorum Amen.

In finem intellectus filius Chore psalmus David

XLI.

Veniam desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & adparebo ante faciem dei.

g Fuerunt

Fuerunt mihi lachrymæ meae panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus. Hæc recordatus sū: & effudi in me animā meā, quoniā transibo in locū tabernaculi admirabilis usq; ad domū dei. In uoce exultationis & cōfessionis, sonusepulantis. Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me. Spera in deo, quoniam adhuc cōfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus. Ad me ipsū anima mea cōturbata ē, propterea memor ero tui de terra Iordanis & hermonijm a monte modico. Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarū tuarū. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. In die man iauit dominus misericordiā suā, & nocte canticum eius. Apud me oratio deo uitæ meæ, dicā deo susceptor meus. Quare oblitus es mei, & quare cōtristatus incedo dū adfligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dū dicunt mihi per iugulos dies, ubi ē deus tuus, quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me. Spera in deo, quoniam adhuc cōfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus.

Sicut ceruus serpētinis carnibus pastus, veneno exestuās festinat ad fontes. Sita serpentis antiqui pastus consilio festinat anima mea ad te deus. Et quia proiecisti me a facie tua per preuaricationē meā, nunc per pœnitentiā meam sunt mihi lachrymæ panes die ac nocte dicenti, quando veniā & parebo ante faciē dei. Patior enim insultationes dæmonū dicentiū mihi, ubi est ad cubitū similitudinē factus es: proiecit te de paradiso suo. Ego autem credo quod ibi ingrediar in locū tabernaculi admirabilis, ubi factus est homo, nec solū ibi reuertar per Christū, verū etiā perueniā ad domū ipsius dei. Et qui inde proiectus sum in uoce tribulationis, reuertar in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Noli ergo iam tristis esse anima, sed spera in deū, quia confitebor illi. Saluator uultus mei, id est, imaginis suæ recuperator erit deus meus, qui mea facie sua, non ut ipse voluit proiecit, sed ego a me ipso animā conturbauī, ego eam læsi a me ipso, anima mea turbata est, & propter hoc memor ero nominis tui ad terrā Iordanis, ibi accipiā remissionē peccatorū. Vbi abyssus abyssum inuocat. Filius patrē de profundo terræ, & fluminis, & apertis cataractis cœli descendente spiritu sancto, pater adpellat filiū de altitudine cœlorum. Cum ergo altitudo ad altitudinē clamat, excelsa dei in me ingressa sunt. Homo enim recuperatus est, non angelus, non aliqua alia creatura, quando in die mandauit dominus misericordiam suam, gratias in baptismo remittendo peccata, & ipsam misericordiam suam mihi in tenebris peccatorum posito, velut in obscuro noctis, ibi hanc eandem misericordiam declarauit. Plus est enim misericors in pœnitente, quam in credēte, ibi

te, ibi per baptismatis gratiam simplex est indulgentia, hic geminatur, & ueluti duplici lumine declaratur, quando dicit homo cum lachrymis deo, Susceptor meus es, quare me oblitus es, cum possis indulgēdo succurrere: Quare me repulisti, cum possis expulsū & exulē ad patriam reuocare: Et quare tristis incedo, cum possis letitiam reddere: Incedo, inquit, tristis, dum adfligit me inimicus, dum confringit omnia ossa mea. Tristitia enim animi, ait, Salomon exiccat ossa. Cessa ergo tristitia, & desine conturbare me, spe enim saluus efficior, & erit salus uultus mei, reddens libertatem ad spectibus meis deus meus, qui regnat in sæcula sæculorū Amen.

In finem Psalmus David

XLII.

Vdica me deus & discerne causam meam de gente nō sancta, ab homine iniquo & doloso eripeme. Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo dum adfligit me inimicus. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerūt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei, ad deum qui latificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me. Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei & deus meus.

Cens nō sancta, cogitationū pessimarū sunt semina, quæ zizania in euangelio, a malo homine super bonū semen sata nascuntur. Ab hoc homine iniquo, id est, diabolo libera me, quia tu es deus fortitudo mea, noli me repellere a te, ut nō tristis incedā quādo adfligit me inimicus, sed immitte lucē tuam & vince tenebras meas, mitte ueritatē tuā, & vince mendacia mea. Lux enim tua & ueritas tua, ipse me perducunt ad montem sanctum tuum, & in tabernacula tua, cum ingredi me feceris ad altare dei, ubi quamuis senectute confectus uenerim, ibi iuuenis sium, ut quasi infans confitear in cythara domino deo meo. Iam noli tristis esse anima mea, desine conturbare me, aufer a te desperationem, & spera in deum, quoniam confitebor illi. Salus enim uultus mei erit deus meus, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finem pro filijs Chore intellectus psalmus David. XLIII.

Eus auribus nostris audiui mus, patres nostri annunciauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorū, & in diebus antiquis. Manus tua gētes disperdidit & plantasti eos, adflixisti populos & expulisti eos. Nec enim in gladio suo posederunt terram, & brachium eorum non saluabit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus, qui mandas salutes

g : Iacob.

Jacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. In deo laudabimur tota die, et in nomine tuo confitebimur in seculum. Nunc autem repulisti nos & confudisti nos, & non egredieris deus in uirtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & quod erunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium uicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die uerecundia mea contra me est, & confusio faciei mee cooperuit me. A uoce exprobrantis & obloquētis, a facie inimici & persecutis. Hæc omnia uenerunt super nos, nec oblitus sumus te, & inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras a uia tua. Quonia humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Si oblitus sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requireret ista, ipse enim nouit abscondita cordis. Quonia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis. Exurge quare obdormis domine, exurge & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia nostra & tribulationis nostræ. Quonia humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatusest in terra uenter noster. Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

Tria genera hostium Christiano insurgunt, unum genus diaboli & demonum eius, aliud persecutorum, tertium quod commune est omnibus barbaricæ feritatis. Sed tota tria genera non arcu nostro nec brachio nostro superant, sed dextera dei & brachio dei & illuminatione vultus eius, de quo patres nostri narrauerunt nobis. Quomodo manus illius eiecit gentes, & plauit eos. Sicut ergo illi non in gladio suo possederunt terram, sic & nos non in uirtute nostra confidentes terram nostri corporis possidemus, sed tu saluas nos ex affligentibus nos, siue regibus perfidis, siue demonibus, siue (ut dixi) hostibus uisitatis quia damur eis pro peccatis nostris, uelut oues escarum, sed si exclamemus, dicentes, Hæc omnia uenerunt super nos, & oblitus non sumus te domine. Aut si oblitus sumus nomen dei nostri, aut si expandimus manus dijs alienis, tu deus uerus require, ista quod optime nosti occulta cordis. Pro deo patitur, quicquid aduer-

si sustinuerit

si sustinuerit omnis sanctus. Quia sicut qui pecunias multas habet, si passus fuerit furis gladium, pro pecunijs suis passus est, ita qui sanctitatem in moribus obtinet, quicquid passus fuerit aduersi, pro deo patitur, quæ summa est integritas sanctitatis, & patitur inimicum, siue persecutorem fidei, siue persecutorem mundi corporeum, siue per ipsum principem mundi & ministros eius. Tenentes ergo sanctitatem, clamemus domino. Quonia propter te morte adfici-mur tota die rogamus, ut exurgas & non repellas nos in finem, ne obliuiscaris inopiam nostram, & tribulationem nostram, quoniam humiliata est in puluere anima nostra, adhesit in terra uenter noster. Quando enim corporalibus necessitatibus aggrauamur, vexatur in puluere anima nostra. Dum autem uenter noster terrenis dapibus adheret, eternum nobis minatur interitum. Ostendimus tibi vulnera nostra, tu quod saluator es, exhibe vulneribus medicamina. Nemo enim ab humilitate pulueris liberam habebit animam nisi tu per inuisibiles donaueris anime contemptum pulueris corporalis. Nec habebit amor ieiunij & orationis, ad contemnendum uentrem, qui terre adheret, nisi tu concesseris. Exurge domine adiuua nos & libera nos, propter hoc ipsum quod nominis tui splendore censemur, libera nos ab occupationibus pulueris, in quibus humiliatur anima nostra, & ab aggrauatione uentris. Quia si harum duarum specierum nobis concesseris dona, contemptum corporis & uentris, liberi erimus in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo tibi est deo patri & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum Amen.

In finem pro his qui commutabuntur filijs Chore ad intellectum canticum pro dilecto.

XLIII.

Ructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. Adcingere gladio tuo, super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha & gutta & cassia a uestimentis tuis a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Audi filia et uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quonia ipse

g 3 est do/

per me
contra me
est semper
psal. 50.

est dominus deus tuus & adorabunt eum. Et filiae Thyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filiae regis ab intus, in simbrijs aureis circumamicta uarietatibus. Adducentur regi uirgines post eam, proxime eius adferentur tibi. Adferentur tibi in laetitia, & exultatione, adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, & in saeculum saeculi.

Eructauit cor patris verbum bonum, omnia per ipsum facta sunt. Quia vniuersa sunt eum creatorem agnoscunt. Regi suo opera sua dicunt, hoc est, omnia quae subsistimus & mouemur & sumus opera tua. Lingua mea calamus est. Cuius calamus? Scribae, inquit, velociter scribentis. Quid turbantier, quid festinanter lingua prophetae proferre vult, audiamus: Hoc, inquit, verbum quod pater eructauit, cuius omnia quae sumus opera sumus. Speciosus forma adparebit, & praerit filijs hominum. Speciosus forma, id est, virginea forma erit ortus eius. Et diffusa gratia a labijs eius egreditur, per quam benedictus erit in aeternum. Et adtingit gladium suum super femur, ad amputandas omnes libidines. Ostendens speciem suam, id est, manifestans patrem, & pulchritudinem suam, id est, & spiritum sanctum. Species eius filij pater est, & pulchritudo eius spiritus sanctus & in his intedit & prospere procedit, & regnat propter veritatem: propter hanc de caelo descendit, quia perierat a filijs hominum, propter hanc procede, & regna propter veritatem. Nec solum propter veritatem, sed & propter mansuetudinem, & propter iustitiam trinitas regnat. Pro his tribus speciebus in Christo, propter veritatem pater veritatis est. Propter mansuetudinem filius, quia exinanivit seipsum, & cum esset aequalis patri, formam serui suscepit, in qua speciosus apparuit, & propter iustitiam eius spiritus sanctus. Sic enim dicit ad Iohannem cum baptizaretur. Sic decet nos implere omnem iustitiam. Et his diebus aperti sunt caeli, & in specie columbae venit in eum spiritus sanctus. Post haec deduxit eum mirabiliter dextera eius, ex qua caecos illuminabat, infirmos curabat, mortuos suscitabat. Sagittae autem eius acutae, omnibus notum est, sic ut ipsi mundi amatores pingerent sibi spiritum immundum in specie cupidinis, intendentis arcum, & exprimentis sagittas, in amorem libidinis vulnerantes. Ita ergo hic noster exprimet sagittas acutas potentissimas in amore regni caelorum, ita ut renuncient homines & patrem & matrem, & omnia quae possident. Insuper & seipsum abnegent & sequantur eum. Iste sagittae amicos regis liberant, inimicos regis occidunt. In corde enim percutiuntur, ubi eorum suggestiones inueniunt. Cum enim obtinuerint istae sagittae in corde nostro victoriam, tunc sedem Christi in mente nostra suscepimus, & virgam rectam, hoc est, regulam rectae fidei, virgam regni eius adpetimus, in qua

sub di

sub disciplina agentes diligimus iustitiam, & odimus iniquitatem. Cum scilicet imitantes quem vnxit deus oleo laetitiae pre confortibus suis. Sicut enim speciosus forma pre filijs hominum in carne natus adparuit, sic vnctus chrismate pre omnibus Christus Iesus adparuit. Multi filij hominum sancti ab Abel usque ad Christum, sed nullus ex virgine natus. Nullus hac specie editus, hac forma manifestatus. Quis, inquit, erit similis deo inter filios deorum ut subaudiamus, illi gratia filij, hic natura, & multi Christi vnctione olei. Hic autem angelis adorantibus stellis indicantibus, prophetis preconantibus. Ioanne metuente, caelis apertis, patre de caelis clamante, spiritu sancto adueniente de caelis, & in eo manente. Christus est pre omnibus participibus, quibus hoc participatus est nomen. Myrrha & gutta & Cassia a vestimentis eius. Myrrham in assumptionem corporis, Gutta cum attractu vestimentorum eius homines saluabuntur. Cassia cum odor vite credentibus probabatur. Contra hoc venit ut dicatur, & Iudas vestimentum eius tetigit & perijt. Milites autem etiam possiderunt vestimentum eius. Et pro hoc ipsum ad interitum sunt deuoluti. Quomodo ergo odore vestimentorum eius salus animae gignebatur. Audi Apostolum dicentem: Alijs quidem odor vitae in vitam, Alijs vero odor mortis in mortem. Sane illud considerandum est, quod domus eius eburneae delectant. Eburnea domus est corpus castum, in qua tinea non facit ullam libidinem peccati. Unde animae dicitur, in cuius potestate datum est corpus: Audi filia & vide, inclina aurem tuam his verbis, ut obliuiscaris populum tuum, id est, exempla peccantium, & domum patris tui, id est, imitationem Adae patris tui secundum carnem. Quare hoc? Quia concupiuit rex decorem tuum. Quis iste rex est? Quem adorant, inquit, filiae Tyri in muneribus. Si enim Tyrus, quae superstitiosior ceteris ciuitatibus semper fuit, dat adorantes animas Christo, & munera offerentes, quanto magis vultum eius adorabunt omnes diuites plebis? Sane gloriam omnem quam in gemis reginae circumferunt extrinsecus ad videndum hominibus, hic omnem gloriam filiae regis ab intus esse vult in penetralibus mentis, ibi eam vult in simbrijs aureis circumdari varietate virtutum. Tunc adducentur virgines, incorrupta fides, patientia, prudentia, & proxime earum adducentur in laetitiam & exultationem, ut intrent in templum regis. Vbi pro duodecim patriarchis, nati sunt deo filij alij duodecim, quos constituit principes Iesus, super omnem terram, memores nominis sui in omni gente, cum eis diceret, baptizate omnes gentes. Propterea populi confitentur deo in aeternum, & in omnia saecula saeculorum Amen.

In finem filijs Chore pro arcanis.

XLV.

Eus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quae inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatae sunt aquae eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus latificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum

g 4 sumal

suū altissimus. Deus in medio eius cōmouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit uocem suā mota est terra. Dominus uirtutū nobiscum, susceptor noster deus iacob. Venite & uidete opera domini quae posuit prodigia super terrā, auferens bella usq; ad finē terrae. Arcū conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Vacate & uidete, quoniam ego sum deus, exalabor in gentibus & exaltabor in terra. Dominus uirtutū nobiscū, susceptor noster deus iacob.

Quando in lachrymis & in animi tribulatione fuderis orationē deo. securus esto quod deus tibi & refugium sit, & uirtus efficitur. Incipis nō timere dñi conturbatur terra corporis tui. Quia transferunt montes Apostoli domini, altitudinē eius predicātes. Ipsi transferunt in corde maris, in mentibus seculi fluctuantis, quantūuis sonent & turbentur aque eius, & cōturbent etiam ipsi mōtes, id est, Apostoli in fortitudine eius id est, in passione eius, quantūuis peccata sint quae cōturbent animas, Et praedicantibus Apostolis hi qui peccatorū opprimuntur cōscientia, tribulētur, vnus impetus loridanis dat remissam peccatorū, & laerificat ciuitatem dei, cū sanctificat tabernaculū corporis tui spiritus sanctus. Deus iam in te nō cōmouebit cū adiuuat animā tuā deus ad spectu suo: Hebraeus dicit: Adiuuauit eam deus mane diluculo. id est, cū tenebrae peccatorū per fluminis impetū transferint, deus qui lux est, initium lucis dat in cor eius, & adiuuat eā, id est, animā quae dicit. Dominus uirtutū nobiscū, susceptor noster deus iacob, quantūcūq; conturbentur gentes, id est, idola colētes aduersus martyres domini, quantūuis inclinētur regna ad persecutionē eorū, dat uocē suā altissimus in corde eorū, & ita mouet terra corporis eorū, ut penitus nō timeant eos qui occidunt corpus, timēres autē illū qui & animā & corpus potest perdere in gehennā, ita cōtemnunt animas eorū, ut passionibus suis arcus eorum conterant, & arma eorū confringant. Qui hoc faciunt, qui vacant ab omnibus mundi curis, & uident, quoniam ipse est deus qui negatur a gentibus, qui a iudeis crucifigitur, hic noster refugium, hic noster uirtus, hic noster adiutor, hic deus uirtutum, hic susceptor noster est, qui est etiam deus iacob regnans cum patre & spiritu sancto nunc & semper, & in omnia secula seculorū Amen.

In finem pro filijs Chorc, psalmus Dauid. XLVI.

Mnes gentes plaudite manibus, iubilare deo in uoce exultationis. Quoniam dominus excelsus terribilis rex magnus super omnē terrā. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis haereditatem suam, speciem iacob quā dilexit. Ascendit deus in iubilo, & dñs in uoce tubae. Psallite deo nostro psallite, psallite, regi nostro psallite. Quoniam rex omnium terrarum

nis terrae deus, psallite sapiēter. Regnabit deus super gētes, deus sedet super sedē sanctā suā. Principes populorū cōgregati sunt cū deo Abraham, quoniam dij fortes terrae uehemēter eleuati sunt.

OMnes gentes plaudite manibus. Sicut in aduētu diaboli oibus gētibus planctus indictus est, Audiuius em uocē de caelo dicentē, Vae terrae & mari, quia piectus est diabolus ad uos. Ita in aduentu dñi Iesu in uoce exultationis dicit, Oēs gentes plaudite manibus, deus em summus, deus terribilis, qui est magnus sup omnē terrā, hic subiecit populos nobis. Hoc Apostoli dicit, Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Quando hoc fecit: Quādo elegit nobis haereditatē suā in specie Mariae, quā dilexit spiritus sanctus, tunc ascendit in strepitu & in uoce tubae. Herodes turbat, pastores terreni, magi fugiunt, infantes occidunt, angeli psallunt, dicentes, Gloria deo in excelsis, qui dicunt pastoribus, quia ecce regnat deus super omnes gentes. deus sedet super sedem sanctā suā. Si sedes eius ubi cūq; uirginitas illibata fuerit, quanto magis in Maria: Principes populorū cōuenerunt cū deo Abraham. Principes hoc loco angelos indicat, qui cū deo Abraham ad Mariam cōuenerunt, quando gloriā cecinerunt. Ut qd autem natus sit rex magnus, & ut qd conuenerint principes cum deo Abraham, audiamus, Ideo, inquit, cōuenerunt, quia dij fortes terrae in superstitionibus suis, & in templis suis nimium eleuati sunt, ut his expullis atq; deiectis, regnet dominus Iesus Christus super omnes gentes in secula seculorum Amen.

Psalmus canticum filijs Chorae secunda sabbati. XLVII.

Agnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione uniuersae terrae, mons Syon latera Aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges terrae cōgregati sunt, cōuenerunt in unum. Ipsi uidentes sic admirati sunt, cōturbati sunt, cōmoti sunt, tremor adprehēdit eos. Ibi dolores ut parturiētis, in spiritu uehemēti cōteres naues Tharsis. Sicut audiuius, sic uidimus in ciuitate dñi uirtutū, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in aeternum. Suscepimus deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus sic, et laus tua in fines terrae, iustitia plena est dextera tua. Latetur mons Syon, & exultent filiae iudae, propter iudicia tua domine. Circūdate Syon & cōplectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite cor da uestra in uirtute eius, & distribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus noster in aeternum, & in seculū seculi, ipse neget nos in secula.

Magnus dominus & laudabilis nimis. Laus domini pro diuersitate do/ norum eius & operum est predicanda. Laudatur in sanctis, laudatur in donis cibi carnalis & spiritalis, laudatur in fabrica mundi, & in diuersis, ut diximus, largitionibus sue inestimabilis pietatis. In isto autem psalmo qua de causa laudatur. Quia dilatauit, inquit, exultationem vniuersae terrae a monte Syon, a latere Aquilonis, ibi est ciuitas magni regis, ciuitas Bethleem. In huius ciuitatis grauibus, id est, in his qui nulla sunt leuitate superflui, in his cognitus est dominus, quando suscepit eam. Quam eam? Exultationem vtiq; quam dilatauit omni terrae. In grauibus vsq; hodie cognoscitur dominus. Sicut enim si videas aliquem leuem & vanum, ibi cognoscis diabolum, Sic si quem videris grauitate conspicuum, ibi cognoscis dominum Iesum Christum. Sicut tunc cognitus est in grauibus, in Marię integritate, & in Ioseph castitate. Statim autem vt in his cognitus est, reges terrae turbati sunt. Venerunt enim principes sacerdotum & scribae populi ad regem, & ad Stellae iudicium interrogati, dixerunt natum Christum in Bethleem Iudae. Tunc, inquit, rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum eo. Etiam ipsi uidentes stellam tunc admirati sunt, & tremor adprehendit eos, ita vt admoniti in somnis non redirent ad Herodem regem. Misit autem rex, & occidit omnes infantes, & ibi matres eorum dolebant in nece eorum. Sicut parturientes doluerant. Do/lebant autem in spiritu vehementi. Contrite sunt etiam naues Tharsis. Etymologia fecit naues Tharsis nominando, quod tempore quo non est inuentus dominus, & infantes occisi sunt, Etiam nauigia regio sunt iussu uexata, quibus magi, qui non redierant ad regem, credebantur fugere potuisse. Nos autem sicut audiimus ab eis natum regem, ita & vidimus in ciuitate dei nostri, quam fundauit dominus in aeternum. Ibi, suscepimus deus misericordiam tuam, in medio templi tui, secundum nomen tuum, quo Saluator diceris, ita & laus tua in fines terrae. Iustitia enim plena est dextera qua nos dignaris eruere, & diabolum subiugare, quo facto letatur mons Syon, letatur ecclesia, & exultant filiae Iude, omnes animae ex utero ecclesiae iterata natiuitate progenite, propter iudicia tua domine, quibus hoc iudicasti, vt diabolum subiugares, & animas hominum liberares. Nunc vos o anime liberate & iterum genite, circumdate matrem vestram Syon, & duorum testamentorum plena lactibus vbera fugite, narrate in turribus eius misericordiam, quam consecuti estis. In turribus quae sunt ciuitatem defendunt, & hostibus resistunt. Ponite corda vestra in virtute eius. Considerate qua virtute pro uobis pugnat, & distribuite gradus eius, vnum quenque pro suo merito facite ad gradum accedere, ut illi iuste episcopatus sedem, illi iuste presbyterij gradum tradas. Sic distribuite gradus eius, sine pecunia, sine acceptione personae, vt enarretis in progenie altera. Quia hic est dominus deus noster, qui regnat cum patre & spiritu sancto filius dei, ipse reget nos in saecula. Amen.

In finem pro filiis Chore Psalmus David.

XLVIII.

Audite

Vidite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quicquid terrigenae & filij hominum, simul in unum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabola aurem meam, aperiam in psalterio, propositionem meam. Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo, non dabit deo placationem suam. Et precium redemptionis animae suae, & laborabit in aeternum, & uiuet adhuc in fine. Non uidebit interitum cum uiderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in aeternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerunt nomina sua in terris suis. Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Haec uia illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacuerunt. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum ueterascet in inferno a gloria eorum. Veritamen deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Ne timearis cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quonia cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria domus eius. Quia anima eius in uita ipsius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorum, & usque in aeternum non uidebit lumen. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Sola Christi uox omnes vocat simul in unum, inclusa omni acceptione personae, diuitem & pauperem, nobilem & ignobilem, nec omnem omnino terrenum apicem dignitatis excludens, omnes inuitat, ex aequo aperiens in psalterio propositionem suam, ostendens quod timendum sit nobis in die mala. Ne iniquitas, inquit, calcanei circumdet me. In se dicit, quod in te timeas. Calcaneus finem corporis notat, ad ipsum serpens attedit, ibi insidiatur. Hoc solum timendum est omnibus, ne in fine suo iniquitate sua capiantur. In quo enim opere quod inuentus fuerit in fine, in eo erit usque in sempiternum. Vos autem qui confiditis in uirtute uestra, & in abundantia diuitiarum gloriamini, hoc sciatis, quod nullus uos ab interitu redimat, non pater, non frater, nisi homo Christus Iesus, qui dedit se ipsum redemptionem pro omnibus. Nullus uestrum dabit deo portionem suam, precium redemptionis animae suae, ut laboret in aeternum, & uiuat in fine, & non ui

nō videat interitū, cū viderit sapientes morientes. Si enim omnis illi magni & opinati, & sapientissimi mortui sunt, quomodo nō insipientes peribūt, qui cōgregant diuitias, & miseri dñi possunt egentibus dare, nolūt. Hi relinquent alienis diuitias suas: Nam & cū plures domos habeāt, sepulchra tantū erunt domus eorū in eternū. Miser homo, hoc dū in corpore est, non intelligit, dū quasi pecus cōperit mori, similis erit illis. Interim in hac via in qua viuunt, monita sancta scandalū sunt illis, postea in ore suo benedicent. Cū sicut oues in inferno positos, mors depascitur, tūc dominabunt eis iusti in matutino tēpore, quo lux resurrectionis inchoauerit, quādo gloriosi a gloria sua expulsi parebūt, tūc deus liberat animā meā de manu inferni, accipiēs me. Nō ergo timeas paupertatē tuā, cū diuitias attendis alienas, quas bene nosti hic a morte derelinquēdas. Nō em̄ quādo moritur secū tollit om̄ia, neq; simul dēscēdit cū eo gloria domus eius. Anima deniq; eius ab adulatorib; in uita ipsius benedicet. Post hęc cōfitebitur deo inuitus, quod eius bonitate multa habuerit, multa potuerit, pœnitens qđ cū posset inopes iuuare, noluerit. Et qđ sera cōfessio fructū indulgentiē nō capit, tēpore quo p̄genies ingredit̄ patrū suorum, iam utiq; deposito corpore, vsq; in eternū nō videbit lumen. Quare? Quia cū esset in corpore ista nō intellexit, modo cōparatus iumentis insipientibus, similis factus est illis. In quo tamē honore fuerit, si forte requiris, similis deo fuit, & nūc similis est iumentis insipientibus. Nō em̄ habēs in se similitudinē dei non videbit lumen, sed amissa similitudine dei, dū cōperit quasi pecus vētri & libidini inseruire. Similis pecoribus iam factus, ita vilis erit deo, quam vile est pecus. Et ideo sic intrat p̄genies mortuorū i peccatis suis, quos hic in ista uita imitatus, quia ibi sunt patres eorū, nō quorū sunt semine propagati, sed quorū sunt opa imitati. Deniq; Iudei cum filij Abrahę essent, dicit eis dñs, Si filij Abrahę essetis, opera Abrahę faceretis. Vide & quid adiecit, Vos ex patre diabolo estis, opa em̄ patris vestri vultis facere. Sic ergo hic intrat in p̄genies patrum suorum, vsq; in eternū nō videbit lumē. Seruātes autē in similitudinē Dei, & nō ea abiecta similitudinē in se pecorū sumit, venient ab oriente, & occidente, & recumbent cū Abrahā, & Isaac, & Iacob in regno patris & filij & spiritus sancti, qui regnat in sēcula sēculorū Amen.

Psalmus Asaph.

XLIX.

Eus deorum dominus locutus est, & uocauit terrā. A solis ortu usq; ad occasū, ex Syon species decoris eius. Deus noster manifeste ueniet, deus noster & nō silebit. Ignis ante ipsum p̄cedet, & inflāmauit in circuitu eius tēpesta ualida. Ad uocauit cœlū deorsum, & terrā discernere populū suū. Cōgregate illis sanctos suos, qui ordināt testamētū eius sup sacrificia. Et annuntiabunt cœli iusticiā eius, quoniā deus iudex est. Audi populus meus & loquar Israel, et testificabor tibi deus deus tuus ego sum.

Non in

Nō in sacrificijs tuis arguā te, holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semp. Nō accipiā de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Quoniā meæ sunt oēs feræ siluarū, iumenta in mōtibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri meū est. Si esuriero nō dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunqd māducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorum potabo. Immola deo sacrificiū laudis, & redde altissimo uota tua.

Et inuoca me in die tribulationis, eruiam te & honorificabis me.

Peccatori autē dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meum per os tuū? Tu uero odisti disciplinā, & p̄fecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furē currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuā ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua cōcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas scādalum, hęc fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis, arguā te & staturam contra faciem tuam. Intelligite hęc qui obliuiscimini deum, ne quando rapiat & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

Deus nō nomē est dei, sed indicit̄, quo supius aliqd indicari humana lingua nō possit. Quod nomē participare uolens cultoribus suis, hoc eos fecit nomine uocari, ut ipse qđem cum sit deus deorū, qui seruiendo ei hoc meruerint nomine nūcupari. Quādo ergo locutus est pater? Aut quādo uocauit terram? Tunc sine dubio quādo ex Syon species decoris adparuit. Ipse tunc manifeste ueniet iudicare sēculum per ignem. Ignis deniq; in cōspectu eius ardebit, & circa eum erit tempesta ualida. Tūc cōgregabunt̄ Apostoli & martyres, & orthodoxi, quiq; doctores, qui ordināt testamētū eius sup sacrificia, in p̄senti erunt monitores, doctores, Apostoli. Ipsi sunt cœli, qui narrant gloriā dei. Tunc ergo cū deus iudex esse cōperit annūciabūt hi omnes iusticiā eius, qui p̄dicant nunc misericordiam eius. Audi ergo hoc populus meus, audi & loquar. Tunc testificor te me uenturum esse ad iudicandum, qui nunc ueni ad redimendum. Ego utiq; deus tuus, nō æstimes, quia in sacrificijs arguā te, obedientiā uolo magis quam sacrificiū. Præcepta mea custodiri super sacrificia statui. Nō enim māducabo carnes taurorū aut sanguinē hircorū potabo, quicqd ambulat & uolat, meū est. Quid mihi meū pro tuo porriges? Hoc tuum est, si puro corde mihi laudes effundas, et reddas mihi uotū, quod in baptisate positus deuouisti, quo te renūciaturum diabolo spondisti, & mea promisti seruaturum te esse mandata. Hoc dū feceris, inuoca me in die tribulationis, tēpore quo de isto corpe exies, & eripiā te de

votū in baptisate.

te de manibus dæmonum, & magnificabis me in donis meis. Tu autē qui lucra sectādo gradum sacerdotij, aut tu qui gloriam humanam desyderas, aut qui in furto participaris, & si ipse adulter nō es, tamen cum adulteris uiuis: Quare tu enarras iustitiam meam dicit dominus, cum aduersus fratrem tuum detrāhas, & scādalum ponas? An taciturnitatem meam contemnens, speras me tibi esse similem? Ego arguam te, & statuam hęc ante faciem tuā, Nolite obliuisci, domino quod promisistis, reddite, ne rapiat sicut leo, & nō sit qui eripiat. Finis itaq; semper ante oculos est habendus: & in dei laudibus permanēdum. Ibi enim est iter, in quo ostenditur salutare Dei, qui regnat in secula seculorū Amen.

Psalmus in finem Dauid quando uenit ad eum Nathan propheta quādo intrauit ad Bersabea.

L.
Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam, Et secundum multitudinē miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semp. Tibi soli peccaui, & malum corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris, Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī ueritatē dilexisti, incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi. Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā, & exultabūt ossa humiliata. Auerte faciem tuā a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum creauit in me deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Deducito iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę, & exaltabit lingua mea iustitiā tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annūciabit laudem tuam. Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem, utiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritum & humiliatum deus non despicias. Benigne fac domine in bona uoluntate tua. Syon, ut ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitię oblationes & holocausta, tunc imponent sup altare tuum uitulos.

Quando

Quando uenit Nathan, ppheta ad regem Dauid, nō inchoauit peccatū arguere, sed cœpit iudicium flagitare, dicens: Audiui te habentem greges ouium & armenta multa, sublatā vnā ouiculā pauperi, ipsam solā habenti. Questus iudici regi dedit rex sententiā, dignū esse mortē eū, qui fecit hęc rem. Tūc Nathan: Tu es, inquit, uir qui fecisti hęc rem. Vriā Ecetheum occidisti, & vxorē eius accepisti. Hęc dicit dominus, non recedet gladius de domo tua in eternū. Inuenit reū sentētia, & rex sub accusatore positus, deposita potestate, suo iudicio condemnatur. Deus enim uenit ad eum abditus in Nathan, occultus in propheta, & ipse per pphetam postulauit iudicium homo, uicit deus. Deus enim iustificatus est in sermonibus suis, qbus ab homine flagitauit sententiam, iudicauit sententiā inter deū irascentem, & hominem delinquentem, & uicit deus iudicatus ab homine. Dixit enim homo: Dignus est morte uir qui fecit hanc rem. Deus ergo qui hęc uolebat in reū pmulgare sententiā, uenit ad iudicium, ut si iudicatū fuisset non deberet hoc factū uicisci, nō iustificaret in sermonibus suis, & non uinceret iudicatus. At ubi dictum est, Morte dignus est uir qui fecit hęc rem, deus qui uenerat ad iudiciū iudicandus, iustificatus est in sermonibus suis, & uicit dum iudicatur. Videamus nunc qd egit uictoria dei, tenuit impatorem captiuū, & tradidit sententię reū. Reus ad clementiā conuolat, & exuens se purpura, induit se cilicio, cinerē tanquam panem manducans, & potū suū lachrymis miscens: Ostende, inquit, domine, qbus factis mutetur sentētia. Si enim mihi in hac humilitate posito dignatus fueris indulgere, etiam impij ad te cōuertentur. Miserere obsecro secundū magnam misericordiam tuam, quoniam iniquitatem meam ego agnosco. Agnosco iuste iratū te, iniuste egisse me. Tibi soli peccaui, omnis qui sub iudicio uiuit, cū deliquerit, peccat deo, peccat & legibus mūdi. Hic aut rex sub nullo alio nisi sub deo solo agens, ipsum solum sup potestatē suam metuens, deo soli peccauit. Malum, inquit, coram te feci, nō fugi a facie tua. Volui enim ut iudicares me delinquentem, potius quam ligares me fugientem. In iniquitatibus cōceptus sum. Seruauit in confessione sua creatoris bonum. Nō enim dixit, cum iniquitatibus, aut cum peccatis genuit me mater mea, sed in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis genuit me mater mea. Dicendo enim matrem, in suis iniquitatibus eū concepit, & in peccatis seculi peperisse, signauit, Quia omne peccatū corde cōcipit, & ore consumatur. Hic autem qui nascitur, sententiam Adæ habet, peccatum uero suū non habet. Tu domine ueritatem dilexisti. Tempore quo ego fallitatē composui, ut in grauiori pugna poneretur Vriās, hoc incertū & occultum in peccatis meis, quod erat in corde meo manifestasti mihi, & ita manifestasti mihi, ut ego contra meipsum pferrem sententiā. Verum qd aspersione hyssopi purificationē fieri sordium pcepisti, Asperges me hyssopo, et mundabor. Lauabis me & super niuem dealbabor. Hęc fiet, si auditui meo dederis gaudium & lætitiā, cum dictum fuerit mihi, Pastor ouiu, nuncio tibi gaudium magnū, quia natus est hodie dominus ex semine Dauid secundum carnē.

dum carnem. Ecce gaudiū, per quod exultat ossa humiliata, per quod avertis deus faciem tuā a peccatis meis, per quod oēs iniquitates meas deles, per ipsum cor mūduū creas in me deus, per ipsum spiritum rectum innouas in visceribus meis, vt desyderio spiritali, desyderiū carnale excludā, & ita quicquid peruersum est execrer, ut quicquid rectum corā te probatur amplectar. Hæc deprecantem, nō me proijcias a facie tua, & spiritū sanctum tuū ne auferas a me. Sed redde mihi læticiā quam perdidī, & spiritū quem ad confirmandam indulgentiam tribuisti, per ipsum confirma me. Tertio autem spiritum nominando trinitatem in vnitatem esse perdocuit. Cum ergo, inquit, me confirmaueris, deinde indulgentiam tuam docebo & ego iniquos, quia miseris & indulges impijs pœnitentibus, & hæc audiētes impij, per pœnitentiam ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus. De hac vtiq; sententia qua dixisti: Nō recedet gladius de domo tua, libera me ab hac sententia, vt exulet lingua mea iustitiam tuam. Labia autem mea quæ a reatu meo clausa sunt, tu ea aperies indulgentia tua, quibus apertis, os meum annūciat laudem tuam. Verum quia in lege tua scriptum est, quod sacrificiū pro vnoquoq; peccato offerri debeat. Nunc vero placari sacrificijs non vis, quod vtiq; si velles offerrem. Quia ergo his nō delectaris, offero tibi in sacrificio spiritum contritum, cor contritum & humiliatū, vt benigne facias in bona voluntate tua super Syon, vt auferas gladium ab eo, quem pro peccato meo constituisti, vt non destruantur, sed magis edificentur muri Hierusalem. Tunc tibi accepta erunt sacrificia iustitiæ in oblationibus spiritus contritati, & in holocaustis cordis humiliati. Et super altare tuum imponentur vituli, id est, iuvenes qui cognoscunt tibi luxuriam ita displicere, vt punias, & per lachrymas spūs contritati delictum eius indulgeas. Hī tituli qui inferioribus vitijs luxuriæ erant, a semetipsis voluntate super altare tuum, id est, in altitudine casti cōsiliij imponentur. Quod autem solam historiam tractauimus, eius versiculi, quo iustificatur deus in sermonibus suis, & vincit dum iudicatur. Hæc res licet in iudicio Saluatoris impleta sit. Vicit enim cum iudicatus est in passione sua, & sic vicit, vt obtineret omnem principatū, & potestatem, & virtutem, tamen & quotidie iudicatur, sed dum iudicatur, vincit. Dicere enim solemus: Vt quid mihi sic fecit deus? Quare hoc? Ecce iniqui regnant, iusti affliguntur, vincit cum iudicat. Vt medicus qui desperatis iubet ad velle seruari, & omnia quæ desyderant, præcipit non negari. Quos autem scit posse saluari, iubet eos artari, amaris potionibus potari, ferro secari, cauteriari. Sic fiet, vt dñi saluati fuerint abstinentes, & mortui fuerint desyderijs proprijs acquiescentes, iustificabitur medicus in sermonibus suis. Dicetur ei: Nos te iniuste culpabamus dum ligares, dum secares homines bonos, & malos nec secares, nec affligeres. Insuper etiam pmitteres suis desyderijs frui. Huc accedit, vt dicamus de deo. Quia quæ diligit dñs corripit. Sed rogemus vt corripiat nos iustus in misericordia sua, vt iudicia eius adiuuent nos, per dominū nostrū Iesum Christum, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finem

In finem intellectus Dauid, cū uenit ad eum Doech Idumeus & nunciauit Sauli, uenit Dauid in domū Abimelech. LI.

Vid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? **T**ota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem,

iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia uerba præcipitationis, lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra uiuentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt & dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suū. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in uanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum, & in sæculum sæculi. Confitebor tibi in sæculum quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.

Fugiens Dauid a facie Saulis, uenit ad Abimelech sacerdotē, et panes sanctos inueniens adsumpsit ipse, et qui cū eo erant. Quem cū prohiberet sacerdos, prohibendi causam Dauid prodidit, dicens: Mundi sumus ego & pueri mei a mulieribus. Cum ergo sugeris gladiū principis mundi, & ad altare conuolaueris, & mundus panem sanctū adsumpseris, non deerit qui te diaboli impulsione affligat, persequatur, detegat. Et quia hoc ipsum nō aliud nisi diabolus operatur, ipsi diabolo tora uerba huius psalmi stans in oratione cantabis, dicens: Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate, tota die id est, omni die, iniustitia in cogitationibus agit. Lingua tua nō cessas contra iustitiā cogitationibus ministrare consilia. Sicut nouacula acuta faciens dolum, tanto acumine cōcinnas dolos. Vt homo ipse sui in perniciē elaborat, & agens præcipitiū suum gaudeat. Propter hoc destruet te in finem. Cū enim finem fecerit homo peccatis suis a te persuasis, deus destruet te & euellet te de corde eius, quia hoc est tabernaculū dei, & radicem tuam de terra uiuentium, id est, de corpore uiuentium deo. Videbunt iusti astutias tuas, & timebunt dominum, & super suggestiones tuas ridebunt, & dicent, Non in omni opere deum in auxilium postulamus. Tu uero opus quod perpetrare suades, non ponitur tibi deus in adiutorio, sed qui operatur hæc sine deo sunt, spem suam in diuitijs mundi ponentes, si diuites sunt de diuitijs mundi presumptentes, si pauperes sunt a diuitibus mundi, & non a deo auxilium postulantes. Præualent in uanitate sua, sed his deficientibus Qui sperat in misericordia dei, erit sicut oliua fructifera in domo dei, sperans in misericordia eius in æternum, & confitebitur domino in sæculum beneficia eius in conspectu omnium sanctorum dei, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

h In finem

In finem intellectus Dauid pro Amalech LII.

Ixit insipiens in corde suo, nō est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requirēs deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum, nō est usq; ad unū.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meā ut cibum panis? Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, ubi non fuit timor. Quoniā deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniā deus spreuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel, cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Quando dominus de cœlo prospexit per Iesum super filios hominum, videns eū stultus populus Iudeorū, Dixit in corde suo, Non est deus. Omnes corrupti; omnes abominabiles facti sunt, non uoluntate dei, sed in uoluntatibus suis, ita ut nō esset in eis qui faceret bona usq; ad unū, dicendo usq; ad unū. De his dixit qui dicunt de Christo, non est deus. Nā si de omnibus hominibus generaliter dixisset, nō diceret esse plebē suā, quæ deuoratur ab eis sicut esca panis. Ab his utiq; qui deum eum non inuocauerunt, qui ibi trepidabant timore, ubi nō est timor id est, in custodia sabati, in baptismatibus calicū, & uiceorū. Deus autē dissipat ossa eorū qui hominibus placēt. Vnde magister noster Paulus dicit: Ego si adhuc vellem hominibus placere Christi seruus nō essem. Ergo dum adhuc Iudæus esset, ostēdit hominibus placuisse: Qui autē illis placere uolunt, inquit, cōfundentur, quia deus spreuit eos. Qui deus? Qui dedit ex Sion salutē Israel. Iacob supplantator, Israel uidentem deū interpretatur. Ergo & Iacob lætetur, quia supplantat inimicū, & Israel exultet, quia uidetur inuisibilis, uidetur deus in genere eius facie ad faciem, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finē in carminibus intellectus Dauid, cū uenissent Cypheli & nūciaissent Sauli, nōne Dauid absconditus ē apud nos. LIII.

Eus in nomine tuo saluū me fac, & in uirtute tua libera me.

d Deus exaudi orationem meā, auribus percipe uerba oris mei. Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt deum ante cōspectum suum. Ecce enim deus adiuuat me, & dominus susceptor est anime meę. Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniā bonum est. Quoniā ex omni tribulatione eripui sti me,

sti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

Deus in nomine tuo saluū me fac. Iste sermo oratiōis causas suas exequitur: Libera me, inquit, quia alieni insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam. Hi qui non proponunt deum ante oculos suos. Dicit titulus & qui alieni, & qui sint qui quærit animā eius. Qui ostenditur ad inimicos suos ille, & per eos euadere uoluisse. Vide amice, ne te credas inimicis in toto, uide, ne in necessitate positus furtū facias, & eo te putes posse refici, ne dicas de bono quia malus est, dum vis hominibus complacere, ne a uirtutibus pergas ad uitia, faciente aliqua necessitate, noli te eis credere. Ideo em te suscipiunt, ut simulent tibi latibulū. Cæterū tradere te uolunt in gaudio ei qui te persequitur. Felix si non te credideris eis. Si uero credideris, clamauit propter nomen suum saluum te faciat dominus, ut uoluntatē tuā liberā faciat. Quia quam diu uitiorum consensu iacet, libera nō est. Cum autem dominus adiuuauerit te, & inimicos tuos disperdiderit, tunc uoluntarie sacrificabis ei, cum ex omni tribulatione eripuerit, & inimicos tuos despiciet oculus eius, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

In finem in carminibus intellectus Dauid. LIIII.

e Xaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me. Cōtristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a uoce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniā declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum cōturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixi quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam. Ecce elongaui fugiēs & mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me facit a pugillanimitate spiritus & tempestate. Præcipita domine diuide linguas eorum, quoniā uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam, super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et non defecit de plateis eius usura & dolus. Quoniā si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimitis, dux meus & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernum uiuentes. Quoniā nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum. Ego autem ad dominum clamaui

h a & do/

& dominus saluabit me. Vespere & mane & meridie narrabo & annūciabo, & exaudiet uocē meā. Redimet in uoce animā meam ab his qui appropinquant mihi, quoniā inter multos erant mecum.

Exaudiet deus & humiliabit illos qui est ante sæcula. Non enim est illis cōmutatio, & non timuerunt deum, extendit manum suam in retribuendo. Contaminauerunt testamentū eius, diuisi sunt ab ira uultus eius, & adpropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleū, & ipsi sūt iacula. Iacta super dominū curam tuam, & ipse te enutriet, non dabit in æternū fluctuationē iusto. Tu uero deus deduces eos in puteū interitus. Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te domine.

Primus conuersationis status est, ut cōtristetur homo, in exercitatioe delectetur, & conturbetur potius quā delectetur a uoce inimici, & tribulatione peccatorū. Veniat formido mortis super eum, ne in peccatis moriatur, et contegant eum tenebræ exteriores, ubi est fletus & stridor dentium. Sed si fieri potest, accipiat pennas animi in spiritu sancto, sicut columbæ descendentis de celo, & euolet fugiens inimicorū manus, longe vadat, fugiat a peccato, & quasi in solitudine positus, sic nullis curis uoluatur humanis. Tūc enim expectat deū qui saluat eum a pusillanimitate & tempestate, ut præcipitet dominus, & diuidat linguas eorū. Quoniā uidit iniquitatē, & contradictionē in ciuitatē, quæ iniquitas, & die ac nocte circumdat eam super muros eius, id est, diabolus circumdat animā super muros eius, ubi cūq; se uicij repugnare posuerit. Et nō defecit de plateis eius, id est, in cogitationibus eius uisura & dolus. Quoniā si inimicus maledixisset mihi, id est, si ipse diabolus per se mala loqueretur aduersum me, quia certus sum, quod me odiret absconderē me ab eo. Nūc uero tu unanimitis dux meus & notus meus, id est, homo meus, exterior homo, utiq; corporalis, qui simul mecum dulces cōmunicas cibos in mēsa mysterij, tu cōtra me agis, tu cū inimicis meis delectaris, in cōsilijs eorū, per te ueniūt ad me, ueniat mors super eos. Et quia natura immortales sūt, descēdāt in infernū uiuētes, quia nequitia in hospitij eorū, in medio eorū, id est, in suggestionibus eorū, id est, in medio suggestionū eorū. Si ergo ad dominū clamaueris, & uis ut dñs Iesus exaudiat te, uespere & mane & meridie ipsi narrabis, ipsi confiteberis, ipsi preces effundes, & sine dubio ita exaudiet uocē tuā, ut liberet a bello eorū animā tuā, ab his qui adproximāt ei. Et inter multos hos, ipse erit tecū qui humiliet eos, qui se nunquā mutāt, qui nunquā timēt deū. Exrēdit manū suā deus, in retribuēdo eis, quia ipsi sunt qui cōtamināt per cōsensum nostrū testamētū eius, & quāuis diuisi sunt ab ira uultus eius, quia impassibilis est, tamē adpropiat cor eius. Nō eū latet, quia mollit sermones suggestionū suarū super oleum, & ipsi sunt iacula. Tu uero
Christiane,

Christiane iacta in deū cogitationē tuā, & ipse te enutriet. Noli dicere, Quid manducabo, qd bibam, quo operiar? Per istas enim cogitationes demones ipsi sunt iacula, quos deducet dominus in puteū interitus, si tu in deo iactaueris cogitatum tuum, & tibi quidem tollet fluctuationē, illos uero viros sanguinum & dolosos, non permittet nec dimidiare dies suos, id est, ad quantū tentationes parant, non permittit eos nec dimidiari in te, si dixeris in toto corde: Ego in te spero domine, qui regnas in sæcula sæculorū Amen.

In finē oro populo, q a sanctis lōge factus est in tituli inscriptioe ipsi Dauid, cū tenerent eū Allophyli in Gethi. LV.

Miserere mei deus, quoniā cōculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Cōculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me. Ab altitudine diei timebo, ego uero in te sperabo. In deo laudabo sermones meos, in deo speraui non timebo qd faciat mihi caro. Tota die uerba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malū. Inhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneū meū obseruabunt. Sicut sustinuerūt animā meam, p nihilo saluos facies illos, in ira populos cōfringes. Deus uitam meā annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Sicut & in pmissione tua, tūc cōuertentur inimici mei retrorsum. In quacuncq; die inuocauero te, ecce cognoui, quoniā deus meus es. In deo laudabo uerbū, in domino laudabo sermones, in deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quoniā eripuisti animā meam de morte, & pedes meos de lapsu ut placeam coram deo in lumine uiuentium.

Si tenerint te Allophyli, & a sanctis cogitationibus longe fecerint, clama Sad Deū, dicēs: Miserere mei domine, quoniā cōculcauit me, homo utiq; exterior. Per te enim agunt cōtra te, per ipsum tota die pugnant aduersum te inimici tui. Sed hi q bellāt aduersum te, timebūt, si dixeris Deo, Ego domine in te sperabo, nō timebo qd faciat mihi caro. Inimici mei uerba mea execratur, dicēs: Ita iste castitatē docet, seminemus ei libidines, hic qui cōtempum mundi p̄dicat, amorē pecunię immittamus ei. Aduersum te ergo sunt isti, consilia eorum in malū. Tanta subtilitate agentes, ut absconditi tibi sint, quod demones sint, putas autem angelos dei ministrare consiliū. Illi autē inimici tui sunt, calcaneū tuū obseruantes, id est, finem tuū expectātes. Sustinet animā tuam p nihilo, ut dum se vilem æstimat, pro parui tēporis delectamento, pereat in æternū. Anima autē dum vulnerat pro nihilo, illi qui eā vulnerant, salui sic esse uidentur, victoria em hostium salus est hostium. Ne
h 3 ergo

ergo eueniat, clama ad deū, nuncia ei vitā tuā, pone lachrymas tuas in cōspe-
ctu eius, & sicut p̄misit, quoniā q̄ sperat in me, liberabo eū. Sicut in p̄missiōe
sua pollicitus est, ita conuertat inimicos tuos retro, vt cognoscas, q̄ tecū est
deus tuus. & incipias in deo laudes canere, & nō timere qd̄ faciat tibi homo,
sive caro, sive ipse, q̄ inimicus homo in euāgelij Christi detegit tritico sup̄e/
uisse zizanias, tūc ergo vota tua reddes dño, q̄ in baptismo positus p̄misisti.
Renūciare te diabolo, & oībus p̄p̄is & criminibus eius. Tūc inquam, cū erit
puerit dñs animā tuā de morte luxurię, & oculos tuos de interitu cōcupiscen-
tię, & pedes tuos a lapsu, tunc placebis in lumine viuentiū, faciente dño Iesu
Christo per quē & cū quo tibi deo patri cū sp̄ritu sancto est vna diuinitas,
indiuisa trinitas, ante omnia & nūc, & in cuncta sēcula sēculorū: Amen.

In finē ne disperdas Dauid in tituli inscriptiōe cū fuge/
ret a facie Saul regis Israel in speluncam. LVI.

Miserere mei deus, miserere mei, quoniā in te confidit anima
mea. Et in umbra alarū tuarū sperabo, donec trāseat iniquitas.
Clamabo ad deū altissimū, deū qui benefecit mihi.
Misit de cōelo & liberauit me, dedit in opprobriū cōculcantes me.
Misit deus misericordiā suā & ueritatē suā, & eripuit animā meā
de medio catulorū leonū dormiui cōturbatus. Filij hominū dentes
eorū arma & sagittę, & lingua eorū gladius acutus. Ex altare super
coelos deus, & sup̄ omnē terrā gloriā tuā. Laqueū parauerūt pedi-
bus meis, & incuruauerūt animā meā. Foderūt ante faciē meam fo-
ueam, & inciderunt in eam. Paratum cor meū deus, paratum cor
meum, cātabo & psalmum dicam dño. Exurge gloria mea, exurge
psalteriū & cythara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis
dñe, & psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniā magnificata est
usq̄ ad cōelos misericordia tua, & ueritas tua usq̄ ad nubes. Exal-
tare sup̄ cōelos deus, & sup̄ omnē terrā gloriā tua.

Cum fugeris a facie principis huius mūdi p̄sequentis te, sicut Saul perse-
quebatur Dauid, Speluncā pete, id est, ita te cōstitue, vt ab inimico tuo
inueniri non possis. Et tu q̄dem inimicū tuū inter manus habeas. Ille uero te
nec uideat. Hoc em̄ eueniet, si ex toto corde dicas deo: Et in umbra alarū tu-
arū spero, donec trāseat iniquitas, & clames ad deū altissimū, ipse mittit de coe-
lo, & liberat te, & dat in opprobriū cōculcātes te. Si qd̄ dicis deo, in te confi-
det anima mea, nō fallas, si uere qd̄ in ipso cōfidas, factis ostendis. Qui enim
in ipso cōfidit, nō confidet in alio, nō in auro, nō in p̄edio, nō in aliqua uir-
tute terrena: Alioquin in alijs cōfidens mentit̄ deo, dicēs: In te cōfidet anima
mea. Si uero in ipso cōfider, eripit animā eius de medio catulorū leonū, ubi
dormiuit.

dormierat cōturbatus. Vbi cūq̄ despatio est recuperatōis, somnus mortis in-
cūbit, nominauit catulos leonū, quorū dentes asseruit arma & sagittas, & lin-
guam gladiū acutū, & in his dormiui, ait, cōturbatus, o somnū, credo hic il-
le somnus est, de quo idē Psalmista dicit: Dormitauit anima mea p̄æ tedio.
Si ergo cōtra paraturas demonū paratū cor habeas, & deo psalmū dicas, la-
queos quos parauerūt animæ tuę ipsi ex eis ligabunt, & foueas quas fode-
runt tibi, ipsi incidūt, si tamen in psalterio & cythara exurgas diluculo, id est,
abñciens opera tenebrarū, induaris arma lucis, tunc inuenies abundan-
tem misericordiā eius a terra usq̄ ad cōelos, & usq̄ ad nubes conscen-
dens. Inuenies ueritatē eius, tunc exaltatū super cōelos inuenies deum, quod
ascendit in cōelo filius dei, & super omnem terram regnat gloria eius cum pa-
tre & sp̄ritu sancto per omnia sēcula sēculorū Amen.

In finem ne disperdas Dauid in titu-
li inscriptione. LVII.

I uere utiq̄ iusticiā loq̄mini, recte iudicate filij hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias ma-
nus uestre concinnant. Alienati sunt peccatores a uulua,
errauerūt ab utero, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudi-
nem serpentis, sicut aspidis surdę, & obturat̄is aures suas. Quę non
exaudiet uocē incantantiū, & uenefici incantantis sapiēter. Deus cō-
teret dentes eorū in ore ipsorū, molas leonū cōfringet dominus. Ad
nihilum deuenient tanq̄ aqua decurrens, intēdit areū suū donec in-
firmen̄t. Sicut cera quę fluit auferent, sup̄cedit ignis, & nō uide-
runt solē. Priusquam intelligerēt sp̄ing uestre rhamnū, sicut uiuen-
tes sic in ira absorbet eos. Letabitur iustus cū uiderit uindictā, ma-
nus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo si utiq̄ est
fructus iusto, utiq̄ est deus iudicans eos in terra.

Idei videntes dñm Iesum Christum ferias uanas respicientem, & diebus
Sabbatorū hominibus subuenientē, ira erat in illis sicut similitudo serpentis,
& sicut aspidis surdę, & obturat̄is aures suas. Aspides ideo ab incantatibus nō
capiunt, quia ponunt vnā aurem in terrā, & alteram aurem de caudæ suę
acumine obturant, vt nō exaudiant uocem incantantis sapiēter. Hoc quod sa-
pienter addidit, nostrū incantatorē ostendit, qui nō cessauit ludæis incanta-
re sapienter. Illi autē clausis auribus, sicut aspides surdę, eū non attenderunt.
His dicit sp̄ritus sanctus, Si uere utiq̄ iusticiā loq̄mini, id est, si uere secun-
dū legē agitis, iuste iudicate filij hominū, dicite culpā, & ita date sententiā. Vt
qd̄ iniusticiā manus uestre cōcinnant, alienamini ab utero matris Sarę, er-
ratis a ventre patris uestri Abrahę, hoc Abrahā nō fecit, si filij Abrahę esse-
tis, utiq̄ opa Abrahę faceretis. Nūc uero alienati estis ab utero, nō estis filij
eius,

eius, errastis a vetre. Vos enim cuius opera vultis facere, huius filij estis, vos ex patre diabolo estis, loquentes falsa. Ille enim ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit. Quare excecauit vos malitia vestra: Cecidit enim super vos ignis malitiae, & videtes non videtis solam iustitiam, sed sicut leones ora vestra in mortis eius fremitu aperitis. Illo autem exurgente a mortuis, deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus, ita ut ad nihilum deveniant, velut aqua decurrens, contra quos intendit arcum dominus donec infirmen. Sicut cera liquefacta auferent. Cera liquefacta ad naturam suam reuertit, & in statu suo iterum reintegrat. Ita vult eos affligi dominus, ut ad statum pristinum reuertant. Priusquam producant spinas vestras Rhamnos. Spinae naturam hanc habent, ut in virgulto magis, quam in arboribus prumpant. Rhamnus autem arbor est spinea nullum omnino afferens pomum. Ergo prius quam spinas vestras in arborum duriciam conuerse, radicibus fundatae permaneat & effortae Rhamnus quasi viuentes absorbeat vos spinosa & obdurata iniquitas vestra. Verum quoniam clamastis, Sanguis huius super nos & super filios nostros. Laetabitur cum viderit vindictam impiorum, cum religauerit illum in crucis patibulum, ita ut tollat & latronem & secum ad paradysum ducat, tunc laetabitur in hanc vindictam impiorum, hunc iustum vindicat dominus orans, & dicens, Pater, remitte illis. Vos autem impij demones tunc videbitis quia est fructus iusto, cum videritis filium dei manus suas lauare in sanguine peccatorum. Cum enim illi diceret, incitatus ab spiritibus inmundis, reus est mortis, expandit in crucem Christus manus suas, & lauare eas coepit in sanguine peccatorum. Fundens ex eis sanguinem & lauas peccata eorum, tunc dixit omnis homo, quia est utique fructus iusto. Domino lesu Christo, & utique deus curam mundi gerens, iudicat eos in terra, iudicio suo adiuuans eos, qui est benedictus in secula seculorum Amen.

In fine ne disperdas David in tituli inscriptione, quando mi

sit Saul & custodiuit domum eius ut interficeret eum, LVIII

Ripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me. Quia ecce coeperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine, siue iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meum & uide, & tu domine deus uirtutum deus Israel. Intende ad uisitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertentur ad uesperam & famem patient ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentem in ore suo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit. Et tu domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus es deus meus, misericordia eius proueniet me. Deus ostendit mihi

super

super inimicos meos ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendant in superbia sua. Et de execratione & de mendacio annuntiabuntur in consummatione, in ira consummationis & non erunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob & finem terrae. Conuertentur ad uesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum, si uero non fuerint saturati & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus & refugium meum in die tribulationis meae. Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea.

Quando domus corporis tui a principe huius mundi custodiri praecipitur, ut capiaris, & interficiaris gladio cuiuscumque peccati ex totis uisceribus exclama: Eripe me de inimicis meis deus meus, quoniam occupauerunt animam meam, irruerunt super me fortes. Ego enim caro sum. Illi uero spiritus sunt. Vnde autem patitur persecutiones daemonum Christianus, nisi quia sine iniquitate uult cursum suum currere, & iter suum dirigere? Et ideo exurge domine in occursum mihi, & uide quia cupio sine iniquitate currere. Isti autem persequuntur me, hi sunt qui operantur iniquitatem, qui conuertuntur ad uesperam, & famem patient ut canes & circueunt ciuitatem. Ecce hi loquuntur in ore suo quasi pacifici, sed gladius sunt in labijs eorum. Sed quantumcumque se sapientes existimant hi spiritus inmundi, tu domine irridebis eos. Pro nihilo enim apud te sunt omnes gentes, siue de uirtute presumptes, siue de astutia confidentes. Fortitudo mea, a te custodiar, quia tu susceptor meus es, ut te susciperet homo. Tu suscepisti hominem, ut misericordia tua proueniret me, & ostenderes mihi super inimicos meos. Ideo enim immortalitatem eis non tolles, ut humano generi subiecti aeternas poenas luant. Videntes omnes angelos adorantes filium hominis sedentem ad dexteram maiestatis, & ipse destruet eos, qui est protector meus, delicta oris eorum sermo labiorum ipsorum. Siue tunc quando Adam seductus est, siue nunc, quando suggestionibus foeda consilia pulchris mentibus subministrant, ut comprehendantur in superbia homines, continententes precepta domini sui, & de execratione & mendacio daemonum, compellantur ad malum, fiat super eos ira indignationis tuae & non erunt. Et scient quia tu deus dominaris in Iacob & in fines terrae. Ibi enim dominatur dominus, ubi fines faciunt terrenae uoluptates, tunc conuertentur ad uesperam inmundi spiritus, ubi uiderint. Quia lux mentibus nostris deficit, & tenebrae crescunt, tunc esuriunt nos quasi canes, & circueunt ciuitatem, mentem uidelicet nostram. Ipsi autem dispergentur ad deuorandum festinantes, usque ad interfectionem animae. Haec est enim saturitas eorum, ut

rum, ut

rum, ut videant interire pugnantē. Sed qui seruus Christi est dicit domino: Ego cantabo virtutes tuas, dicā aduersarijs meis: Non de virtute mea aduersum vos arma corripio, sed de virtutibus dei mei cōfido, exultās mane ī misericordia eius. Mane em̄ exultamus in misericordia eius, cum tenebras a nobis peccatorum abstulerit, & dederit lucē suā in cordibus nostris. Exultamus in misericordia eius, quia factus est susceptor noster & refugium nostrum in die tribulationis. Adiutor meus tibi psallā. Psallit deo, qui spiritu & ore psallit, Psallit deo, qui ea quæ canit mittit in opera, & sine cessatione dicit deo mens eius: Tu es misericordia mea, per quā peruenitur ad vitam, euasis omnibus inimicis, qui nos conatur occidere gladio nostri consensus, de quorum nos cōsilijs & violentijs liberat dominus Iesus Christus, qui regnat cum deo patre & spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum Amen.

In finē pro his qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinā cū succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal; & cōuertit Ioab; & percussit Edō in ualle salinarū duodecim milia LIX.

Eus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis. Commouisti terram & conturbasti eam, sana cōtritiones eius quia cōmota est. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino cōpunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Et liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partabor sichiimam & conuallem tabernaculorū metabor. Meus est Galaad, & meus est Manasses & Effraym fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus, Moab olla spei meæ. In Idumæā extendam calciamentiū meū, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me usq; in ciuitatē munitā, quis deducet me usq; Idumæam. Nonne tu deus qui repulisti nos, & non egredieris deus in uirtutibus nostris. Da nobis auxiliū de tribulatione, quia uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Prostratus hostibus, uictoriā nos docuit dño reputare, quo irato vincimur, quo miserante vincimus. Ipse mouet terram corporis nostri, & cōturbat eā, liue cōminatione futuri iudicij, siue plaga aliqua presentis exitij, pro qua rogamus ut sanet cōtritiones eius. Ostendisti enim populo tuo dura. Durū cor Pharaonis in opere duro. Potasti nos uino cōpunctionis. Vbi cūq; ira dñi, & passio cuiuscunq; plagæ est, aut calix iræ, aut uinū ebrietatis memorat, sicut dicit Hieremias ad Hierusalē. Inebriata es calice iræ & furoris dñi. Tēpore ergo quo potasti nos uino cōpunctionis in Aegypto, dedisti metuentibus te significationē, ut fugerent a facie arcus. Ut qui uastabat primo-

genita,

genita, respiciens significationē sanguinis agni, non contingeret eos. Nunc ergo quia idem es deus qui tunc fuisti, saluū me fac non mea uirtute, sed tua dextera & exaudi me. Deus enim locutus est in sancto suo famulo Mose. Lætabor & diuidā sichiimā, & conuallem tabernaculorū metabor. Ipse dixit, meus ē Galaad, & meus ē Manasse, & Effraym fortitudo capitis mei, ipse dixit. Iuda rex, hæc omnia deus locutus est in sancto suo implēda, id est in domino nostro Iesu Christo. Triplici modo in sancto locutus est. Locutus est in sancto suo, id est in Iacob locutus est de Effraym & Manasse, & de Iuda. Hæc ipsa locutus est, in sancto suo, ut diximus in Mose, sed in his abusiue locutus est, ut in Iesu Christo non abusiue, sed proprie cōplerentur. In ipso enim Iudas regnū obtinuit, & regni eius non erit finis. Iuda ergo rex meus, Moab lebedo eius, & quia Idumæam occupauerunt Moabitæ: Eñciam, inquit, inderis de terra quam inuaserat Moab. Et captiuato aut incenso sicut olla regerantē circumstantiū, in petra refugij in auxilio suo, ubi te circumstant angeli & gubernant quousq; peruenias ad ciuitatem munitam. Cum regnum obtinueris super Idumæam, cum in corpore tuo ubi abundauit iniquitas, superabundat gratia, uide ne de tua uirtute præsumens, ista te implere posse cōfidas. Gloria enim hominis non est certa sed uana, sed clamās ad dominum, Dic cum omnibus sanctis, Da nobis auxiliū de tribulatione, quia uana salus in homine. in te domine faciemus uirtutem, quia tu ad nihilum rediges omnes tribulantes nos, qui regnas in sæcula sæculorum Amen.

In finem in hymnis, psalmus Dauid.

LX.

Exaudi deus deprecationem meā, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula, protegar in uelamento alarū tuarū. Quoniā tu deus meus exaudisti orationē meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuū. Dies super dies regis adijcīs, annos eius usq; in diē generationis & generationis. Permanet in æternum in conspectu dei, misericordiam & ueritatem eius quis requirit? Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam uota mea de die in diem.

Ecclēsiā supra petreæ soliditatē fundatam, & turrem fortitudinis factā in qua redduntur uota deo de die in diē, nullus ignorat. Sed tu o amator uitæ æternæ, si vis exaudiri deprecationē tuam, si vis ut dum anxietum fuerit cor tuum, id est, dum exieris de corpore, si uis ut turris tibi fortitudinis

i 2 domi/

dominus adpareat a facie inimici, si vis ut inhabites in tabernaculo eius in æternū, si vis protegī in velamēto alarū eius, si vis accipere hæreditatē quā consequūtur timētes nomē eius, si vis ut dies super dies regis adijciat annos tuos, ut vitā tibi æternā conferat, & permaneas in æternū in conspectu dei, misericordiā & veritatem iustanter inquire. Et posteaquā eas charas amicas & quasi spem vitæ tuę possederis, sic psalle dño deo in seculo positus. Et quā si cotidie iniciū faciens diligendi eas, redde vota tua de die in diē domino Iesu Christo, qui regnat cū patre & spiritu sancto in secula seculorū Amen.

In finē pro Idythum psalmus Dauid. LXI.

Onne deo subiecta erit anima mea, ab ipso em salutare me/um. Nā & ipse deus meus & salutaris meus, susceptor me/us non mouebor amplius. Quousq; irrūitis in hominē in/terficitis uniuersi uos, tanquā parieti inclinato & macerie depulsæ, Verūtamē precīū meū cogitauerūt repellere, cucurri in siti, ore suo bñdicebāt & corde suo maledicebāt. Verūtamē deo subiecta esto ania mea qm̄ ab ipso patiētia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus, adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meū & gloria mea, deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Sperate in deo oīs cō/gregatio populī, effundite corā illo corda uestra, deus adiutor no/ster in æternū. Verūtamē uani filij hominū, mendaces filij hominū in stateris, ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiscere, diuitiæ si adfluant nolite cor adponere. Semel locutus est deus duo hæc audiui, q̄a potestas dei ē & tibi dñe misericordia, q̄a tu reddes unicuiq; iuxta opera sua.

In omnibus psalmis mysticus exuberat sensus, sed mihi cura propēssior ad moralē explanationē incumbit, in qua agitur, ut id quod canimus, facia mus. Ut in proposito in quo deo subdita ē anima tua, ita fixus & solidus ma neas, ut nō mouearis amplius, ut dum uenerint ad te spiritus immundi, & uoluerint te a seruitio domini separare, ingerētes tibi occasiones malas, cogi tatiōes pessimas, dicas eis, Deus adiutor meus, ego per ipsum nō mouebor amplius. Vos autē quousq; irrūitis in homines. Et sicut paries ruitis super uni uersos nos, qui & meū honorē uultis a me repellere, siue preciositatē meam uilem facere. Et cū sitim habeam sancti propositi, & sitiēter in eo currā, vos ore uestro benedicitis, id est, sub specie boni consilij suasiones adfertis. Sed corde maledicitis, id est, hoc quod bonum dicitis ore uestro, malum mihi & perniciosum probatis. Audiamus sollicitē locūtū istū. Dantur nobis a demo/nijs bona cōsilia plena dolis, emamus & reuendamus, & lucra pauperibus erogemus. Nūquid nō quasi bonū est, sed nō pmittit te hoc opere intrare in/

potentias

potentias dñi. Itē presentes pecunias reponamus, unde scimus quid eueniat. Et hoc bonū uidetur, sed nō facit Christi discipulū. Itē illi uiduæ iuuenulæ, melius nos quā alij præbeamus solaciū. Et hoc bonū ē, sed dolis diaboli ple nū. Hæc & multa his similia cū ore suo tibi benedixerint dæmones, corde suo maledicūt, & ideo dic illis, In deo saluari meo est gloria mea, nō migra bo a proposito meo, quo vos statui cōtemnēdos. Et dic fratribus meis: Spe/ rate in eo omnis cōuentus plebis meæ. Fundite corā illo corda uestra, quia deus adiutor noster est. His autē qui audiūt cōsilia malignorū spirituū, hoc or dine loquere: Vani filij hominū, mendaces in stateris quid vos mutuo con/ sentitis inimicis uestris? Nolite sperare in iniquitatē, quia decipit sperātes in se. Rapinā nolite cōcupiscere, quia cōcupiscētia furādī, interficit amatorē suū. Diuitiē si adfluant, nolite cor adponere, quia radix omnīū malorū est auari tia. Hoc solū quod semel locutus est diligēter ausculta, quia potestas dei est, & dei arbitratu cōsequimur misericordiā. Quia ipse reddet unicuiq; secūdum opera sua. Vbi autē hæc ipsa dñs locutus sit, si forte requires agnosce. In Deu/ teronomio canitur, Quoniā ego deus, ego occidā & uiuere faciā, percussā ego sanabo, & nō est qui eripiat de manu mea. Hæc ergo potestas dei est, & patris & filij & spiritus sancti, qui regnat in secula seculorū Amen.

Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumeæ. LXII.

Eus deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea quā multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia & in aquosa sic in sancto adparui tibi, ut uiderem uirtutem tuā & gloriam tuā. Quoniam melior est misericordia tua super uitas, labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in uita mea, et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur ani/ ma mea, & labijs exultatiouis laudabit os meum. Si memor fui tui super strātū meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et in uelamento alarum tuarū exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi uero in uanū quæsierūt animā meā, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpiū erunt. Rex uero lætabitur, in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

In toto plalterio nusq; inuenies, orabo te domine hora quacūq; alia, nisi matutino, mane, diluculo. Quo dicto nō tēpus significat, sed peccatorū nocte transacta. Et tenebrarū exclusa perfidia cessat dormire, & vigilare stu/ det, & ueluti in diluculo initiū lucis tuę accipiens, incipit sitire dominū nō so/ lū animo, sed & corpore, ut uideat uirtutē eius & gloriā eius. Tunc cogno/ scit, quia melior est misericordia eius super uitā. Et labijs mundis a dolo lau/ dat dominū, rogans ut ita ei proueniat quā diu uiuit, sic ut benedicat dñm

in vi/

in vita sua. Et in similitudine crucis Christi leuet manus suas, vt sicut adipe et pinguedine repleatur anima eius. Pinguis fiat in amore dei, et labia eius exultatione plena non necessitate coacta, sed beneficijs prouocata laudet nomē eius. Hoc ei euenit si memor fuit dei super stratū eius, & vbi alius memoratur luxuriae, ego dei memor in matutinis meditabor in eo, quia ipse est adiutor meus, dicendo super stratū, & addendo adiutoriū. Ostendit per eius auxiliū potuisse se castimoniā obtinuisse. Et sequitur quo ordine auxiliū cōsequatur. Demonia enim animā per iblidinis luxū quērunt capere. Sed iste audi quid dicat. In vanum, inquit, quēserunt animā meā. Et qua ratione non sit captus exponit. In velamento, inquit, alarū tuarū speraui, adhæsit anima meā post te, me suscepit dextera tua. Et sic factū est, vt in vanū quērēt animā meā ipsi magis fugerunt dum me quērunt. Ingressi sunt in inferiora terre, peruenierunt vsq; ad inferiora corporis. Inuenerunt ibi gladiū verbi dei super femur potentissimū, & ibi traditi sunt in manus gladij. Nota ibi amator castitatis, quo ordine castitas custoditur. Ipsi enim qui quērunt animā tuā, ad inferiora terre tuę perueniunt, tu statim si gladiū super femore cinctus fueris, hoc eos gladio manu tua partibus mittis. Sane notandū quod partes ipsę factę de eis non auitū aut canū, sed vulpiū, quia & canes & aues solent perdere partes suas. Vulpes tā astute agunt, ut nō solū suas nō perdant, sed & ex aliena & fortioris se presumant. Deniq; Physiologus refert, semper vulpē in insidijs esse lupo, vt ibi eius senserit prędam occultā, rapiat ei. Ita & tu castitatis amator, non solū tuā castitatē serues, sed eos quos prędatus est arte, quia potes quasi astutus eripias, vt astutia tua, quasi vulpes, partes demōnū rapiat, castitas cōmedat, & ipsa consumat in his factis. Rex tuus Christus filius dei letabitur in patre & spiritu sancto, & laudabitur omnis qui iurat in eo, nō iuramento ad satisfactiōem hominis, sed iura quę in eo sunt cōseruando. Quo facto, obstruitur os loquentiū iniqua. Non audebunt demones loqui iam tuo cordi superflua, faciēte auxilio domini nostri Iesu Christi, qui regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum Amen.

In finem psalmus Dauid.

LXIII.

Exaudi deus orationē meā cum deprecor, a timore inimici eripe animā meā. Protexisti me a cōuentu malignantiū, a multitudine operantiū iniquitatē. Quia exacuerūt ut gladiū linguas suas, intēderūt arcū rem amarā, ut sagittent in occultis immaculatū. Subito sagittabunt eū & nō timebūt, firmauerunt sibi sermonē nequā. Narrauerūt ut absconderent laqueos, dixerunt quis uidebit eos. Scrutati sunt iniquitates, defecerūt scrutātes scrutiniō. Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur deus. Sagittę paruulorū factę sunt plage eorū, & infirmatę sunt cōtra eos linguę eorum.

rum.

rū. Cōturbati sunt omnes qui uidebant eos, & timuit omnis homo. Et annunciauerūt opera dei, & facta eius intellexerūt. Letabitur iustus in dño & sperabit in eo & laudabuntur omnes recti corde.

Exaudi deus orationē meā cū tribulor siue cū deprecor. Quā orationē a timore ait inimici eripe animā meā, quia protexisti me a cōuentu malignantiū, & a multitudine operantiū iniquitatē. Tu domine a timore inimici libera animā meā, ipsa enim suscepit in se spiritū sanctū. Isti autē sagittis in amaro arcu paratis, in occulto cōsistunt agētes, vt sagittent in occulto immaculatū. Tamē si nō cōsenserit homo, etiā si sagittauerint eū non timebit, non abscedit, stat viriliter, vt recuperet sanitatē vulneratis. Vt illi autē adfirmantes sibi verbū iniustū, in quo disputant vt abscondat laqueos. Et audi quid dicant: Inuisibiles eis sumus, nō videbūt nos. Et ideo scrutantē corda hominū iniquis ambagibus, sed per gratiā dei deficiūt scrutātes scrutiniō. Vidētes se defecisse, & hominē accedere ad superiorē gradū iustitię, faciūt ei cor altū, vt per elationē cordis eius exaltet se deus ab eo. Quantacūq; igitur in te, o psalmita, virtus contēnendi cōcreuit, tanto altitudo cordi suo decreuat. Inliste, quia omnis qui se exaltat humiliabitur. Tunc sagittę paruulorū fiunt plage eorū, dabit potestas etiā paruīs desiderijs tuis, qui in Christo sunt. Paruulis, inquā, mox natis ex te desiderijs spiritalibus dabit virtus, vt sagittis suis plagas demōnibus faciāt, & pro nihilo cōputātes eos, cōtra ipsos faciāt linguas eorū, id est, ea quę suggesserint cōtra eos reuerti faciat. Quia sicut si cōsenserimus, ipsos vulneramus. In hac regula omnis homo qui nos cognouerit agere timebit deū, & adnūciat opera eius, et facta eius intelliget. Iustus autē q est, nō tristabit in aduersis, sed letabit in dño, & sperauit in eo, & erit laus omibus rectis corde i Christo dño nostro, q regnat in secula seculorū Amen.

In finē psalmus Dauid canticum Aggai Hieremia & Ezechielis de uerbo peregrinationis, & de populo transmirationis cum inciperent proficisci.

LXIII.

Edcet hymnus deus in Sion, & tibi reddet uotū in Hierusalē. Exaudi orationē meā, ad te omnis caro ueniat. Verba iniquorū preualuerūt super nos, & impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quē elegisti & adsumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuę, sanctū est templū tuū mirabile in aquitate. Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finitū terre & in mari lōge. Preparās mōtes in uirtute tua ad cinctus potētia, q cōturbas profundū maris sonū fluctuū eius. Turbabunt gentes & timebūt q inhabitāt terminosa signis tuis exitus matutini et delectabis. Visitasti terrā et iebriasti eā, multiplicasti locupletare

i 4 cam.

eam. Flumen dei repletus est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius. Riuos eius inebrians multiplicata genimina eius, in stillicidijs eius letabitur germinans. Benedices coronam anni benignitatis tue, & campi tui replebunt ubertate. Pinguescet speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium, & ualles abundabunt frumento, clamabunt etenim hymnum dicent.

IN Hebræo non habet nec Hieremiam, nec Aggaeum, nisi solum David. Sed Hesperus habens charitatem eorum, uoluit eos memorare, asserens istum psalmum David cecinisse eos in prophetationis sue initio, hoc est, extra terra aliena est, & non potest cantare hymnos in terra aliena. Sit ergo Sion anima nostra ut deceat hymnum in ea dici. Decebat autem Sion esse, si reddiderit uotum Hierusalem, si quod uotum fecit deo se renunciaturum diabolo, & populo eius impleuerit, tunc exaudit deus orationem eius cum omnis caro ad eum uenerit. Non est enim nec tribus nec gens, ex qua non genua flectetur domino Iesu Christo. Predicationibus enim Apostolis, in omnem terram exiit sonus eorum. Et licet uerba iniquorum phariseorum, scilicet preualuerint super eos & impie eos adflixerint, Sed impietatis, inquit, quas patimur tu propiciaberis, Beatus est enim dominus Iesus Christus, quem elegisti & adsumpsisti, hic habitauit in tabernaculis tuis quando replesti in bonis domus tuæ, in qua sanctum templum tuum regnat non manufactum, sed uerbo genitum, & uirginali utero procreatum, cui dicimus, Exaudi nos deus salutaris noster, spem enim omni generi humano tu tribuisti, etiam his qui longe sunt & his qui prope. Quando parasti montes in uirtute tua, quibus dixisti, Predicate euangelium omni creature. Signa autem credentibus hæc ostenditis, infirmos curabitis, cecos illuminabitis, mortuos suscitabitis. Ab his signis turbate sunt gentes, & timent deum omnes qui habitant fines terræ, ab his enim signis timor dei super faciem terræ sumpsit exordium. Et in exitu matutini & uesperti delectabitur deus, id est, in oriente, & in occidente in ædificationibus ecclesiarum delectaberis, ex quo uisitasti terram aduentu tuo, & inebriasti eam sanguine tuo, quando flumen Iordanis repletus est aquis, uocibus scilicet prophetarum. Tunc parasti cibum non qui periret, quia ita est preparatio tua. Riuos eius inebriasti, ita ut cum esset hora diei tertia, illi ebrii putarentur. Tempore quo multiplicasti generationes eius. Cuius eius, id est, Iordanis, quod est baptisma. Ibi erant quando riuos eius inebriasti Parthi & Medi, & Elamites, Cretes, Syri, Arabes, Romani, Cyrensi. Et pene omnes gentes, ex quibus multiplicasti generationes eius, quando quasi stillicidijs celestibus cepit exoriri. Tunc inchoauit corona anni diem sanctum pasche, & campi repleti sunt ubertate, omnia fertilitate congaudent, festiuitate epulantur, ita ut fines deserti pinguescant, & exultatione colles adcingentur. Induuntur enim arietes mansuetudine ouium, non uentilabunt cornibus, & conualles abundabunt frumento corporis Christi. Quod quando accipiet, clamabunt

bunt arietes & oues simul hymnum dicentes Christo filio dei, qui regnat cum patre & spiritu sancto in unitate deitatis, & in trinitate unitatis in secula seculorum Amen. In fine canonicum psalmi Resurrectionis. LXV.

Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine, in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te deus & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Venite & uideate opera dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in uirtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt, qui exasperant non exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite uocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad uitam, & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis. Venite & audite & narabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animam meam. Ad ipsum ore meo clamaui & exultaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudit dominus. Propterea exaudiuit deus & attendit uoci deprecationis meæ. Benedictus deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

Iudeorum terra sola iubilabat deo, sed quia nunc oculi eius, id est, dei super gentes per Christum attendunt, non iam sola Iudæa iubilat deo, sed omnis terra deo psalmum dicit nomini eius, & dat gloriam laudi eius, & dicit deo. Quia terribilia sunt opera tua in multitudine uirtutis tuæ, quibus te uerum deum dei filium declarasti, quando mentiti sunt inimici tui dicentes: Non est a deo, te demonia fugante, mortuos suscitante, leprosos mundante, paralyticos curante, mortuos suscitante, mare pedibus ambulante, uentis imperante. In hac multitudine uirtutis tuæ mentiebantur tibi inimici tui, dicentes: Scimus quia a deo es, & non accipis personas hominum. Plus autem in multitudine uirtutis tuæ tunc mentiti sunt, quando dixerunt te furatum a discipulis, cum iam resurrexisses, & omnis terra, in cuius corde fueras, adorat te. Illi dicebant militibus,

mentimini, dicite eum furatū vobis dormientibus. Psalmus hic resurrectio/ nem in titulo p̄notat, nolite m̄tiri, si dormistis, nō vidistis q̄ rapuit corpus. Aut em̄ vidistis rapientes & nō dormistis, aut dormistis & nō vidistis. Quid mentimini? Magis venite & videte opera domini, ipse est enim iste q̄ conuer tit mare in aridā, vt transirent patres vestri per siccū per mediū mare. Ipse est qui diuisit fluuiū vt transirent eum pedibus patres vestri. Magis lætamini in vnū omnes, quia ipse est qui dominaī in virtute sua in æternum. Et q̄a ocu li eius sup̄ gentes respiciunt. Vos Iudei gaudete, quod p̄missum patris vestri complet. Deus em̄ dixit Abrahæ, In semine tuo hæreditabo omnes gentes. Quid eis inuidetis, & more solito dñm ad iracundiam prouocatis. Ita vt di cat vobis, Quia auferet a vobis regnū dei, & dabit gentibus facientibus vo luntatem eius. Benedicite ergo gentes Deum nostrū, & obedite voci laudis eius. Hoc ecclesia in omnibus sequit̄ cum apostolis & martyribus. Posuit, in quit, animā meā ad vitā, & nō dedit cōmoueri pedes meos, quādo probasti nos deus, & examinasti igne passionum, sicut examinatur argentum. Indu xisti in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, & homines super ca pita nostra. Tamen trāsuiimus per ignem martyrii, & aquam baptismatis, & induxisti nos in refrigerium. Nā & in baptismo spiritu sancto & igne cen suti sumus, quando intrauimus domum tuam in holocaustis, & reddidimus vota, quæ locutū est os nostrum in tribulatione nostra. Holocausta medulla ta offerā tibi. Holocausta sine medulla offeret deo, qui corde inanis, corpore videt̄ orare & p̄tallere. Ego autē, inquit, medullata tibi offerā. Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallā & mente, offeram incensum arietū, viriliter repugnans zelo ouium tuarum, aduersus omnem hereticum, offer am tibi boues cum p̄dico, hyrcos cum imperiū libidinis subiugo, uel iu gulo. Venite & audite quanta deus fecit animæ meæ, vt animā meam eriper et animam suam posuit, vt me a morte eriperet, mortem accepit. Si nō cre do te verum deum, & iniquitatem negantis vides esse in corde meo, nō me exaudias deus. Verum quia credo te esse, ideo exaudisti me. Benedico te qui non amouisti precem meā, nec misericordiā tuam a me, qui regnas cum pa tre & spiritu sancto per omnia sæcula sæculorū Amen.

In finem in hymnis psalmus cāticī Dauid LXVI.

Eus misereat̄ nostri & benedicat nobis, illuminet uultū suū
d sup̄ nos, & misereat̄ nostri. Vt cognoscamus in terra uiā tuā, & in oibus gentibus salutare tuū. Cōfiteant̄ tibi popu li deus, cōfiteantur tibi populi omnes. Latent̄ & exultent gentes, quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Cō fiteantur tibi populi deus, cōfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suū. Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes siues terræ.

In hym/

In hymnis psalmus cāticī est, qd̄ canebāt angeli Gloria in excelsis, quādo illuminando uultū suū sup̄ nos venit, & benedixit nos, vt cognoscere mus in terra viam dei, & in omnibus gentibus salutare eius. Confiteant̄ hoc populi, q̄a venisti vt lætent̄ gentes, quia incipiūt tuo iudicio agi in æquitate, & ia terra corporis sui, a pueritate recto tenore auferri & dirigi. Confiteant̄ & hoc populi omnes, quia Maria ex terreno corpore, sed cœlesti semine de dit fructum suū, vt benedicat ipse fructus in trinitate. Benedicat nos deus de us noster, benedicat nos deus. Ter deus dictus, vnus in trinitate nominatus, quem metuunt omnes fines terræ per omnia sæcula sæculorum Amen.

In finē psalmus cāticī Dauid. LXVII.

Xurgat deus & dissipent̄ inimici eius, & fugiant qui ode/ e rūt eū a facie eius. Sicut defecit fumus deficiant, sicut fluit cera a face ignis, sic pereāt peccatores a facie dei. Et iusti epulent̄ et exultent in cōspectu dei, & delectentur in læticia. Cātate deo, psal/ mum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascēdit super occasum, do/ minus nomē illi. Exultate in conspectu eius, turbabunt̄ a facie eius patris orphanorū & iudicis uiduorū. Deus in loco sancto suo, deus q̄ inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit uinctos in for titudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredieris in cōspectu populi tui, cum p̄transieris in de serto. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt a facie Sinai, a fa cie dei Israel. Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati tuæ & infirmata est, tu uero perfecisti eam. Animalia tua habitabūt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum euāgelizantibus & tute multa. Rex uirtutū dilecti, dilecti & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios eleros pennæ co lūbæ de argentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dū dis/ cernit cœlestis reges sup̄ eam niue dealbabunt̄ in Selmon mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis, ut qd̄ suspicamini montes coagulatos. Mons in quo beneplacitum est domino habi tare in eo, etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex milia lætantū, dominus in eis in Synai in sancto.

Ascendisti in altum, coepisti captiuitatē, accepisti dona in homini bus. Etenim nō credentes inhabitare dominū deum. Benedictus dominus die cotidie, p̄sperum iter faciet nobis deus salutarium no/ strorū. Deus noster deus saluos faciēdi, & domini, dei exitus mor/ tis. Ve/

tis. Veruntamen deus cōfringet capita inimicorū suorū, uerticem capilli perambulantū in delictis suis. Dixit dominus ex Basan cōuertam, cōuertam in profundum maris. Ut intingatur pestuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus ingressus dei mei regis mei, q̄ est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuencularum tympanistriarum. In ecclesijs benedicite deo domino de fontibus Israel. Ibi Benjamin adulescentulus in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon & principes Neptalym.

Manda deus uirtuti tuæ, cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalē tibi offerent reges munera. Increpa feras harundinis congregatio taurorum in uaccis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt, uenient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino. Psallite deo q̄ ascendit super cœlum cœli ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocē uirtutis, date gloriā deo super Israel, magnificētia eius & uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem & fortitudinē plebis suæ benedictus deus.

Item psalmus cantici in quo exurgit a mortuis, ut dissipent inimici eius, et fugiant q̄ crucifixerunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus contra altitudinem eundo, sic deficient, & sicut fluit cera ignem q̄dem sentiens, sed ad naturam suam rediens, sic percant peccatores sine conspectu dei. Isti uero, id est, Apostoli exurgente domino epulent & delectent in lætitia, & quousq; ascendant sup occasum, iter faciant illi, & gaudeāt in cōspectu eius. Super occasum ascendit, q̄a iuxta occasum suum cœpit mūdus esse quando in cœlos ascēdit. Vnde & apostolus Ioannes dicit: Pueri nouissima hora est. Turbati sunt a facie eius Iudæi, quādo ostendit se patrem orphanorū & iudicem uiduarum. Deus in loco sancto suo. Vbi cūq; sanctitas est, locus dei est, & ibi est deus, & ipse facit vnanimis in domo, in ecclesia utiq; sua vnā fidē integrā exercere, ipse educet uinctos a diabolo in fortitudine sua. Et ipsos qui ad iram prouocant, id est, q̄ magicis artibus seruiunt, hi sunt qui habitāt in sepulchris. Deus egredere coram populo tuo, dum transferis ad desertum terram mutasti, quando cœli stellam protulerūt, a facie dei Israel. Tunc pluiam uoluntariā segregasti deus hæreditati tuæ, quādo angeli cecinerūt pacem hoibus bonæ uoluntatis. Hæreditas eius in apostolis sumpsit exordium, in quibus infirmata est ipsa hæreditas, sed ipse dominus perfecit eā resurgēdo a mortuis, ostendēdo fissuras clauorum in manibus, vulneris signū in latere, & ita eam perfecit,

fecit, ut nō solum spirituales, sed & animales habitent in ea, quia parauit in ea dulcedinē suam deus, quando dedit uerbum mulieribus dominus, ut euan-gelizarent uirtutē multam. Dominus ergo eis dedit uerbum dicens, Ite dicitē fratribus meis, ut eant in Galileā, ibi me uidebūt. Quis hoc dixit? Rex uirtutum dilecti, id est interior Christi & species domus, utiq; corporis speciosi forma præ filijs hominū, in qua diuidit spolia, & captiuauit synagogam, & thesauros eius diuisit in ecclesia, alij dedit prophetiam, alij uerbum, alij uirtutē sanitarum, ceteriq; ultra synagoga nō habet, nec pphetam, nec uinctionem, nec sacrificiū. Hæc captiuae synagogæ sublata uelut spolia sunt, diuisa cū dormirent inter medios cleros scribæ & pharisei. Inter medios inquam cleros, id est, inter libros sanctos. Cleros enim libros hoc loco dictos, & Iudæi dicūt & nostri plurimi tractatores. Ergo si inter libros diuinos positi dormiatis, id est, negligatis, & tenentes clauis regni, nec vos intretis, nec alios ingredi permittatis. Qui vos pennæ columbæ deargentatæ, id est, o vos pennæ columbæ deargentatæ, id est, simulantes simplicitatem columbæ, ueluti pennæ eius uos ostenditis. Porro autem deargentatæ pennæ estis, non uerum argentum, & speciem auri, non aurum uerum ostenditis. Ergo si uos dormitis, ego dabo uigilantes cœlestes reges, id est, apostolos super terram, ut in omnem terram exeat sonus eorum. Ita ut hi quos nigredo peccatorum obtinuit, ad prædicationem eorum nix dealbenē in Selmon. Selmon locus est in quo purificabant profelyti, uel hi q̄ fatebantur grauioribus se pollutionibus inquinatos. κατὰ τὸν φερασμὸν locū Selmon uoluit dici omnē locum in quo hi q̄ nigrificauerunt peccatorum sordibus dealbenē. Ergo cum discernit dñs sup terram Apostolos suos, quocūq; audierunt eos & crediderūt, si sup fenicum fuerūt nigri, tanq; lana cādida facti, quasi nix dealbati sunt in Selmon, in loco purificationis, ubi omnia peccata lauant. ubi mons dei, est mons pinguis, nullus alius nisi Christus Iesus, ipse pinguis, sudans oleo læticiæ, oleo chrisimatis, mons coagulatus est. Hic ipse mons pinguis in uinitate deitatis trinitatem coagulatam gerens. Videte ne suscipiatis in deitate aliū aliunde. Nā qui hæc faciūt, arguunt, & dicitur eis: Ut qd sic suspicitis mōtes uberes, id est, ut qd pluralē facitis deitatē. Coagulatū montem in uinitate tenete, & patrem ac spūm sanctum in vno domino nostro Iesu Christo suspicite. Ipse est enim mons in quo placuit deo habitare in eo, & in ipso dominus habitauit in sæcula sæculorū. Huius currus decem milibus. Multiplex currus eius in passione agitatus est, ubi sibi ipse plus sufficit, quam decem milia legiones angelorū, & milia letantiū, quæ fuerunt cū Moyse in Sina in sancto. Tunc ascendit in altū, id est, in crucem, cœpit captiuitatē, ipsam captiuitatē ligni primi, ipsam cœpit, & de peccato damnauit peccatū. De ligno inquam, crucis lignum cōcupiscentiæ cœpit, & dona erogauit hoibus. Passus est etiam his, q̄ non credebant, etiā his dona dedit in cruce positus, & nō parua dona. Audi quam magna. Preces pro his fundebat, dicens, Pater remitte illis, q̄ ignorant. Dedit ergo dona hoibus, id est, credentibus, & non solū credentibus, sed etiam

his q̄

h. inuitam
f. hoies
m. inuitam
riente. di
m. inuitam
hell. ad quā
adorādam.
hoies in
m. f.

his qui nō credunt inhabitare dominum, qui non credunt q̄a deus erat in Christo mundū concilians sibi. Benedictus dominus pater, benedictus deus filius. Benedictus dominus spūs sanctus, q̄a prosperum iter crucis suæ fecit nobis deus saluator noster, q̄ ideo cruciari voluit, vt nos saluos faceret. Ideo mortis exitum suscepit, vt cōquassaret capita inimicorum suorum, & liberaret peccatores de manibus dæmonū, qui a vertice capilli perambulabant in delictis suis. Dixit dñs ex Basan conuertam. Basan rex fuit, qui pro peccato captiuabat Israel. Ergo q̄ pro peccatis suis a Basan capti sunt, per crucem meam ex Basan cōuertam. Verum q̄a in abyssis & in p̄fundo est locus diaboli, etiam inde cōuertam dicit interior diuinitas p̄fecta, p̄fecto homini suo Iesu Christo: Cōuertam, inqt, etiam de p̄fundo maris, donec intingatur pes tuus in sanguine passiōis. Ibi lingua canum tuorum. Canum utiq; latrantū: Crucifige Crucifige. Ergo hæc lingua canum ex inimicis ab ipso diabolo excitata est. Post passionem autem visi sunt ingressus tui deus, probatū est, q̄a ingressus est in homine deus, & est in sancto. De quo p̄uenerunt principes p̄phete coniuncti psallentibus in medio iuencularum, quæ exierant in occursum Dauid cantātes: Vicit Dauid in decē milibus. Deiecto Goliath, ibi Christus in Dauid erat victor in medio iuencularū tympanistiarū. Verum q̄a ibi fuit imago, hic veritas comprobāt. Nolite hæc in synagogis canere, sed in ecclesijs sanctorum, ibi Benedicite dominū, nō aliunde uenientem, nō aduenam, nō nouū, sed ipsum qui semp est dñm de fontibus Israel. Ibi Benjamin adulescentior in pauore. Vbi: Ibi in ecclesijs sine dubio. Ibi Benjamin ille, qui dicit: Ego Israelita sum ex tribu Benjamin. Quare adulescentior? Quia nouissimus natus est patri suo. Inter illos vndecim cœpit esse duodecimus, sed in cōuiuio duplices partes accepit, ita vt amplius illis omnibus laborās, obtineret hūc ipsum laborē non sibi, sed gratiæ dei patris sui imputās. Ibi ergo Benjamin adulescentior, in pauore, idest, in excessu mentis. Ruit em̄ sub iro, & expauit, ruit in terra, & surrexit in celo, ruit p̄secutor, & surrexit Apostolus, ruit Saulus, & surrexit Paulus. Vbi tamen vbi Benjamin: vbi si interrogas, ibi, inquit, vbi principes Iuda, vbi principes Zabulon, vbi principes Neptalim, vbi mandauit deus virtutem suā, vbi cōfirmavit quod operatus est in nobis, vbi est templum in triduo suscitatum, quod est in Hierusalem, vbi offerūt reges munera, vbi increpantur feræ siluæ. Hæretici sunt, qui quasi feræ in silua legis latebram fouent, vt ex occulto ledant cōcilium taurorū inter vaccas populoꝝ. Ledere enim student sacerdotum concilia, qui hoc loco tauri nominantur, apti altario inter vaccas, idest, inter plebes surdas & ignaras agentes. Quare autem increpari a deo postulant? Vt insipientia corū nota fiat omnibus, ne forte cum hi non increpant, excludant eos qui non sunt de argentati, sed probati sunt argento. Dissipa eos domine, quia bella uolūt. Veniāt legati ex Aegypto Pharaone demerso, mitte duces tuos ad Aegyptū, fungantur legatione ex Aegypto, ipsam etiam interiorem partem Aegypti, Aethiopiam p̄ueniat manus tua, vt regna terræ canāt tibi, qui ascendisti in

celos

celos celorum ad orientem, quando dedisti vocem tuam vocem virtutis, vt in tuo nomine Apostoli sup omnes infirmantes, & super dæmones, & super ipsam mortem virtutē imperandi suscipent, vt facientes hæc signa dicerent gentibus. Date honorē deo sup israel magnum nomen eius, & per eum qui videt Deum in Christo, cuius virtus in nubibus, in Apostolis scilicet, quos mittens ad gentes, monuit ne pluerent in iudeam, vt cōpleret quod diceret, Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam pluuiam. Non em̄ iam in incredulis mirabilis vult esse, sicut semper fuit in incredulis mirabilis, sed nunc in sanctis, quibus credentibus dat virtutem, & per ipsos dat fortitudinem plebi suæ benedictus deus in secula seculorum Amen.

In finē pro his q̄ cōmutabunt, psalmus ipsi Dauid LXVIII.

Aluum me fac deus, quoniā intrauerūt aquæ usq; ad animā meam. Infixus sum in limo p̄fundi, & non est substantia.

Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laboravi clamans rauicæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste, quæ nō rapui tunc exoluebam. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te nō sunt abscondita. Nō erubescant in me qui expectāt te domine, domine uirtutum. Nō cōsumantur super me, qui quærūt te deus Israel. Quoniā propter te sustinui opprobriū, operuit cōfusio faciem meā. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animā meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui uestimentū meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur qui sedebāt in porta, & in me psallebāt qui bibebant uinum. Ego uero orationem meam ad te domine, tēpus beneplaciti deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me in ueritate salutis tuæ. Eripe me de luto ut nō infigar, libera me ab his qui oderunt me, & de p̄fundis aquarum. Non me demergat tēpestas aquæ, neq; absorbeat me p̄fundum, neq; urgeat super me puteus os suū. Exaudi me domine quoniā benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationū tuarum respice me. Et ne auertas faciem tuā a puero tuo, quoniā tribulor uelociter exaudi me. Intende animę meę & libera eā propter inimicos meos eripe

eripe me. Tu scis improperium meam, & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul cōtristaretur & non fuit, qui consolaretur & nō inueni. Et deriderunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuā, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt me, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Adpone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuā. Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis nō scribantur. Ego sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cārico, & magnificabo eum in laude. Et placebit deo super uittulum nouellum, cornua producentem & ungulas. Videant pauperes & lætarentur, quærite deum & uiuet anima uestra. Quoniam exaudivit pauperes dominus, & uinctos suos non despexit. Laudent illum cœli & terra, mare & omnia reptilia in eis. Quoniam deus saluabit faciem Syon, & ædificabunt ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hereditate acquirunt eam. Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

In domino nostro Iesu Christo duas substantias Dei & hominis cōfitemur, & virtutes Deo tradimus, infirmitates homini adplicantes, cuius vocē in isto psalmo ab initio usque ad finem prophetatam aduertimus. Consuetudo habet humana sermonem, ut grauem calumniā patientem, graui dicamus tempestati accumbere, hoc ordine aquas usque ad animā suam peruenisse significat. Dicendo autem in limbo profundi se infixum, fabricā primi hominis sonat, in qua fixum cruci tempestas seditiosi populi meruit eum in mortem. Rogat nunc pro discipulis, ut non erubescant in eo, qui expectant resurrectionem eius, neque cōfundantur qui requirunt te in me deus Israel. Quoniam propter te, inquit, portauit improperiū, dum facio voluntatē tuam, illos offendit, operuit reuerentia faciem meā palmis attractatam, exterius factus sum fratribus meis, omnes me derelicto fugerunt. Hoc ideo passus sum, quia zelatus sum domum tuam, quia cecidi de templo tuo negociationes, operui ieiunio animam meam, quadraginta diebus totidemque noctibus nihil accipiens, induutus sum sacco, forma serui. Indutus sum rex cœlorum, & factus sum illis in parabolam

rabolam, hinc inde uerborum insultationibus subiacens. Aduersum me exercebantur sacerdotes, ipsi in portis eligunt sedere, sicut Hieremias dicit, oderunt arguentem. In portis ergo hi accipiunt pontificium iudicandi & corripiendi, quasi qui clauis ciuitatis teneant in portis sedere memorantur, & in me psalabant ebrii. Ego uero orationē fundens agebā, ut eriperes me de luto morbo, ne ibi adhærerē, ut non urgeret super me puteus os suū. Puteus pro diabolus hoc loco positus est. Puteus a potando dicitur, ipse potauit primos homines, & per populū oris sui aperuit super eos os in morte. Vnde sancti in passi one euadentes dicunt, Nisi dominus fuisset in nobis, forsitan uiuos deglutissent nos, qui ministri utique eiusdem inimici, Sustinui, inquit, qui simul cōtristaretur & non fuit. Non enim poterat simul pati diuinitas, sicut sol si in ligno sit, quando conciditur simul concidi non potest. Ita diuinitas simul fuit passioni, & simul non patiebatur tristitiā. Quæsiui consolantē & non inueni, tot milia saturati, tot milia saluati infiniti edocti, & nec vnus inuentus est mihi cōsolator tēpore quo dederūt in esca mea fel, et in siti mea potauerūt me aceto. Propter hoc facta est mēsa eorum coram ipsis in laqueū. Mēsam hic syriacè canit, ad quā, quasi refecturi spiritualiter euntes, laqueū æternæ mortis incurunt. Obscuratos habentes oculos ne videant lumen ecclesiæ, dorsum suū parietibus uanis incuruant. Et idō adponit iniquitas super iniquitatem ipsorum, quia & ipsi geminant iniquitates suas. Occiderunt Christū, sanctos persecuti sunt, ecclesiā negant, voces prophetarum euacuant. Et ideo delentur de libro uiuentium. & cum iustis non scribuntur. Non habent enim partē cum Abrahamā, neque cum omnibus sanctis ueteris testamenti, quia contempserunt pauperē in adspectu, illū de quo omnes patres eorum cōcionati sunt, Pauper, inquit, ego & dolens. Pauper ut nos diuites faceret, dolens ut nos a doloribus æternis eriperet. Factus est hostia deo pro nobis, pacificans in sanguine suo, siue qui in terris sunt, siue qui in cœlis. Et placuit in sacrificio crucis, quatuor uel vitulus nouellus cornua producens duorum testamentorum, & ungulas quatuor euangeliorum, quod uidentes pauperes lætantur. Pauperes Apostoli, nō habentes duas tunicas, non perā, non pecuniā in zonis suis. Vnde & Petrus mendicanti infirmo, Argentū & aurū non habeo sed quod habeo, hoc do tibi. In nomine Iesu surge & ambula. In his operibus magnificatus est dominus Iesus Christus in laude, quod uidentes pauperes gratulantur, quia sic exaudit pauperes dominus, & uinctos suos non spernit. Laudate eū cœli, quia ascendit, & terra quia resurrexit, & mare quia pedibus illud ambulauit, & Syon quia ædificabit eam non habentem maculam, neque rugā, & ciuitates Iudæ animæ Apostolorum, quæ inhabitantur a Christo, & hereditatē primā acquisiuit eas. Semen etiā seruorum Christi possidebunt, eas qui non possident terrenas uanitates. Apostolorum utique doctrinas possident, & qui diligunt nomen domini inhabitabunt in ea, id est, in fide, in doctrina, in ecclesia. In qua regnat dominus noster Iesus Christus cum patre & spiritu sancto, nunc in cuncta sæcula sæculorum Amen.

Forte
* Poculū
de uote

k In finem

In finem psalmus David in rememoratione quod sal-
uum fecit eum dominus. LXIX.

Eus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum
d me festina. Confundantur & reuereantur, qui quaerunt
animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant, qui
uolunt mihi mala. Auertantur statim erubescences, qui dicunt mi-
hi euge euge. Exultent & laetentur in te omnes qui quaerunt te, &
dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum,
Ego uero egenus & pauper sum, deus adiuua me. Adiutor meus
& liberator meus es tu, domine ne moreris.

In rememoratione inquit David, eo quod saluum me fecit dominus ibi dixit saluum
me fac domine, hic gratias agit saluatus. Quid tamen orauit, ad adiuuan-
dum me festina, festinanter suscita me a mortuis, ut erubescant statim eru-
bescentes, qui dicunt mihi, euge euge. Exultent hi qui sperant in te, & qui
quaerunt te, & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tu-
um. Liqueat Apostolos, & quaesisse & dixisse, Ego uero, ait, mendicus & pau-
per sum. Exinanit enim me ipsum, factus obediens usque ad mortem. Deus ad-
iuua me, non enim fragilitas humana resurgit, nisi potentia fuerit diuina re-
leuata. Adiutor ergo & liberator meus esto domine, ne tardaueris, deus qui
regnas in saecula saeculorum Amen.

Psalmus David filiorum Ionadab & priorum captiuorum. LXX.

Nte domine speraui non confundar in eternum, in iustitia tua
libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & salua me.
Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum
me facias. Quonia firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus
meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis,
& iniqui. Quonia tu es patientia mea domine, domine spes mea a iu-
uentute mea, In te confirmatus sum ex utero de ventre matris mee,
tu es protector meus. In te catio mea semper, tanquam prodigium fa-
ctus sum multis, & tu adiutor fortis. Repleat os meum laude, ut can-
tem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempo-
re senectutis, cum defecerit uirtus mea ne derelinquas me. Quia dixe-
runt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fece-
runt in unum. Dicentes deus dereliquit eum persequimini & comprehen-
dite eum, quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me, deus meus
in auxilium meum respice. Confundantur & deficiant detrahentes animam
meam,

mea, operiantur confusione & pudore, qui quaerunt mala mihi. Ego autem
semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annuncia-
bit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. Quonia non cognoui literatu-
ram introibo in potentias domini, domine memorabor iustitiae tuae solius. De-
us docuisti me a iuuentute mea, & usque nunc pronuntiabo mirabi-
lia tua. Et usque in senectam & senium, deus ne derelinquas me. Donec
annunciet brachium tuum, generationi omni quae uentura est. Poten-
tia tua & iustitiam tuam deus usque in altissima quae fecisti magnalia, de-
us quis similis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas &
malas, & conuersus uiuificasti me, & de abyssis terrae iterum reduxisti
me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.
Nunc & ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam deus, psallam tibi
in cythara sanctus Israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi,
& anima mea quam redemisti. Sed & lingua mea meditabitur iusti-
tiam tuam, cum confusi & reueriti fuerint, qui quaerunt mala mihi.

Psalmus, inquit, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. Videtur est cum qui
bus canit David. Cum filijs Ionadab, de quibus Hieremias dicit patria con-
stitutione uinum non bibere, & uocem domini increpantis memorat, quia dicitur
est. Filij Ionadab custodiunt praeccepta patris sui, & non bibent uinum. Non er-
go putemus filios Ionadab cum David cecinisse psalterium, sed sobrietatis uiros
participes fuisse, & in psallendo deo. Non enim canebatur ad libitum, sed ad
gemitum, ubi captiui primi simul lachrymas funderent, dicentes: Deus meus
eripe me de manu contra leges agentis & iniqui. In te confirmatus sum ex
utero. Ex utero utique uirginali. Nos dicimus in deo confirmatum Christum,
qui tanquam prodigium factus est multis incredulis, creditibus autem extitit
adiutor & fortis. Repletum est os eius non in cibo, non ebrietate, sed laude, &
non est protectus in tempore passionis cum deficeret uirtus eius: Non est pe-
nitus derelictus tempore quo dicebant inimici, Deus dereliquit eum. Tunc deus
non discessit ab eo, quo resurgente erubuerunt, & confusi sunt insultantes auersi
retro, & confusi uolentes animam eius, nullam cognoscens aliam negotiationem,
nisi hanc, ut intraret in potentias domini. Nunc exterior interiori dicit, Quae-
fecisti magnalia deus, quis similis tibi, quantas ostendisti mihi tribulationes
multas & malas, & conuersus ecce uiuificasti me, & de abyssis terrae iterum
reduxisti me. Dicendo iterum quaestionem fecit. Semel enim passus, semel
mortuus, semel sepultus, semel de abyssis terrae reductus. quid est hoc iterum
iterum dicendo exclusit noua. Ita nos poenitentiae recuperationem negan-
tes, & praedas leonum in eorum faucibus relinquentes, noster hic pastor non
relinquet praedam, non uidet lupum & fugit, sed uiuentes de ore leonum
eripiens, iterum suis gregibus praesentat incolumes, hoc est, iterum, qui
Romanum.

in ipso sepulti sumus per baptismum, & Christum induti morimur, quando nos morti tradimus consentiendo inimicis nostris, qui nos sic terrenis voluptatibus implicant, ut videamur in abyſſo terræ demerſi. Sed quia non patitur in nobis perire quod cōtulit, iā per baptiſmū ſemel a mortuis ſuſcitos ad vitam æternam, ab æterna vita per diaboli excluſos aſtutiā, in eo iterū Christus de abyſſo terræ reducit, in quo multiplicans iuſtitiam ſuam, id eſt, excommunicans eum, & a pacis oſculo proijciens, conuerſus iterum conſolatur, reddens ei communionem quam abſtulerat, oſculum quod negabat. Ergo, inquit, confitebor, ait, quia confeſſio eſt quæ liberat pœnitentem. Conſitetur ergo in oratione ſua domino deo ſuo peccata ſua. Dei autem veritatem in vaſis pſalmi. Quæ ſunt vaſa pſalmi? In vaſis pſalmi veritatem dei nunciant, qui intus intra vaſculum corporis ſui veritatem recte fidei habent incluſam. Namque ſi incorporaliter quiſpiam pœnitentiæ ſuæ adſiſtiones oſtendat, a peccato abſtineat, in ieiunio, cinere, cilicioque permaneat. Niſi in vaſis pſalmi veritatem teneat, omnia quæ laborauerit euaneſcunt. Facilius per veritatem fidei ſine ſua ad indulgentiam veniet, quam per adſiſtentionem ſuam ſine veritate attinget. Age ergo in confeſſione tua correptionem etiam ſine cilicio, & in pſalmi vaſculo veritatem include. Pſalmus enim quem canis, ad deum non peruenit, niſi intus in vaſculo ſuo ubi pſalmum includit memoria. In vaſe, inquam, ipſo veritas dei ſimul fuerit commota. Tūc pſalmis in cythara ſancto Iſrael, tunc gaudent labia tua, dum cantas domino, & anima tua quam redemit, quam iterum de abyſſo reuocans liberauit & conſundit æterna conſuſione qui quærebat eā. Solus enim creator eius poſſidet eam, qui regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

Pſalmus David in Solomonem.

LXXI.

Eus iudiciū tuū regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuū in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorē. Et permanebit cum ſole & ante lunam, in generatione & generationē. Descendet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillatida ſtillatida ſuper terrā. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terrā lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabū, & Saba dona adducent. Et adorabunt eū omnes reges, omnes gentes ſeruient ei. Quia liberauit pauperē a potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperū ſaluas faciet. Ex uſuris & iniquitate redimet

redimet animas eorū, & honorabile nomen eorū coram illo. Et ueruet & dabit ei de auro Arabiae, & adorabunt de ipſo ſemp, tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuper extolletur ſup libanū fructus eius, & florebut de ciuitate, ſicut fœnum terræ. Sit nomen eius benedictum in ſæcula, ante ſolem p̄ninet nomen eius. Et benedicent in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. Et benedictum nomē maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.

Qui prophetiam in pſalmis credunt, tenent illam regulam quam cecinit Zacharias dicens de deo, quod ipſe locutus ſit per os pphetarum, liberaturum ſe nos ab inimicis noſtris. Quod autem in capite huius pſalmi legis dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, explanatorem inuenies. Dicit enim in Euangelijs, Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium filio dedit. Quod ergo per os ſanctorū promiſit in filio ſuo, rex uerum impleuit, cuius tunc imaginem Solomon gerens, ſapientis nomen accepit, habens in ſe ſcintillam ſapientie. Hic autem ipſa ſapientia ueniens dedit pacē montibus, id eſt, Apoſtoliſ, & collibus iuſtitia, id eſt, plebibus, iudicauit eū iuſtitia pauperibus, contemnens perſonas diuitem, humiliauit calumniatorē, id eſt, populum Iudaicū. Permanet cum ſole, imo ſup ſolem, quia ad dexteram patris permanet ſedēs, & ante lunam in ſæcula. Lunam hoc loco nō pro cauſa lunę, ſed p̄ eternitate memorauit dñi Ieſu Chriſti. Et descendit ſicut pluuia in uellus, id eſt, in uelleribus lunę, ſicut Gedeon ſignum uictorie in uelleribus lunę percepit. Nam & uerbu ſuum ſic pater iuſſit ſicut pluuia expectari. Expectetur, ait, ſicut pluuia uerbum meum. Ergo quem in Deuteronomio iuſſit expectari ſicut pluuiam, in Euangelijs p̄ſentauit ſicut pluuiam. Non utique ex inferioribus ſemine humano erumpente p̄genitum, ſed uerbo patris de cœlorū altitudine, quaſi pluuiam ueniētē exortū. Exortum, inquam, in tenebris mundi lumen rectis corde. Orta eſt in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Pacem meā do uobis, nō talem qualem hic mūdus habet, ſed pacē meā illam qualem habent cœli, in qua dominaſt Chriſtus a mari uſque ad mare, hoc eſt, ſup oēm terrā aquis maris & fluminū circūdatam. Corā illo procident Aethiopes. Aethiopes nigredinis circūdati p̄ſidia, nō in corio carnis, ſed in ſenſibus anime. Propter hoc p̄cident ante eum, & terram inimici eius lingent, ut indulgentiā ab eo conſequi mereant. Reges autē Tharſis & inſulę munera offerunt, id eſt, qui regnant in corpore ſuo ſecuri & munera offerunt, reges Arabū & Saba dona adducunt, qui dominant moribus Barbaris. Hi dona adducunt animas ſuas, ut ipſas ei tradant ad adorandum eū cū regibus terrę, qui terrenis uoluptatibus dominant. Omnes autem gentes ſeruient ei, quia liberauit pauperem a potente. Vide cauſam, ideo ait oēs gētes ſeruient ei, quia

liberat pauperem, sensum eorū a potente & astuto diabolo, q̄ eos suasit opera manū suarū timere & colere. Ex usuris & iniquitate liberauit animas eorum. Ampliabantur usurę animabus eorū, q̄a quod debebat deo, idolis tradebat (& illis accipientibus, si tamen vel dici potest illis accipientibus, qui nihil nec accipiūt, nec recusant) demonijs ergo accipientibus q̄ soli deo debebat, istis & debitū cōcreuit & scēnus. Videns pius, cui pater iudiciū suū tradidit in red dendo eos satis esse mendicos, hoc iudicauit: Inuicē, inquit, vos homines remittite vobis debita, & vobis remittit pater vester q̄ est in cœlis. Et adiecit: Si non remiseritis, nec vobis remittit. O liberantē ex usuris & iniquitate animas, vere p̄clarum nomen tuū nobis, qui viuīs in secula seculorū, viuīs & dabit tibi aurū Arabiæ. Aurū enim terræ illius est magnū, aurū accipis p̄batum, fulgidū in Apostolis, in martyribus, in cōfessoribus, in virginibus. Aurum accipis, nō tibi potest fieri impostura. Erit firmamentū tuū in terra corporū nostrorū, nō in cōualle fletus, sed in summis mōtibus sup̄extolletur fructus tuus, & sup̄gredietur altitudinē etiā Libani montis, & floriet in altitudinibus Apostolorū. Quid floriet audiamus: Sicut scēnū, inquit, ergo in illa altitudine laudata floriet scēnum. Floret in ecclesia vsq; hodie, vt pascant iumentā, nihil cū populo defectionibus agitur. Ibi ergo p̄ducitur scēnū iumentis. Perfecto rum enim est solidior cibus, q̄a ergo scēnum florent mōtes, nemo sugiat ec clesiam, veniāt omnes vt benedicatur ibi deus Israel, q̄ facit mirabilia solus, & sit ibi nomē maiestatis eius benedictum in secula, vt repleatur maiestate eius omnis terra fiat fiat, ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Defecerūt hymni David filij Iesse Psalmus Asaph. LXXII.

Vam bonus Israel deus, his qui recto sunt corde. Mei autē pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauī super iniquos, pacem peccatorū uidens. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū, transierunt in affectū cordis. Cogitauerūt & locuti sunt nequitiam, iniquitatē in excelso locuti sunt. Posuerūt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerūt quomō scit deus, & si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores, & abundātes in seculo obtinuerūt diuitias. Et dixi ergo sine causa iustificauī cor meū, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Si dicebā narrabo sic, ecce nationē filiorum tuorū reprobauī. Existi

mabam

mabam ut cognoscerem, hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuariū dei, & intelligam in nouissimis eorū. Veruntamē propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationē, subito defecerūt perierūt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgētium domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia inflammatū est cor meum, & renes mei cōmutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. Vt iumentū factus sum apud te, & ego semper tecū. Tenuisti manum dexteram meam, & in uolūrate tua deduxisti me, & cū gloria suscepisti me. Quid enim mihi in cœlo, & a te quid uolui super terram. Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Quia ecce qui elongant se a te peribūt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autē adherere deo bonum est, ponere in domino deo spem meā. Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filię Sion.

Cum deus omnibus bonus sit, & nulli sit malus, quid sit uoluit dicere. His bonus, qui recto sunt corde. Hęc dictio humanis sensibus adplicanda est his, qui vituperant iudicia dei, dicentes: Ille perfidus, ille iniquus, sordidus, truculentus, sanus est. Ille autem innocens, castus, humilis, infania fatigatur, infirmitate cōcutitur, & his similia. Hęc rectis corde virtutum semina cōprobātur. In quibus probata fides segetem suam in æternæ uitæ amœnitate suscipiat, & in seculo quasi in hyeme glaciali positi primę anastasis quasi primi & verbi flores expectent. Letantes itaq; in pace sua peccatores, quod cum hominibus non flagellantur teneat superbia, fiant crassi, prodeat ex adipe eorum iniquitas, ponant in cœlo os suum, & loquantur iniquitatem in excelso, dicant non esse scientiam in deo, qui tamen sunt audiamus. Hī sunt, inquit, peccatores, & abundantes, qui in seculo obtinuerunt diuitias, mei autem pene moti sunt pedes, & a recto itinere pene effusi sunt gressus mei, quia dixi in corde meo: Ego sine causa iustificauī cor meum, & laui inter innocentes manus meas. At ubi considerauī omnia temporalia esse quę peccātib; ministrantur, & subito eos deficere & perire propter iniquitatem suā, & istā uitam eos quasi somnium transire. Et quia deus in ciuitate sua Hierusalē quę preparat sanctis, imaginem eorum ad nihil rediget, tunc inflammatum est in amore dei cor meum, & renes mei resoluti sunt, id est, ad castitatis libertatem a mali exempli vinculo resoluti. Ideo enim ad nihilū redactus sum, hęc cogitans, quia nesciui non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriā. Postea quam didici, etiam iumentū estimatus, & pecus ad occisionē positus, tamē permansi semp tecum. Tenuisti manum dexterā meā, in uolūrate

Forte & ueris.

In voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me. Hęc in domino Iesu Christo cōpleta sunt. Ipse tenuit generi hūano dexterā iam mortuo, iam scetenti, duxit a volūtate diaboli ad voluntatē suā, & assumpsit in gloriam, q̄ audenter diceret, Quid mihi restat in cōelo? Hoc est in terra positus ita cęlestem vitā exercui, vtdum in cōelo ascēdero, nihil mihi supersit qđ in terra positus non impleuerim, nihil enim p̄ter te voluisup terrā, etiā si defecit cor meum, & caro mea in passiones, & pars mea, q̄a deus est, nō defecit, sed manet in sęcula. Nō enim pereunt, nisi hij qui longe se faciūt a deo conseruatore suo, & ipse nō perdet, nisi illos qui fornicant ab illo id est, quorum anima alterum ducit deū, aut a veritatis cōiugio se falsitate cōmiscet. Vnusquisq; autē nostrum his pbatis dicat. Mihi autem adherere deo bonum est, & ponere in dño spem meam, vt adnunciem omnes laudationes dei in portis filię Sion. Filia Sion anima credens Christo, quę in finem psalmi inueniet laudes, quas sibi in titulo defecisse testatur. Defecerunt ei laudes, quia zelata est in peccantibus, quas inueniet in finem, si adhererit domino, & in ipso suam spem ex integro collocarit, qui regnat in sęcula sęculorū Amen.

In finem intellectus Asaph.

LXXIII.

T quid deus repulisti in finē, iratus est furor tuus sup oues pascuę tuę. Memor esto cōgregatiōis tuę, quam possedisti ab initio. Redemisti uirgam hereditatis tuę, mons Sion in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in supbias eorum in finem, quāta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solennitatis tuę. Posuerunt signa sua signa, & non cognouerūt sicut in exitu super summū. Quasi in silua lignorum securibus exciderūt ianuas eius in idipsum, in securi & ascia deiecerunt eā. Incenderūt igni sanctuariū tuū in terra, polluerūt tabernaculū nominis tuī. Dixerunt in corde suo cognatio eorū simul, quiescere faciamus oēs dies festos dei a terra. Signa nostra nō uidimus iam nō est ppheta, & nos nō cognoscat amplius. Vsq; quo deus improperebit inimicus, irritat aduersarius nomē tuū in finē. Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finē? Deus autem rex noster ante sęcula opatus est salutē in medio terrarū. Tu cōfirmasti in uirtute tua mare, cōtribulasti capita draconū in aquis. Tu cōfregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopū. Tu dirupisti fōtes, & torrētes, tu siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es aurorā & solem. Tu fecisti omnes terminos terrę, estatē & uer tu plasmasisti ea. Memor esto huius

esto huius inimicus improperebit domino, & populus insipies incitabit nomen tuū. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamētum tuū, quia repleti sunt qui obscurati sunt terrę domibus iniquitātū. Ne auertatur humilis factus confusus pauper & inops laudabunt nomē tuum. Exurge deus iudica causam tuam, memor esto impropriorum tuorum eorum quę ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

I ratus est dominus super Israel, cum esset arca dei in Silo, cum Ofni & Finees filij Heli in sacrificijs suis & in fornicationibus, nec increpati corrigerentur. Tradita est etiā arca testamenti aduersarijs, & gloriati sunt qui oderunt eum in medio atrij eius. Quasi in silua lignorū exciderunt ianuas munitio nis eorum exstructū. Et quiescere fecerunt festos dies domini in terra, dicentes: iam in Israel non est propheta, vtiq; audientes Heli mortuū & duos filios eius, qui summā sacerdotij tenebant occisos in p̄lio. Samuel adhuc erat infantulus, cuius nec opinio cōperat. Et ideo uidebatur impropere inimicus populus gentiū & insultare, in quo rogat ne animas pauperū suorum obliuiscatur dominus in sempiternū, vt exurgat & iudicet causam suam, quia superbia eorum qui odiebant eū, ascendebat nimis. Hactenus historicus sermo cōperit finē. Est enim & in nobis arca testamenti domini, quam quotidie hostes conantur eripere id est, animi constantiā, quę pro defensione uirtutū cōtra uitia bella cōmittit. Si ergo huius arce sacerdotes, id est, corpus & anima mea ex consensu coluerunt, requiescit super eam dominus, & non audebunt dæmonia, nec bellū in cute consistere. At ubi hęc per negli gentiā sacerdotū cesserit, capitur ab aduersarijs, & malignatur inimicus in sancto, & glorientur qui oderunt dominū in eo. Post hęc cū lachrymis orā dus est dominus, vt animas pauperū non obliuiscatur dominus in sempiternū, non auertatur in perpetuo, humilis factus, confusus, vt non in eternū tradatur bestijs anima quę cōfiteretur ei, vt memor sit creaturę suę, quia repleti sunt qui obscurati sunt terrę domus iniquitātū. Exurgat ergo dominus & iudicet causam suam, quoniam per occasionē peccatorū meorū inimicus improperebit domino, Memor, inquit esto domine impropriorū tuorum, qui ab insipientibus fiunt tota die, vt nō obliuiscaris uoces quærentiū te per pœnitentiā, & contemntiū te superbia ascendat ad te, vt illis superbientibus reddas, & nobis cōfidentibus parcas, qui regnas in sęcula sęculorū Amē.

In finem ne disperdas uel corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

LXXIII.

I Confitebimur

Confitebimur tibi deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua, cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmavi columnas eius. Dixi iniquis, nolite inique agere, & relinquētibz nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu uestrum, nolite loqui aduersus deum iniquitatem. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, quoniam deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat, quia calix in manu domini uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, ueritatem flex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terrae. Ego autem annuntiabo in saeculum, cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

Aliquanta in septuagesimo tertio idcirco praetermissimus psalmo, quia in septuagesimo quarto ea credidimus melius declaranda: Confitebimur, inquit, tibi deus. Si peccata confitemur, non ut sciat quae ignorat, ideo confitemur, sed ut ea quae optime nouit indulgeat. Quia confitemur eum & nomen eius inuocamus. Confessio enim poenitentis ad indulgentiam non attendit, si recte fidei inuocatio nominis dei non fuerit subsecuta, in qua confessione narrantur omnia mirabilia eius, quae sancti symboli textus ostendit. Verum quia (ut dixi) in antecessione huius psalmi aliqua transiui, quae sunt in isto reddenda. Haec sunt, ut narres contra Manicheum omnia mirabilia eius, & non dicas aduersis & contrariis mundum agi, & alium lucis dominum, alium tenebrarum, alium noctis, alium diei, sed unum eundemque dominum confitentes narremus omnia mirabilia eius, dicentes, Tuus est dies, & tua est nox, tu fecisti solem & lunam, statem & uer tu fecisti. Confirmasti in uirtute tua mare, tu confregisti capita draconum in aquis, id est, capita demonum in baptismo. Quod autem aquis dixit, uoluit ostendere unum baptisma in aquis posse omnibus celebrari, fluminum, maris, fontium, torrentium, stagnorum, ibi capita demonum confringunt, id est, in omnibus aquis. Caput autem draconis magni in poenitentia confringet dominus, & dat eum in escam populo Aethiopum. Aethiopes a plaga meridiana nigri sunt. Hi ergo qui demoniorum meridianorum ruinam patiuntur, nigri fiunt apud deum, & pro ipsa nigredinis perfidia, Aethiopes adpellantur. Hi itaque cum baptizarentur, quia in aquis confracta sunt capita demonum, uenenum omne in aquis fluentibus euauit. Et illos iam mundos, qui ab omni ueneno defecatos exhibuit, nunc in sicco positos, draco magnus ipse princeps draconum aduenit, quem suis cibantes nefariis factis ueneno eius iterum nigrarunt. Verum quia poenitentibus auxilium diuinae pietatis occurrit, confringitur & huius caput draconis in sicco. Aqua ibi sola lachrymarum est. Et quia non sunt flumines circa eum salientes, quae tantum nefas ueneni abluant, datur eis in cibo, & dicit eis.

Quando

Quando draconum capita in aquis uobis confracta sunt, gustastis & uidistis quam suauis est dominus. Modo quia dominum reliquistis, gustate & uidete quam amarus est diabolus. Ibi gustastis mel et lac, hic gustate cinerem pro pane, et lachrymas uestras in poculis miscete. Ibi uestes candidas & mundas, hic faceas sordidas. Ibi habuistis gaudium, hic mugitum gemitumque inter suspiria excrepate. Sicque Aethiopes esse cessabitis, & pristinus uobis cadet splendorque reddet. Ibi enim uobis rumpent iterum fontes & torrentes, ubi siccati fuerunt flumines Aethan. Aethan * flumini in deserto Sina inuenti sunt. Ex quibus qui gustasset, non sicut de Myrrha amaritudine replebat, sed statim timore correptus, mortis periculo subiacebat. Quando ergo quando conuertit solidam petram in stagna aquae, & rupem in fontes aquarum, isti Aethan flumini dei nutu siccati sunt. Quod factum ad hoc ducit, quia poenitentibus Aethan flumini exiccant. Et ex desperato lapide atque durissima petra in deserto, & in squalentibus locis posita fontes pariter erumpunt atque torrentes. Haec fecit rex noster, Deus ante saecula qui est ipse. Haec fecit in saecula qui operatus est salutem in medio terrae, in domino nostro Iesu Christo, qui dixit iniquis, Nolite iniqua agere, & nolite delinquentibus exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu uestrum, nolite loqui aduersus deum iniquitatem. Si quis autem uobis dixerit, Ecce hic Christus, aut ecce hic, illic, nolite credere, quia nec ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, sed sicut fulgur ita ueniet, quoniam deus iudex est. Non sic uenit quomodo homo uenit, sed quomodo deus iudex, ut superbum humiliet sicut promissit, & exaltet humile ferens calicem in manu uini meri plenum mixto. Ex quo inclinatur ex hoc in hoc. Vinum duas species habet, unam unde infirmos sanat, aliam unde sanos debilitat. Ex uno eodemque uino iustis propinatur ad salutem, peccatoribus ad interitum irrogatur. Sicut ignis iustis proficit ad splendorem, ad uisum infertur iniustis, flex tamen calicis non exinanitur, ut bibant non paucissimi. Sed omnes peccatores terrae, quod uno eodemque poculo alijs salus, alijs interitus ueniat, etiam hodie qui indignae gustauerint. Unde salutem dignae gustantes hauserunt: inde isti, ut ait Apostolus, sibi iudicium sumunt. Nos autem haec scientes, si uolumus gaudere in saecula saeculorum, ita cantemus deo Iacob, ut omnia peccatorum cornua confringamus, id est, uiciorum ventilationes conueniendo frangamus, & uirtutum cornua exaltemus in domino nostro Iesu Christo, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Aliter
* Mora.

In finem in carminibus canticum ad Assyrios
Psalmus Asaph. LXXV.

Quotus in Iudaea deus, in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Illuminas tu mirabiliter a montibus aeternis, turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum.

12 in mani

Symbolum

in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De coelo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit.

Cum exurgeret in iudicium deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terrae. Quonia cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiae cogitationis die festum agent tibi. Vouete & reddite domino deo uestro, omnes qui in circuitu eius adfertis munera. Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terrae.

Canticum contra Assyrium, id est, contra diabolum inchoamus. Contra eum enim notus factus est in iudaea deus, in Christo mundum reconcilians sibi. In israel magnum nomen eius. Israel homo iudaeus. Deum ergo qui vidit hominem & credidit deum, in ipso primum factum est nomen eius. Ita ut diceret ei, Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Et quia portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Ibi confregit cornua arcum, & scutum, & gladium, & bellum, fecitque in pace locum eius, & habitationem eius in Sion, & illuminauit ei a montibus aeternis, a prophetis qui fuerunt ab initio. Contra quam turbantur usque hodie omnes insipientes corde. Et qui moriuntur in peccatis suis dormientes somnum mortis suum, id est, somnum luxu dormientes. Nihil inuenerunt in manibus suis. Ibi omnes viri diuitiarum. Hic enim nascentes quae inuenerunt, hic morientes relinquunt. Non solum diuites dormiunt, sed & fortes qui ascenderunt equos. Deus enim terribilis est, & nemo potest resistere ei. Tunc in ira sua, cum enim coeperit iudicium de coelo iaculari, terra tremet & quiescet, cum exurgere coeperit in iudicio deus, in quo non saluabit alios, nisi omnes mansuetos terrae, Ibi cogitatio hominis confitebitur ei, & reliquiae cogitationum diem festum agent deo. Sic erunt omnes dies iustorum, quomodo nobis semel in anno sanctus dies est pasche. Omnes ergo sancti dies festos agent deo, & vos, inquit, si vultis gaudere cum sanctis vouete & reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius offertis munera. Memores debent esse quid uouerint, aut cui uouerint. Nam in baptismatis consecratione uouerunt seipos tradere, & omnibus operibus diaboli renunciare. Hoc reddite domino deo vestro, ante oculos hoc habentes, quia etiam principum aufert spiritus, cum a voto discedunt. Et est terribilis etiam regibus terrae, ipsi gloria in saecula saeculorum Amen.

In finem pro Ithyru, psalmus Asaph.

LXXVI.

Uoce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad deum & intendit mihi. In die tribulationis meae deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Renuit consolari anima mea, memor fui dei et delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Anticipauerunt uigilias oculi mei, turbatus sum

sum & non sum locutus. Cogitavi dies antiquos, & annos aeternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum. Nunquid in aeternum proiciet Deus, aut non adponet ut complacitior sit adhuc. Aut in finem misericordiam suam abscidet, a generatione in generationem. Aut obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nunc coepi, haec mutatio dexterę excelsi. Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adiuuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto uia tua, quis deus magnus sicut deus noster, tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis uirtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob & ioseph. Viderunt te aquae deus uiderunt te aquae & timuerunt, & turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum, uocem uiderunt nubes. Etenim sagittę tuę transferunt, uox tonitruu tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae, commota est & contremuit terra. In mari uia tua & semitę tuę in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron.

In isto psalmo promittit se propheta omnia mirabilia dei ab initio memoraturum, & causam huius commemorationis exponit. Ac memorans praeterita bona, de malis praesentibus querulatur. Clamaui, inquit, ad dominum in die tribulationis. Et expandi manus meas coram eo in noctibus, & non sum deceptus. Modo autem tantas moras faciet in subueniendo dominus, ut dicam, Nunquid in aeternum obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordiam suam? Et dixi, modo coepit mutatio dexterę excelsi, Et ut ostendam, inquit, quia modo coepit, memor ero ab initio mirabilium eius, in quibus liberauit populum suum. Quis enim tam magnus deus quam deus noster, quem uiderunt aquae maris, & timuerunt. Turbate sunt abyssi, dantes uiam siccam pedibus filiorum israel & ioseph. Post haec uocem dederunt nubes. In columna enim nubis uox erat, quando sagittę dei in Aegyptios transferunt. Vox tonitruu eius in rota. Moyses rotę comparatur. Rota licet in terra uoluatur, tamen dum steterit, magna pars eius aliena est a terra, & parua pars eius in terra consistit. Vox ergo dei in rota est, qui paruus rebus terrenis contentus, totum quod sursum est quaerit, quod sursum est, pergit ubi Christus est. Illuxerunt coruscationes eius orbi terrae, quando in mari uiam fecit. Et semitę in aquis multis, quando deduxit uelut oues populum suum, in manu Moysi & Aaron. Ipsi gloria in saecula saeculorum Amen.

Intellectus Asaph.

LXXVII.

I ; Attendite

Trendite popule meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quanta audiuiimus & cognouimus ea, & patres nostri annunciauerunt nobis. Non sunt occultata a filiis eorum in generatione altera. Narrantes laudes domini & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et suscitauit testimonium in iacob, & legem posuit in israel. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur & exurgent narrabunt filiis suis. Ut ponant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum generatio praua & exasperans. Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cū deo spiritus eius. Filij Effrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Et oblitī sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in campo Thaneos. Interrupit mare & perduxit eos, & statuit aquas quasi in utre. Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos uelut in abyssō multa. Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas. Et adposuerunt adhuc peccare ei in ira concitauerunt excelsum in iniquosa. Et tentauerunt deū in cordibus suis, ut peterēt escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo, dixerunt, nunquid poterit deus parare mensam in deserto. Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ & torrentes inunda uerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo. Ideo audiuit dominus & distulit & ignis accensus ē in iacob & ira ascendit in israel. Quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Transulit austrum de cœlo, & induxit in uirtute sua africanum, & pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenā maris uolatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorū eorum circa tabernacula eorū. Et manducauerūt, & saturati sunt nimis, & desiderium

deriū eorū attulit eis, nō sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc escas eorū erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorū & electos israel impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc, & nō crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerūt in uanitate dies eorū, & anni eorū cū festinatione. Cum occideret eos quarebant eū, & reuertebantur & diluculo ueniebant ad eū. Et re memorati sunt, quia deus adiutor est eorū, & deus excelsus redemptor eorū est. Et dilexerunt eū in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autē eorū non erat rectū cū eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autē est misericors, & propicius fiet peccatis eorū & non disperdet eos. Et abundauit ut auerteret irā suā & non accendit omnē irā suā. Et recordatus est, quia caro sunt spiritus uadens & nō rediens, quoties exacerbauerūt eū in deserto, in irā concitauerūt eū in iniquosa. Et cōuersi sunt & tentauerūt deū, & sanctū israel exacerbauerūt. Nō sūt recordati manus eius die qua redemit eos de manu tribulātis. Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Thaneos. Et cōuertit in sanguinē flumina eorū, & imbres eorū ne biberēt. Misit in eos cynomiā & comedit eos, & ranā & disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorū, & labores eorū locustæ. Et occidit in gradine uineas eorū, & moros eorū in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorū, & possessiones eorū igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit a morte animarū eorum, & iumenta eorū in morte conclusit. Et percussit omne primogenitū in terra Aegypti, primicias omnis laboris eorū in tabernaculis Cham. Et abstulit sicut oves populū suum, & perduxit eos tanquā gregem in deserto. Et deduxit eos in spe & nō timuerūt, & inimicos eorū operuit mare. Et induxit eos in montē sanctificationis suæ, montem quem adquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorū gentes, & sorte diuisit eis terrā in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel. Et tentauerūt & exacerbauerunt deū excelsum, & testimonia eius nō custodierūt. Et auerterunt se & nō seruauerunt pactum, quemadmodū patres eorum conuersi sunt in arcum prauū. In irā concitauerunt eū in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulatio

mulationē eū prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit, & ad nihilū rededit ualde Israel. Et repulit tabernaculū Sylo, tanernaculū suū ubi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatē uirtutē eorum, & pulchritudinē eorū in manus inimici. Et cōclusit in gladio populū suū, & hāreditatē suā spreuit. Iuuenes eorū comedit ignis & uirgines eorū nō sunt lamentatae. Sacerdotes eorū in gladio ceciderūt, & uidue eorū nō plorabātur. Et excitatus est tanquā dormiens dñs, tanquā potens crapulatus a uino. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobriū sempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculū Ioseph, & tribū Effrem nō elegit. Sed elegit tribū Iuda, montē Sion quē dilexit. Et aedificauit sicut unicorniū sanctificium suū in terra quā fundauit in secula. Et elegit Dauid seruū suū, & sustulit eū de gregibus ouiuū, de post foetates accepit eū. Pascere Iacob seruū suū, & Israel hāreditatē suā. Et pauit eos in innocētia cordis sui, & in intellectibus manū suarū deduxit eos.

Quod promisit deo in septuagesimo sexto, hoc in septuagesimo septimo hominibus tradit, ubi dixit deo, Memor ero ab initio mirabiliorū tuorū. Hic dicit populo, Loquar propositiones ab initio, virtutes & mirabilia eius quae fecit, ut cognoscat generatio altera ut filij nascētes exurgāt. Ipsi narrēt filijs suis, ut nō cōfidāt in mūdi lucris, nō in terrenis cupiditatibus seculi, sed in deo solo ponāt spem suā, & nō obliuiscant opera dei sui & mādata eius exquirāt. Ut nō fiat sicut patres eorū, genus prauū & peramarū. Sane genus cū dicis, ante cōsidera. Nō em̄ creaturā in dānabilibus deus, sed uolūtātē cōdēnat. Vidēs ergo, quia genus vituperādo quāstionē fecerat, eruens hunc sermonē, a creatoris iniuria exposuit, nō esse generis vitiū, sed uolūtatis. Prosecutus em̄ ait, genus, inquit, quod nō direxerit cor suū. Et quāsi interrogatus esset, quō nō direxerint cor suū, respōdit, Quia nō custodierunt testamentū dei, & in lege eius noluerūt ambulare. Dicēdo noluerūt excludit culpā a genere, & crimē uolūtatis ostēdit, per quā obliui sunt benefactorū, & mirabiliū dei, quādo diuisit mare ut trāsirēt, & statuit aquas eius hinc inde quasi in utro. Quādo duxit eos in colūna nubis per diē, & in columna ignis per noctē. Quando rupit in deserto petram, & adaquauit eos uelut in abyssu multa, & potati gratias non egerunt, sed adposuerunt peccare. Et ita ut male loquerentur de deo, ut dicerent, Ecce de petra eduxit aquā, nunquid panē poterit dare? Hęc dicebant, quia non credebant deo suo, nec sperauerunt in salutare eius. Et mandauit nubibus desuper. Et ianuas coeli aperuit. Ianuas abusiue dictū, sicut de terra: Aperuit, inquit, os suū. Aperiēdi causa exegit, & in terra os, & in coelis ianuas nominare, & pluit illis manna ad māducandū: Manna, Latine quod dicimus, quid est hoc, dicit Hebraeus. Cū ergo tanquā

tanquam semen coriandri pluerent coeli, interrogantes filij Israel nomē dederunt, dum quērent. Nam dicentes, Quid est, id est, manna, de hoc quod interrogabant uerbo, nomē species ipsa suscepit, quod auxilin faciens adiecit. Panē coeli dedit eis p̄ occasionē mannae, panis quod de coelo descēdit nominatus est, Panē, inquit, angelorū manducauit homo. Quicquid eternitatē in potando, & in māducando p̄stat, angelicū est, non habens putentes atq; stercoreas digestiones. Habent em̄ uniuersa uiuendi materiā, & siue angeli, seu quęcunq; in coelo uiuunt, nō sibi sine alimento sufficiūt. Ducunt enim fame & siti, siue laudis domini. Et esuriunt & sitiūt iusticiā eius, p̄ quam pinguescunt, & æternum apicē tenent. Sicut e cōtrario apostatę angeli esuriūt & sitiūt iniusticiā, & ex eo opere saginant. Nam & quod dicit dominus gaudere angelos in coelo super unum poenitentem. Ostendere uoluit, ad eorum refectionem redisse per iusticiam, eum qui per iniusticiā ventres dæmonum saginabat. Quanta sunt etiam in corporibus, quae sine stercorea digestionē reficiūt, ut est nuncius bonus, ut est odor optimus, ut est adspectus mirabilis, ut est gratia maiorū, ut est opinio optima, quae dicit etiam inpingitare. Hęc ideo diximus, ut ostendamus omnia quae in coelo & quae in terra sunt inuisibilia atq; uisibilia, & mensuras suas habere, quia solus deus immensus est. Et per compaginē suę qualitatis subsistere, quia solus deus incorporeus est. Et per aliam substantiam uiuere, quia solus deus nullius eget. Ipse autem omnibus est necessarius, ipsi nullus. Sed quia nimia gratia pietatis lux, facturam suam in omnibus diligit, dignatur per legem. Per uirtutum iudicia, per compunctionem cordis, per magnitudinem operum hominū inuitare animum. Et ideo nō solū panes angelorū, sed & auim carnes innumerabilium cōcupiscentibus tribuit etiā ingratis. Et ne inultum ingratorū crimen posteritas nō timeret, cum adhuc escā eorum erant in ore eorū, ira dei uenit sup̄ eos, quia non crediderunt mirabilibus eius. Defecerunt in uanitate dies eorū, & anni eorum cum festinatione. Verum quia, ut dixi, tu si non malo coactus benefacere nō uis, Cū occideret, inquit, eos, quērebant eum, & conuertentes diluculo ueniebant ad eum. Tūc recordati sunt, quia deus adiutor & protector eorum est, Sed dicentes, inquit, tu es deus noster. Hoc sola ait, lingua mentiti sunt ei, cor autē eorū non erat rectum cum eo. Unde & dñs dicit, Populus, inquit, hic labijs me diligit, cor autem eorum longe est a me. Hęc quare hęc? Quia fides non est habita testamento eius. Sine fide autem, ut ait Apostolus, impossibile est placere deo. Discutiamus pariter de quo testamento agat. Audi Apostolū: Homini, ait, testamentum nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahę dictū est: In semine tuo hereditabo omnes gentes: Non, inquit, dixit in seminibus, quasi in multis, sed in semine tuo, quod est Christus. Hoc ergo testamentū quod cum Abraham patre eorum habuit deus, dum compleret in filio suo, fides non est habita testamento eius. Ipse autem est misericors, etiam in cruce positus p̄pitius sit peccatis eorum, & cum posset nō disperdidit eos, ita ut rogaret patrem suum, ut & ipse indulgeret eis. Quia recordatus est quod caro

sunt, nihil in spū sapientes, & spūs essent euntes, & nō reuertentes. Ideo sæpe dominus peccatoribus in hoc mundo læticiam, & abundantiam, & potentiam vsurpatā reliquit, quia scit quæ passuri sunt in gehennæ incendio, & cōdolens eis, auertit in hoc sæculo iram suam ab eis. Hoc considerans, qd̄ euntes ibunt in interitum æterni incendij, & ultra nō redeunt, Quotiens, inquit, exacerbauerunt eum in deserto, non recordantes diem qua liberauit eos dominus de manu tribulātis, & inimicos eorum prius decem plagis percussit, postea etiam in mari merisit, ipsos autē eduxit tanquam pastor oues in deserto, & induxit in montes sanctificationis suæ, & eiecit a facie eorum gentes. Et post omnia, quid fecerūt? Auertent se, inquit, & nō obseruauerunt pactū sicut patres eorum, ita etiā vt in sculptilibus suis æmularentur eum, Propter hoc, inquit, repulit tabernaculum Sydon. Facit hic locus cōtra hæreticos, qui dicunt pro duorū peccatis filiorum Heli, Deus iustus omnem Israel populū tradidit philistæis, Spiritus vero sanctus detegens crimen vniuersi populi dicit, Quod auertent se a deo, & non obseruauerint præcepta eius, sicut & patres eorū: Ideo, inquit, ad nihilū rededit nimis Israel, & ideo repulit tabernaculum Sydon, ideo conuertit in captiuitatem virtutem ipsorū. Et pulchritudinem eorū, id est, arcam testamenti dñi tradidit in manus inimici. Cōcluserunt in gladio pōpulū suū, & hæreditatē suā spreuit, ita vt & sacerdotes eorum gladio caderent, iuuenes ignis comederet, virgines sine lamēto perirent, viduæ sine ploratibus interirent. Venimus nūc ad locū, qui nos ab historia ad mysticum & moralem auditū impellat. Excitatus est, inquit, tanquam dormiens dominus. Quotiescunq; ergo captiuitas siue carnalis, siue spiritalis, venit, sciamus dormire dñm, & tam diu dormit, quādiu inueniantur idonei, qui a se sint excitare eum. Hoc nanq; est quod finxit dñs noster Iesus Christus in nauis dum transfretaret, nimia & incōparabili tempestate nauis in qua erat cum discipulis suis, agebatur, ita vt nihil superesset, nisi vt mergerentur in fluctibus. Accedentes discipulī ad dormientem dñm, clamore eum nimio excitāt, dicentes, Præceptor perimus. Ille autem surgens imperauit ventis, & qui euerunt vnde & tranquillatē sunt. Non ergo ideo dormit dominus, vt somno teneatur. Semper vigilat, & nunquam dormiet omnino, neq; dormitabit. Sed quādo ei nos silentium facimus tale, quale qui dicat: Sic vos siletis, sicut solet fieri silentium patrifamilias vt quiescat, ecce quiesco, ecce dormio, non orationum gemitibus pulsor, non psalmorū vocibus inquietor, nec assiduis deprecationibus excitor, grandi hoc vestro silentio ego dormio, & me dormiente venit sup vos aut spiritalis, vt dixi, aut carnalis tempestas, qua cōpulsī ad regē cōfugiatis, vt eius vigilijs liberemini, cuius somno capiimini. Deniq; excitatus p̄cibus sanctorū audite quid fecerit. Percussit, inquit, omnes inimicos in secreto natiū eorū. Tantaq; murū copia extitit, vt nullus eorū esset cuius anus nō a muribus roderet. Ita vt sicut dicit liber primus regnorū, exirent p̄minentes extrales eorū. Hoc est ergo quod ait nunc in isto psalmo, excitatū dñm percussisse inimicos, in posteriora. Opprobriū, inquit, sempiternū

sempiternū dedit illis, & repulit tabernaculum Ioseph, in regno Saulis: Duæ istæ tribus tenebāt impiū Ioseph scilicet & Benjamin. Vnde adiecit, tribū Effrem nō elegit, vt subaudiat ad regnum, sed elegit tribū Iuda ad regnum, quod licet in Dauid tunc pactum sit, in Christo completū est. In monte Sion quem elegit, in quo edificauit sicut vnicornis sanctuariū suū, ibi natus, ibi baptizatus, ibi tentatus, ibi in virtutibus manifestatus, ibi passus, ibi mortuus, ibi sepultus, ibi exurgēs a mortuis tertia die, ibi ascendit in coelis. In terrā quā fundauit in secula, id est, in Sion, id est, in ecclesia sanctorum. Nam ibi elegerat Dauid seruū suū, quando eum tulit de gregibus ouium, vt pasceret Iacob, & Israel hæreditatem suā, quos pascet vsq; hodie dei filius sine malitia cordis, & in sensu manū suarū deducet nos. Ideo enim manus suas in crucem eleuauit, vt in gloria manū suarū dirigat nos, qui regnat cū patre & spū sancto in secula seculorū Amen.

Psalmus Asaph.

LXXVIII.

Eus uenerunt gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticinia seruatorum tuorum escas uolatilibus coeli, carnes sanctorum tuorū bestijs terræ. Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquā in circuitu Hierusalem, & non erat q̄ sepeliret. Facti sumus opprobriū uicinīs nostris, subsannatio & illusio ijs qui in circuitu nostro sunt. Usq; quo dñe irasceris in finem accendet uelut ignis zelus tuus. Effunde iram tuā in gentes, quæ te nō nouerūt, & in regna quæ nomen tuum nō inuocauerūt. Quia comederūt Iacob, & locū eius desolauerūt. Ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, q̄ pauperes facti sumus nimis. Adiua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris p̄pter nomen tuū. Ne forte dicant in gentibus, ubi est deus eorū, & innotescāt in nationibus corā oculis nostris. Ultio sanguinis seruatorū tuorū qui effusus est, introeat in conspectu tuo gemitus cōpeditorū. Secundū magnitudinē brachij tui posside filios mortificatorum. Et redde uicinīs nostris septuplū in sinu eorū, improperiū ipsorū qd̄ exprobrauerūt tibi dñe. Nos autē populus tuus et oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum. In generatione & generationē annunciabimus laudem tuam.

Septuagesimus & octauus psalmus apicem antecessoris sui secutus, Iam nunc simul deo cum oratiōe effundit. Cuius historia p̄teritam cædem Philistinorum

stinorū explanat, pphetiam futurā Nabuchodonosoris cōmemōrat mortā
lis nostri huius spiritalis praelij. Vt vere dicendū est, plorat venisse gētes in hē
reditatē dei. Et liber Regum primus de Salom, & arca testamēti memorat. Et
Hieremias de Hierusalem & de templo, si pphetico modo hūc psalmū que/
ris explanat. Nos vero qui Hierusalem nostram animā dicimus, si tamē rex
pacificus requiescit in ea, hęc quando per cōsensum suū, & per negligentiam
suam, dum nō repugnando supatur. Ac dum peccando deo ab eius offensi/
one discesserit, veniūt ad eam gentes. Ad eam utiq; quam in hæreditate sua
possidet Christus, & polluūt templū sanctū eius, sanctū factum in baptismo
corpus eius. Ponūt Hierusalem, veluti pomorū custodiā. Ita desertam faciūt
eam, vt putes illam ciuitatē magnam in vilem casulam hortulani cōuersam.
Posuerūt mortalia seruorum tuorū escas volatilibus cœli. Hoc loco volatilia
spūs immundi nominant, de quibus dicit Apostolus: Spiritus aeris huius. Ipsi
velut volucres comedunt per luxuriā carnes sanctorū tuorum. Comedūt si/
mul bestię terre, si effunderint sanguinē eorū, velut aquam circa ipsam Hie/
rusalem. Et nō fuerit qui sepeliat, dum nemo est qui exemplo vitæ ab interit/
u mortis abscondat. Tunc efficiuntur in derisū omnibus dæmonijs, qui deo
vicini nostri & inimici dicuntur, q̄a nec vno q̄dem puncto ab inimicitijs iu/
stra nos positi non recedūt. Ad hęc rogāndus dñs, vt effundat super eos iram
suam. Quia ipsa sunt regna quæ nomen eius nō inuocant, sed comedunt co/
ridie Iacob, & locum eius, quod erat ornatum moribus, in eremum conuer/
tunt. Eueniūt nobis hęc si memor sit dñs iniquitatū nostrarum, vtinam au/
tiquarum & nō nouarū. Sed q̄a remedium vulneratis est necessariū, cito nos
anticipent misericordiæ tuæ deus. Quia paupes facti sumus nimis, perdidit/
mus aurum pudicitiae, argentū bonæ conscientie. Nos ipsi præda hostiū facti
sumus. Propter honorem nominis tui dñe libera nos, & ppitius esto, ne gau/
deant increduli, & dicant, Vbi est deus eorum. Defende sanguinē seruorū tu/
orum, qui effusus est. Sicut enim in ruina hominū habent dæmones, ita in re/
paratione nostra gaudiū habet angeli. Spiritus vero nequissimi interitum pa/
tiuntur, cum intrauerit in cōspectu dei gemitus compeditorū. Si tantū gemit/
tus pro peccatis nō potest fieri, nisi intret in conspectu dei. Et incipit secundū
magnitudinem brachij sui possidere dominus filios mortis. Vt qui erant filij
mortis, incipiant esse & filij vitæ. Cum reddiderit inimicis septuplum, q̄a q̄d
septiformi spū in baptismatis tempore pmissum est, horum est suggestioni/
bus ab ijs qui pmiserant denegatum. Satis autem facientes spūi sancto, quē
in cōsecratōe suscepimus, dicamus ei nos, Populus tuus & oues gregis tui,
sive pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæcula, & in sæculum sæculi narrabimus
laudes tuas, qui regnas cum patre & filio sancte spūs, nunc & semper in eter/
na sæcula sæculorum Amen

In finem p his qui commutabuntur Psalmus p Assyrijs
testimonium Asaph.

LXXIX.

Qui regis

q Vi regis Israel intende, q̄ deducis uelut ouem Ioseph. Qui
sedes super cherubin manifestare corā effraym, Beniamin,
& Manasse. Excita potentiā tuam & ueni, ut saluos facias
nos. Deus uirtutū cōuerte nos, & ostēde faciē tuā & salui erimus.
Domine deus uirtutum quousq; irasceris sup orationem serui tui.
Cibabis nos pane lachrymarū, & potū dabis nobis in lachrymis in
mētura. Posuisti nos in cōtradictionem uicinis nostris, & inimici
nostri subannauerūt nos. Deus uirtutū cōuerte nos, & ostēde fa/
ciem tuā & salui erimus. Vineā de Aegypto trāstulisti, eiecisti gē/
tes & plantasti eā. Dux itineris fuisti in cōspectu eius, & plāstisti ra/
dices eius, & impleuit terrā. Operuit mōtes umbra eius & arbuta
eius cædrus dei. Extēdit palmites suos usq; ad mare, & usq; ad flu/
men, ppagine eius. Vt q̄d destruxisti maceriā eius, & uindemiant
eam omēs qui ptergrediūtur uiam. Exterminauit eam aper de syl/
ua, & singularis ferus depastus eam. Deus uirtutum cōuertere re/
spice de cœlo & uide & uisita uineam istam. Et p̄fice eam quā plan/
tauit dextera tua, & sup filium hominis quem confirmasti tibi. In/
censa igni & suffossa, ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat ma/
nus tua sup uirum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem cōfir/
masti tibi. Et nō discedimus a te, uiuificabis nos, & nomē tuum in
uocabimus. Domine deus uirtutum cōuerte nos, & ostende faciē
tuam & salui erimus.

A Dhuc eadem per eadem de exitio & tribulatione populi in isto psalmo
cantat. Rogans ut qui regit Israel intēdat, excitet potentiā suam, q̄a nul/
lus dignus inuenit qui eum audeat excitare. Ipse ergo excitet potentiā suā,
ueniat & saluos nos faciat. Verum quia inuisibilis est, & a nullo penitus vi/
deri potest, sumat materiā per quam dignetur faciē suam ostēdere, quam
si ostenderit ille, nos salui erimus. Veluti si in periculo glaciali positi, ubi vis
frigoris minatur interitū, liberant sine dubio, si ostēdat eis Solis adspēctus.
Quāto magis dei nobis ostensa facie. In dño nostro Iesu Christo nos salui eri/
mus. Si ergo sentimus captiuitatē vineę domini, quā de Aegypto per aquā
& spūm sanctum trāstulit, quam eiectis dæmonijs plantauit, qui ita fuit uia
in conspectu nostro, ut diceret, Ego sum uia. Qui ita plantauit radices no/
stras in fide sua, ut repletet omnē terram corporis nostri. Et esset in nobis vi/
nea uera, cuius umbra operuit mōtes, omnibus sanctis melior. Cuius arbu/
sta pstantiora essent, & altiora cædris dei, hanc exterminauit in passioe. Aper/
de sylua, populus incredulus, & singularis ferus depastus est eam. Quē prius
& in no

& in nobis tumultu Christus patitur, quando permittimus rabiem demonum in corde nostro ingredi, ubi suscepimus Christum. Et ideo cibus nobis non debet esse gaudij, sed panis lachrymarum, & potus in lachrymis, si sentimus quia facti sumus in opprobrium vicinis, & ipsi deriserunt nos. In oratione enim lachrymarum permanentes, deus virtutum respicit de caelo, & visitat vineam istam, & dirigit eam quam plantavit in nobis dextera eius per filium hominis IESVM, quem confirmavit sibi incenso igne, & suffossa manu, quando Abraham incenso igne, et armata manu gladio, paratus fuit filium suum iugulare coram domino. Tunc iuravit Abraham, quod filium eius ita confirmaret sibi, ut in ipso hereditaret omnes gentes. Ergo memor esto domine quod iurasti, et repara quod donasti, ut non discedamus a te. Non enim discedemus a te, si tu vivificaberis nos. Nos autem semper nomen tuum invocabimus. Alia enim spes nostra non est, nisi ut tu convertas nos, dando bona consilia in cordibus nostris, et ostendendo nobis faciem tuam. Cuius nos ad speciem saluemur, in Christo Iesu domino nostro, qui tecum & cum spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum.

In fine pro torcularibus, psalmus ipsi Asaph quinta sabbati. LXXX

Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. Sumite psalmum & date tympanum, psalterium iocundum cum cythara. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solennitatis vestrae. Quia preceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti, linguam quam non noverat audiuit. Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino serviierunt. In tribulatione invocasti me, & liberaui te, & exaudiui te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis. Audi populus meus & contestabor te, Israel si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum dominus deus tuus quia eduxit te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud. Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adinventionibus suis. Si populus meus audisset me, Israel si in vestris meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset, & super tribulantes eos misisset manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibavit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos.

In septuagesimo nono psalmo vinea reparatur. Et in octogesimo pro torcularibus agit. Exultate deo adiutori nostro, quia surrexit vinea eius. Iubilate deo

de deo Iacob, reparata est vinea eius. Surrexit enim quem exterminavit incredulus populus. Ipsum utique exterminavit qui dixit: Ego sum vitis vera. Ipsum qui dixit. Exterminaverunt manus meas & pedes meos. Ipse vero qui exterminavit populus, a pro sylvestri est acrior, ecce surrexit. Qui ibi plorabatis, hic exultate, qui ibi tacuistis, hic iubilate, qui ibi anxii estis, hic in psalmis et hymnis cogaudete, & in die insigni, id est, in die redemptionis domini. Quia ipsa est dies solennitatis nostrae, in quo preceptum dare dignatur dominus ad testimonium Ioseph, eo quod visitatione visitaturus esset eos dominus. Ergo Ioseph testimonium de ipso posuit, cum exiret de terra Aegypti, linguam quam non noverat audiuit, post quadringentos triginta annos. Audiuit vocem dei per noctem Mosi genus Abraham, sicut ei promissum fuerat, cum divideret ab oneribus gravissimis dorsum eius. Quando manus eius in cophino serviabant, in luto & latere. Tunc in tribulatione invocasti me, & liberaui te, dicit ad Israel, dominus exaudiuit te in abscondito tempestatis, et exaudiui & inimicos tuos merui. Probavi te in aqua contradictionis, in murmure pessimo, in quo & Moses servus irreprehensibilis visus est offendisse. Audi nunc populus meus. Et loquar Israel, & testificabor tibi, me quem crucifigis ego sum deus. Et qui deus: Ipse qui te eduxi de terra Aegypti. Dilata os tuum, & ego adimplebo illud. Quid est quod tantopere iubes, ut dilatet os suum populus criminofus atque incredulus, qui crucifixit dominum? Dilata, inquit, os tuum, & ego adimplebo illud. O pessimus salvator, & humani generis crudelissimus reparator, Dilata os tuum, & ego adimplebo illud. Si vultis eundem mortem quam incurristis, bibite sanguinem quem sudistis. Sed quid sequitur? Non audiuit populus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et ideo dimisi eos secundum desideria cordis eorum, & abierunt in adinventionibus suis. Ad populum hunc ego veni, ad hunc populum & antequam venire, prophetas misi. Ad hunc solum populum apostolos antequam paterer destitui, qui me poenitus audire contempsit. Si enim me audisset, aut si in vestris meis ambulasset. Ad nihilum inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misisset manum meam. Sed principes sacerdotum, & scribae, & pharisei, qui erant inimici domini Iesu Christi, ipsi mentiti sunt populo, dicentes, Non est a deo. Illi autem miseri contra salutem suam illis mentientibus crediderunt. Et cum qui eos liberare venerat negaverunt, erit tamen tempus eorum in aeternum. Cum enim plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel salvus fiet, tunc cibabuntur & ipsi ex adipe frumenti, & de petra melle saturabuntur credentes, ex quo ceciderunt invidentes. Potens est enim dominus iterum inferere illos. Nos autem in fide eius stemus, ut ad nihilum inimicos nostros redigat. Et super tribulantes nos, siue spirituales hostes, siue carnales, mittat manum suam, per Christum dominum nostrum, qui regnat cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum Amen.

Psalmus Asaph,

LXXXI

Deus

d Eus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos dñi dicat. Vsq̄quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate, Eripite pauperem & egenū de manu peccatoris liberate. Nescierunt neq̄ intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi dñi estis, & filij excelsi omnes. Vos autē sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis. Surge deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

OMne quod honorifico nomine generaliter nuncupari potest, hoc speciale dei est, per naturam incōprehensibilis maiestatis eius, qua est deus, & dicit tamen homini, dedi te dominum Pharaonis, dicitur & dominus homo, cum deus solus sit dominus, dicit sanctus homo, cū deus solus sit sanctus, dicitur bonus homo, cū nemo bonus sit, nisi deus solus. Et hoc est deo simile in hominibus, quod ea quæ deus naturaliter possidet, homo per imaginem suscipit, tanto plus simulaturus, quanto fuerit amplius suis moribus eius similitudinem imitatus. Vnde & in præsentī psalmo deus ipse loquitur his, quibus iudicandi tribuit potestatem: Ego, inquit, dixi dñi estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Vnus de principibus, id est, diabolus & Iudas traditor, & Saul et Hieroboam, aut vnus ex his, qui principatum tenuerunt. Sic & vos caderis, quia iudicatis iniquitatem. Et facies peccatorum sumitis, non iudicatis pupillo & egeno, qui humilē & pauperem non iustificastis, non eripuistis pauperem & egenū, nec de manu peccatorū liberaastis. Et licet generaliter dicta sint ista de iudicibus & pauperibus, tamen pharisæis, vna cū principibus sacerdotum prophetia carminis sonat. Nescierunt enim neq̄ intellexerūt, quia dictum est illis, Nisi credideritis non intelligetis. Illi si credidissent, intelligerent suum esse dñm quem negabāt, & diligentē se odio p̄sequeretur iniquo. Esto secundum incredulitatem vestram non erat dominus, frater tamen erat Hebræus ex Hebræis, & parentes, fratres dicebatis apud vos esse. Dicite ergo quæ fuerit causa odij: Quare, inquit, infirmos curat in sabbatis? Et hoc meretur medicus odiū pro salute fratrum incurrere, & pro charitate sua, uestra exacerabilitate vexari. Verum quoniā qui odit fratrem suum in tenebris ambulat, atq̄ mouebuntur omnia fundamenta terræ, cum exūrget deus, vt iudicet terram. Recedamus ab odio fratrum. Quia qui odit fratrem suum, nescit quo eat, quia circumdāt eum tenebræ. Agamus ergo sollicitē de fine psalmi, vt cum surrexerit dominus iudicare terram, & nos in hæreditate capiat, in omnibus gentibus, qui regnat in sæcula sæculorū Amen

Canticum psalmi Asaph

LXXXII.
Deus quis

d Eus quis similis erit tibi, ne taceas, neq̄ compescaris deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt cōsiliū, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt uenite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. Quoniam cogitauerunt unanimiter simul aduersum te, testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum & Ismaelitæ. Moab & Agarenī, Gebal & Ammon & Amalech alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur uenit cum illis, facti sunt in adiutorium filijs Loth. Fac illis sicut Madian & Sisaræ, sicut Iabin in torrente Cyson. Disperierunt in Endor, facti sunt ut sterco terræ. Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebeq̄ & Salmana. Omnes principes eorum qui dixerunt hæreditate possideamus sanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem uenti. Sicut ignis qui comburit siluam, sicut flamma comburit montes. Ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomē tuum domine. Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram.

Octogesimus secundus psalmus habet quidem nomina gentium aduersus Israelitas dimicantium, contra quas exoratur altissimus deus, solus qui est super omnem terram dominus. Dicit autem contra Hebræos has gentes insurrexisse, Moab ex Loth, Amalech ex Cham. Hī erant in tabernaculis Idumeæ, & cum his associati sunt Ismaelitæ. Hī conabantur tenere sanctuarium dei captiuum. Contra hos vt non sileat, neq̄ compescatur dominus, exoratur. Ideo autem in capite habet, Deus quis similis tibi. Et in finem. Tu solus altissimus super omnem terram. Quoniam in dñs suis confidentes aduersum nos excitantur, qui te habemus deum, qui similem non habes. Tu enim solus es altissimus super omnē terrā. Nos autem, quia istæ omnes gentes ab Apostolis occupate in Christi hæreditate titulate sunt. Si hos factos ciues sanctorum per gratiam credimus, & domesticos dei, non de his dicamus: Inimici tui domine sonauerunt, sed de dæmonijs, quorum consilijs totus mundus, & carnaliter concutitur, & spiritaliter fatigatur. Tamen non vincemur carnaliter ab hostibus visibilibus, si nos inuisibiles spiritaliter vincemur. Nemo enim intrat in domum fortis, & vasa eripit, nisi forte ligauerit. Fortes ergo spiritales homines sunt, quorum vasa carnes sunt in exterioro

exteriores, homines sunt, cū illis interioribus agent dæmonia bellum. Quos cum vicerint, & occupauerint vasa eorū, id est, corpora eorū, quæ pro armis bellicis tractabant aduersus inimicos. His occupatis, illi excitant gentes, quia illos qui cōtra eos spiritaliter pugnare cōsueuerant, & armis orationū, & puræ cōscientiæ vincere, sciunt se penitus non habere. Da enim vnū spiritalē, qui istū psalmum contra centum milia gentes, p̄sumens de cōscientia, proterat, & vides protinus euenire victoriā. Verum quia cum his nobis adhuc congressio est, quos spiritaliter conamur vincere. Quia eos nondum vicimus, etiā si nos vicisse putemus. Quia si vicissemus spiritaliter, vt dixi, ne quā carnaliter vinceremur. Agamus ergo, vt quia terrenæ nobis superatur & occupantur prouinciæ, spiritales nobis patriæ non negentur, vt uel in fine vite nostræ in bono studio inueniamur, quia cogitant aduersum nos, dicentes: Disperdamus eos ex gente, vt nō memoretur deus nomen eorū amplius. Sciunt enim dæmones, quia si peccamus, sic erimus deo execrabiles, sicut & ipsi sunt. Rogemus dominū, vt sicut ignis cōburit siluas, & vt flāma cōburens montes, ita persequatur eos in tēpestate sua. Quia dicunt, inquit, hæreditate possideamus sanctuariū dei. Sanctuariū dei est, vbi mysteriorū sunt reposita sacramenta, ibi caro coelestis, ibi sanguis diuinus, ibi charissimæ virtus, ibi fons perennis est, & lex diuina, ibi sunt omnia ista intus in nobis, qui per fidē sanctuaria dei facti sumus. Ergo excitemus in zelū dominū, dicentes ei: Domine quos tuo sanguine redemisti, quos tu sanctuariū dignatus es facere, inuadunt ab his, qui aduersum testamentū tuū disposuerunt. Imple facies eorū ignominia, vt cōfundantur & pereant in æternū. Dum enim illi perierint qui impediunt cognoscere dominū. Tūc cognoscat omnis gens quia tu solus es altissimus super omnē terrā. Sicut deiectis deniq; vbiq; tēplis & idolis i ecclesia dominus regnat super omnē terrā corporis nostri, regnat dominus Iesus Christus, qui est cum patre & spiritu sancto vnus deus & solus altissimus per omnia sæcula sæculorum Amen.

In finem pro torcularibus filijs Chore psalmus. LXXXIII.

q Vam dilecta tabernacula tua dñe uirtutū cōcupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Cor meū & caro mea exultauerūt in deū uiuū. Etenim passer inuenit sibi domū, & turtur nidū ubi reponat pullos suos. Altaria tua dñe uirtutū, rex meus & deus meus. Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sæculorū laudabūt te. Beatus uir cuius est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarū in loco quē posuit. Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutē, uidebitur deus deorū in Sion. Dñe deus uirtutū exaudi orationē meā, auribus percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciem

faciē Christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Quia misericordiā & ueritatē diligit deus, gratiā & gloriā dabit dñs. Nō priuabit bonis eos, qui ambulāt in innocentia, dñe uirtutū beatus homo qui sperat in te.

Cum in octogesimo secundo psalmo confusi fuerint & perierint, qui occupare uolentes sanctuariū dei, dabant fastidiū castitatis, & legendi & psallendi pariter, ac de bonis rebus cogitandi impedimenta gignebant. Regnante in nobis domino, nos qui eramus filij Choreb p̄uaricatoris. Hoc malo patre a terra deuorato, dei filij efficiamur. Et qui ante ignē alienū a deo bibimus, & auaritiæ ferre cogitabamus. Nunc igne amoris diuini succensimur. Quā amabilia, quā dilecta, quamq; pulchra tabernacula tua, in quibus habitas domine deus uirtutū. Quæ sunt ipsa tabernacula, de quibus dicit: Quia cōcupiscit & deficit anima mea in atrijs eius, in quibus & cor eius & caro exultat noui huius amatoris, in quibus, inquit, passer Christus inuenit sibi domū. Inibi & turtur nidū, id est, ecclesia, vbi cōgreget pullos suos, Vbi sunt, inquit, altaria tua domine uirtutū, id est, mysteria tua, rex meus et deus meus. Beati q ad ea pertingunt, quia in æternū laudabunt te. Ibi ei auxiliū habentes tuū, ascensiones ponunt in corde suo, non in cōuiujs ridentū, sed in conualle lachrymarū. Ibi enim benedictionē accipiunt a te, a quo legē susceperunt, & uident in his deū deorū in Sion, id est, in ecclesia tua, in qua dñe deus uirtutū exaudies preces, nō uitorū deus ille amet me, illud adquirem, illud habeā, has uitorū preces dedignatur dñs uirtutū. Et quid amplectitur? Da mihi castitatē, sapientiā, cōtēptū mundi, patientiā, charitatē, bonā suspicionē in proximo, si ista uirtutū genera sunt, & deus uirtutū est quē oramus. Hijs utiq; rebus annuit, quibus nos suæ faciet naturæ cōsortes. Cū respicit in faciē Christi sui, & hominē uiderit sedentē ad dexterā suā, per quē melior dies vna, quia æterna erit, & noctē non habebit, in lætitia erit credentiū, melior erit hæc dies vna in regno eius super milia annorū, quæ sunt in terra consumpta. Qui hæc autē credit plus elegit abiectus esse in cōuersatione credentiū. Quia domus dei non cemento constat & calce, sed in homine credente, & eius præcepta seruante. Inter nos ergo melius est mihi pro abiecto haberi, quā si pro rege habear in tabernaculis peccatorū, vbi misericordiā & ueritatē diligit dominus, & post misericordiā uiderit & ueritatē custoditā ab eo, cui eam dedit dominus. Post hæc gratiā & gloriā dabit, ita vt sine successione eas possideat. Non enim priuabit bonis eos, qui ambulauerint in innocentia. Ad hæc dicamus omnes. Domine deus uirtutū, beatus uir qui sperat in te. Vir cū dixeris, non sexū discreuisti, sed mentē. Fœmina enim uirum ager uirtutū. Amat rex quæ iure uir dicitur, cū uitia quæ fœminā etiā uirū faciūt, animi sui credulitate prostrauerit per gratiā domini nostri Iesu Christi, qui regnat cū patre, & spiritu sancto in sæcula sæculorum Amen.

In finem filijs Chore.

LXXXIII.

Enedixisti domine terrā tuā, auertisti captiuitatē Iacob.

B Remisisti iniquitatē plebis tuę, operuisti omnia peccata eorū. Mitigasti omnē irā tuā, auertisti ab ira indignationis tuę. Cōuerte nos deus salutaris noster, & auerte irā tuā a nobis. Nūquid in eternū irasceris nobis, aut extendes irā tuā a generatione in generationē. Deus tu cōuersus uiuificabis nos, & plebs tua letabitur in te. Ostēde nobis dñe misericordiā tuā, & salutare tuū da nobis. Audiā quid loquat in me dñs deus, quoniā loquetur pacem in plebē suā. Et super sanctos suos, & in eos qui cōuertūtur ad cor. Verūtamē prope timentes eū, salutare ipsius ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordiā & ueritas obuiauerūt sibi, iustitia et pax osculatae sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatē, & terra nostra dabit fructū suū. Iustitia ante eū ambulabit, & ponet in uia gressus suos.

Octogesimus quartus psalmus nihilominus Chore filijs adplicatur. Chore filij sunt, quibus pater ignē alienū in altare volēs ponere, tollit & pater Christus, per gratiā cōdonatur. Sicut em̄ illius ignis libido est cōtra deū & cōtra Moſen, id est contra legē vadens, ita huius ignis, corda credentiū in amplexu misericordię & ueritatis excitat, ita ut iustitia & pax osculentur se. Quādo autē ista gesta sint, si requiris ausculta. Quādo benedixit dñs terrā suā aduentu suo, tunc auertit captiuitatē Iacob. Tūc remisit impietatē plebis suę, mitigauit omnē irā suā, & auertit a nobis irā indignationis suę. Ostendit deus nobis misericordiā suā, & salutare suū in Christo dans nobis. Audiāmus quid loquatur, qui uenit & benedixit terrā suā: Pacē meā, inquit, do uobis. Ecce sic loquitur pacē in plebē suā. Primo super sanctos, id est, super Apostolos. Post hæc super eos, qui per Apostolos conuertuntur ad eū. Prope est enim timentibus deum salutare ipsius, si inhabitauerit gloria, id est, spiritus sanctus in terra nostra, id est, in corporibus nostris, quo habitāte, misericordiā & ueritas occurrunt sibi in nobis charis amplexibus. Iustitia uero & pax osculantur se. Quia ueritas qui est Christus, de terra, id est, de Mariā orta est, & ita iusto hoc iudicio factū est, quod cū fieret docebamur, quod iustitia de cœlo prospexit. Cū dominus daret hanc benedictionē Marię. In qua quasi terra nostra, ex nostra utiq; materia, daret fructū suū. Suum utiq; hominē perfectum, ex semine Dauid secundum carnem, ante quem iustitia ambulauit in Ioāne baptista, ut ita poneret in uia gressus suos, ut ipse esset uox Esaię uaticinatione promissa, qua clamaret in deserto huius sæculi: Parate uias domini, rectas facite semitas dei nostri. Nam & Zachariās sic dicit Ioanni. Tu quidem puer propheta altissimi uocaberis. Præbis enim ante faciē domini

parare

parare uias eius. In ipso ergo iustitia ante eum ambulauit, ut ipsa iustitia per Christū poneret in uia qua iretur ad cœlos gressus suos, ut sequamur uestigia eius, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, ipsi gloria in sæculorū sæcula Amen.

Oratio Dauid

LXXXV.

Incлина domine aurem tuam & exaudi me, quoniā inopset pauper sum ego. Custodi animā meā, quoniā sanctus sum, saluū fac seruum tuum deus meus sperantē in te. Misere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die, lætifica animam serui tui, quoniā ad te domine animā meam leuaui. Quoniā tu domine suauis & mitis, & multę misericordię omnibus inuocantibus te. Auribus p̄cipe dñe orationē meam, & intende uoci deprecationis meę. In die tribulationis meę clamaui ad te, q̄a exaudisti me. Non est similis tui in dijs dñe, & nō est secundū opera tua, Omnes gētes quascunq; fecisti ueniēt & adorabūt corā te dñe, & glorificabūt nomen tuum. Quoniā magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in uia tua & ingrediar in ueritate tua, letetur cor meum ut timeat nomen tuū. Confitebor tibi domine deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordiā tua magna est super me, & seruisisti animā meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerūt super me, & synagoga potentium quæsierūt animā meam, & nō proposuerunt te in cōspectu suo. Et tu dñe deus miserator & misericors, patiens & multę misericordię & uerax. Respice in me, & misere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuę. Fac mecum signum in bono ut uideant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti & cōsolatus es me.

Dum in octogesimosecundo ageret: Deus q̄s similis tibi. Nunc in octogesimo quinto dicit: Non est similis tui in dijs dñe. Quod si interrogauerat quasi ignarus, edocuit. Ibi cōtra omnes gētes, Hic omnes gentes, inquit, quas fecisti, nō ueniēt & bellabūt, ait, sicut ibi dixerat, Sed ueniēt, inquit, & adorabunt coram te dñe. Vnde ista tibi p̄sumptio: Si inclinaueris, inquit, aurem tuam, & audieris me, & custodieris me, q̄a sanctus sum, id est, q̄a sanctificatus sum, & lætificaueris me, q̄a seruus tuus sum, & in die tribulationis meę clamantē me ad te exaudieris, & deduxeris me in uia tua, & ambulauero in ueritate tua, & liberaueris animā meam ex inferno inferiori, & hos in iustos sp̄s immundos, q̄ insurrexerūt in me cōfuderis, tūc lætabit cor meū
m̄ de uictoria,

de victoria, & timebunt nomen tuū de pugna. In prælio enim hoc vnum et solum solatiū habui, quod te dñm meum me timere gloriabar. Cum hij qui insurrexerūt in me, nō proponerent te ante oculos suos. Verum qa misericors & miserator es, & cōtempores tuos non occides, sicut in illis misericors es, in me verax esto, & da potestatem tuam puero tuo Iesu Christo, & saluū fac filium ancillæ tuæ Mariæ. Illo enim exurgente a mortuis & ascēdente in cœlum, nos Apostoli & discipuli eius habebimus signū crucis eius in bono cū vniuersis q credimus, ita vt videāt in frontibus nostris signū tuū, & con/ fundant, siue visibiles, siue inuisibiles inimici. In ipso enim signo adiuuas, & in ipso cōsolaris nos, qui regnas in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus cantici filijs Chore LXXXVI.

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Memor ero Raab & Babilōis, scientibus me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopū, hij fuerunt illic. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Dominus narrauit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerūt in ea. Sicut latantiū omnium habitatio in te.

OMnes pene psalmi qui in filijs Chore intitulant, læticia pleni sunt. Non enim secuti iniquitatem patris, alienū a deo ignē libidinosum assumūt, sed hoc amantes quod diligit dominus. De ciuitate gloriosa loquunt. Quod tamen principium dederit psalmo octogesimo sexto pphetiæ spūs, requiritur. Fundamēta eius. Adhuc nō dixisti cuius, & dicis iam eius? Vnde ad/ paret deum tibi ostendisse ciuitatem, cuius te positio, dum cātares domino, adpellauit, & dans tuę cogitationi responsū, subito exclamasti: Fundamēta illius ciuitatis quam cogito, cuius portas diligit dñs sup omnia tabernacula Iacob, de qua gloriosa dicta sunt a pphetis. Fundamēta eius in montibus sanctis. Ibi sunt fundamēta ciuitatis, quos Christus mōtes excelsos fecit, quorum vertices cœlum pulsant, in qbus transfigurant in splendore, in qbus adparent cum eo Moses & Helyas, in qbus lex & pphetia cum Christo concor/ dant, in qbus apertis cœlis, clamat pater de Christo suo, Hic est, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. In ipsis mōtibus fundamēta sunt ecclesiæ collo/ cata. Fundamētū autem ibi nemo potest ponere, præter id quod positū est. Saxum enim positū est solidū. Et si quis præter hoc quod positū est posuerit, in arenā posuit. Sed forte dicis, cum vnū fundamētū memoret Apostolus, quomodo hic plura memoras fundamēta? Ad hoc illud respice, si regē dixeris Christum solum, dicat tibi, rex regum est. Si dñm, respōdebit tibi, dñs dominantī est. Si sanctum, sanctus sanctorū est. Sic & si solum fundamētū memores, fundamētū fundamentorū negare nō poteris. Vñ idem Apōsto/ lus su

lus superēdificari credentes Christo desyderat & exoptat, super fundamētū Apostolorū & pphetarum. In hac ergo ciuitate memorabo Raab, excipien/ tem nuncios, & Babylonem ducentem captiuos gentiū scilicet plebes sordi/ das in fornicatione, sicut Raab, & superbas in virtute sicut Babylon. Has di/ co, inquit, in ista ciuitate venturas, vt sciant te. Ibi enim & alienigenæ, ibi Ty/ rii, ibi etiam populus Aethyopum clamabūt de Apostolis, dicētes, Audiui/ mus eos vnusquisq linguis nostris loquētes magnalia dei. Ibi cognouimus matrem Sion dicentē, quod homo & homo natus sit in ea, in Sion puincia matrē ciuiū Hebræorū dicentē: Cognouimus nos gētes, quod homo Adam primus factus sit ex terra in animā viuētē, nūc alius homo nouissimus Adā natus sit ex virgine, in spū viuificante, Primus homo generat filios q possi/ deant terram, secūdus homo generat, qui possideant cœlos. Ecce homo & ho/ mo, hoc vos gentes vnde nostis? In Sion, id est, in ciuitate, cuius fundamēta, in montibus sanctis sunt. Ibi nobis dictum est, Dominus hoc narrauit in scri/ pturis populorū & principū, qui fuerunt in ea, & hoc didicimus quod in ha/ bitatione eius nullus erit tribulans, nullus suspirans, nullus flens, nullus adfli/ ctus, sed lætantiū erit omniū habitatio in ea. Quorū læticia, quia verbis ex/ primi nō potuit, comparatione distincta est, vt quanta potest omnium no/ strorum, qui in sæculo sumus læticia in vnā summā colligi, tāta in vno ei ha/ bitatore fundatur, per eum qui fundauit eam altissimus, regnās cum filio pa/ tre & spiritu sancto, per æterna secula seculorum Amen.

Canticū psalmi filij Chore in finē p Amalech, ad respon/ dendū intellectus Heman Izraitæ, LXXXVII.

Omine deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. **I**ntret in cōspectu tuo oratio mea, inclina aurē tuā ad pre/ cem meā. Quia repleta est malis anima mea, & uita mea inferno adpropinquauit. Aestimatus sum cū descēdētibus in lacū, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut uul/ nerati dormientes in sepulchris, quorū nō es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Postuerūt in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis. Super me cōfirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos reduxisti sup me. Lōge fecisti notos meos a me, posu/ erunt me abominationē sibi. Traditus sum & nō egrediebar, oculi mei languerūt præ inopia. Clamaui ad te dñe, tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici susci/ tabunt & cōfitebūtur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuam, & ueritatem tuam in perditione. Nunquid co/ gnoscent in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis. **E**t ego

Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea p̄ueniet te. Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam a me. Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circudederunt me sicut aqua tota die circudederunt me simul. Elongasti a me amicum & proximū, & notos meos a miseria.

In huius psalmi titulo nominantur quidam filij Chore, sed psalmus canticū suum pro Malech dirigit, & dat intellectum Eman Israelitæ, Malet, id est, destitutum vocant. Eman inopem. Ergo ad destitutū & pauperem sermo est. Credo ad illum destitutū, quem relinquentes discipuli solum in manibus, fugerūt. Ad quem autem pauperem, nisi ad eum, de quo Apostolus memorat. Quia cū diues esset, pauper p̄ nobis factus est, ita vt oculi eius infirmati sint p̄ inopia. Paup̄ non habens diuitias immortalitatis in passione. Cuius oculi p̄ ipsa infirmitate in morte clausi sunt. In qua dicit, medici suscitare non possunt, in qua dicit positū se in lacu inferiori, in tenebris & in vmbra mortis. Tempore quo posuerūt eum abominationem sibi, quo traditus est Iudæ. Tunc, inquit, quando traditus sum & non egrediebar. Calicem nō exiebam passionis, de manibus ligantium me. Tunc oculi mei infirmati sunt p̄ inopia. Non enim utebar salutem deitatis, sed patiebar infirmitatem humanitatis adsumptę. Audiamus ergo qd ipse homo adsumptus loquatur: Fecisti nasci ex virgine, vt narrantes mirabilia tua, credant homines, & ab incredulitate fugientes, ad vitam adtingant. Ambulare fecisti super squora tumētia siccis pedibus, imperare ventis, cęcis lumen reddere, infirmantibus salutem, mortuis vitam quam amiserant reuocare. Quid modo ad mortem me ire permittis? Nunquid narrabūt in sepulchris misericordiam tuam, aut in perditione positi, agnoscunt veritatem tuam, aut cognoscunt iustitiam tuam reducti in terram obliuionis? Hęc sunt quę clamaui ad te in oratione mea, dum dicerem, Si fieri potest trāseat a me calix passionis. Verum quia nō potest transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua, exalter in cruce, humilier in conspectu iudicis, & videar confusus in mortem, & hoc modo sim exaltatus & humiliatus, & confusus. Verum quia inter mortuos liber sum, mane oratio mea p̄ueniet te, & videbunt resurgentem, quem viderant tota die expandisse in cruce manus suas. Et post hęc in sepulchro positum, a quo longatus est omnis amicus, & omnis proximus, pro ipsa miseria passionis. Intra enim oratio eius in cōspectu dei. Et inclinauit aurem suam ad preces eius, & vita eius quę in infernū adpropinquauit, exurgat a mortuis. Dum enim mane factū fuerit, statim oratio eius p̄ueniet, promissionem resurrectionis perficiens, vt non solum se viuētem exhibeat, sed & in cœlis ascendentem ostendat. Cui gloria in sęcula sęculorum Amen.

Intellectus

Intellectus Ethan Ezraitæ

LXXXVIII.

Misericordias domini in æternum cantabo. In generatione & generationē, annuntiabo ueritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis, p̄parabitur ueritas tua in eis. Disposui testamētum electis meis, iuravi Dauid seruo meo usq; in æternum p̄parabo semen tuum. Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam. Cōfitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filiis dei. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus uirtutum quis similis tibi, potens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris, motum autē fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut uulneratū superbum, in brachio uirtutis tuę dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrę & plenitudinē eius tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuū brachiū cū potentia firmetur manus tua & exaltetur dextera tua, iustitia & iudiciū p̄paratio sedis tuę. Misericordia & ueritas p̄cedent faciē tuā, beatus populus qui scit iubilatiōē. Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in in iustitia tua exultabunt tota die, & in nomine tuo exultabuntur. Quoniam gloria uirtutis corę tuę, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū. Quia domini est adsumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Tunc locutus est in uisione sanctis tuis, & dixisti posui adiutoriū in potēte, & exaltaui electū de plebe mea. Inueni Dauid seruū meū oleo sancto meo unxi eū. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meū confortabit eū. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non adponet nocere ei. Et concidā a facie ipsius inimicos eius, & odientes eū in fugā cōuertā. Et ueritas mea & misericordia mea cū ipso, & in nomine meo exaltabitur corui eius. Et ponā in manū eius, & in fluminibus dexterā eius. Ipse inuocabit me pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meę. Et ego primogenitū ponā illū, excelsum p̄ regibus terrę. In æternū seruabo illi misericordiā meā, & testamentū meū fidele ipsi. Et ponā in facu-

n lum se

*origo homi-
7. sup. iohne
iubilatio hic
inducit que
da compositio
a. manimi
sup. ad. em.
alavito*

lum sæculi semen eius, & thronū eius sicut dies cœli. Si autē dereliquerint filij eius testamentū meū, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea nō custodierint. Visitabo in uirga iniquitates eorū, in uerberibus peccata eorū. Misericordiā autē meā nō dispergā ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. Neq; prophanabo testamentū meū, & quę procedunt de labijs meis nō faciā irrita. Semel iurauī in sancto meo si Dauid mētiar, semen eius in æternū manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū, & testis in celo fidelis. Tu uero repulisti & despexisti, distulisti Christū tuū. Auertisti testamentū serui tui, prophanasti in terra sanctuariū eius. Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentū eius formidinē. Diripuerunt eū omnes transeūtes uia, factus est opprobriū uicinis suis. Exaltasti dexterā deprimentiū eum, lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutoriū gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione, & sedē eius in terra collidisti. Minorasti dies tēporis eius, perfudisti eū confusione. Usq; quo domine auertis in finē, exardescet uelut ignis ira tua. Memorare quę mea substantia, nunquid enim uane constituisti omnes filios hominū. Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortē, eruet animā suā de manu inferni. Vbi sunt misericordię tuę antiquę domine, sicut iurasti Dauid in ueritate tua. Memor esto domine opprobrij seruari tuorū, quod continui in sinu meo multarū gentiū. Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt cōmutationē Christi tui. Benedictus dominus in æternū fiat fiat.

DE tēpore illo, quo numeratus est populus huius psalmi historia declarat. Mysteriū uero psalmi, ad domini nostri passionē extēditur. Dicamus ergo prius historicū sensum, & de hoc ad sensum mysticū conuertamur. Ethan Hebræi humiliatū uocat. Humiliat ergo rex Dauid per diminutionē populi. Totū de misericordijs dñi excitat carmē. Se misericordias dicit dñi eternas cantare, deū dicit dixisse, in eternū misericordiā edificare, cœlos. Dicit misericordias cōfiteri dñi, dicit sibi seruo suo iurasse, et hęc ueritatē in cœlis præparasse, quādo disposuit testamentū electis, tūc iurasse Dauid seruo suo, Quid autē iurasset inferius pandit. Quod si etiā filij eius, inquit, reliquerint legē meā, visitabo in uirga, & in uerberibus peccata eorū, misericordiā uero meā nō tollā ab eis, neq; nocebo ueritatē meā. Et adiecit, Semel iurauī in sancto meo, si Dauid mētiar. Tu autē dñe repulisti, & expulisti, & distulisti Christum

stū tuū, id ē, Dauid regē. Quia per occasionē unius facti eitis, totus populus moritur. Et ideo ait, Nunquid in vanū cōstituisti filios hominū. Quis est homo qui uiuit & non uidebit mortē? Aut quis eruit animā suā de manu inferi? Vbi sunt misericordię tuę antiquę dñe, sicut iurasti Dauid in ueritate tuā? Sufficiat nobis historicus sermo, ascēdamus ad mysticū. In Christo em̄ misericordiā æterna ædificata est, nō manufacta ædificatio, sed spū sancto cōposita. Cuius ueritas ē ita in cœlis preparata, ut disposito testamēto legis suę iurasset Dauid seruo suo, qd de fructu vētris eius poneret sup sedē suā, cui nullus similis esset inter filios dei, ut ē magnus & metuendus sup oēs, qui in circuitu eius sunt. Oēs em̄ serui eius sunt. Signū autē dedit seipm esse dñs Iesus Christus, cū in nauī positus, ip̄e dñatus sup potestates maris, et motū fluctuū eius ipse mitigauit, & humiliauit sicut vulneratū superbū, ipsum diabolū, & in uirtute brachij sui dispersit oēs dæmones. Tūc suos ostēdit cœlos, cū cæcis lumē cœlorū daret. Suā ostēdit terrā, cū sepultos iuberet eā mortuos reddere. Se quoq; Aquilouē creasse ostēdit, cū eius flatibus imperaret. Thabor & Hermon in eius nomine exultauerūt, cū uiderēt habitatores horū montiū Hierosolymis uicinarū, infirmos suos saluari, ab eo paralyticos curari, leprosos mundari, mortuos suscitari. Ipsi montes, id ē, Thabor & Hermon in Iesu nomine exultabunt, dicētes ei, Tuū brachiū, & tua potētia, quia firmat manus tua & exaltet dextera tua super omnē ægrotantiū sanitatē. Nos exultamus, nō solū te ista faciēte, sed & discipulos tuos uidemus dñe in lumine uultus tui ambulātes, qm̄ gloria & uirtus eorū tu es. Tua est em̄ deus adsumptio hoīs. quod locutus te ac dixisse per os sanctorū, sacra testat scriptura, electuri electū de plebe dei, in quo gloriē gloria manus tuę, qui tibi deo diceret in ueritate, Pater meus es tu. De quo & tu diceres, Ego primogenitū ponā eū, ut in nomine eius omne genu flectat cœlestiū, terrestriū, & infernorū, & omnis lingua cōfiteat. Quia dñs Iesus in gloria est dei patris qui posuit in sæculū sæculi sedē eius, cui testamentū suū in æternū fideliter seruat. Cuius dies sicut dies cœli sunt repromittit. Hic tñ pro peccatis nostris ab inimicis suis tētus, prophanata est in terra sanctitas eius. Nō permisit, nec in vno discipulo adiutoriū gladij eius, sed clamat ei, Recōde gladiū tuū in theca tua. Et cū posset ei exhibere plusq; duodecim legiones angelorū, noluit auxiliari ei in hoc bello, sed minorauit dies tēporis eius, & perfudit eū tanta cōfusione, ut cū impijs deputatus, in medio homicidarū crucis cōpelleretur subire patibulū. Nō est hoc irascentis dei, sed miserentis. Quid tamē dicit? Quia patit, quousq; accendit, uelut ignis ira tua. Memorare dñe, qd ex uirgine me genuisti, & memor esto quę sit mea substantia. Quia cū oēs homines moriātur in peccatis suis, ita ut nullus sit qui uiuat, & non uideat mortē, & pene nullus sit, qui eruat animam suā de manu inferi (conclusa sunt enim omnia in incredulitate, ut omnibus miserearis) ueniant misericordię tuę promissę dñe, & memor esto Apostolos, quos cōtinui in sinu meo, lucratores multarum gentium, quos exprobrauerūt inimici tui domine, quos exprobrauerūt ad cōmutationem

Christi tui, alium Christum expectantes, istum qui passus est denegantes. Nos autem qui scimus iubilationem in lumine vultus eius ambulemus. Et quem fleuimus patientem, gaudeamus a mortuis resurgentem, et adorantes eum, dicamus ei: Benedictus es domine in æternum fiat fiat. Orantes ut in fine nostro confessionis nobis ista proficiat, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum Amen.

Oratio Moysi hominis dei.

LXXXIX.

Domine refugium tu factus es nobis a generatione in generationem Priusquam montes fierent aut formaretur terra, & orbis a seculo & in seculum tu es deus, ne auertas hominem in humilitate & dixisti conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterijt. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, uerspere decidat, induret & areseat.

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras, in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione uultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. His autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Conuertere domine usquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris. Lati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

Octogiesimus nonus psalmus canit dominum nostrum, qui refugium factus est nobis in Christo Iesu. Hunc esse qui fecit montes & firmavit terram et orbem, a seculo, & in seculum, antequam ista fierent, iam tunc regnasse. Interrogas Dauid, & dicas ei: Vnde hoc nostis? Quia deus tuus antequam fieret terra, iam deus erat & regnabat. Respondet tibi: Moses ille magnus propheta, qui locutus est cum deo facie ad faciem, quasi loquatur cum amico suo. Ipse ex ore dei didicit, et ipse nos docuit. Hæc quare egimus? Quia legimus in titulo, Oratio hominis dei. Quæ ergo ab ipso didicerat, ipsius ei nomini consecrauit.

uit

uit. Quæ autem causa in mysticum vadit? Quia præuidit anathemabiles esse hæreses, diciturus filium dei, qui refugium factus est nobis in Christo, non sicut ille priusquam mundus fieret, & firmaretur terra & orbis. Contra hos ait, A seculo in seculum tu es deus. Non auertas hominem in humilitate, hoc est, in humilitate positum hominem non condemnas, quia dixisti, Conuertimini filij hominum, hoc est dixisti te superbis resistere, humilibus gratiam condonare. Ne auerteris hominem in humilitate positum, qui quasi herba oritur, & quasi flos, quod mane ortum, uerspere arefcit. Cum apud te mille anni sic sint, sicut una dies, aut sicut custodia in nocte. Custodia in nocte quarta pars noctis est, quæ si pastores diuidunt, ut ternis horis alijs custodientibus, alijs qui escentibus transeat. Quod autem memorat quia defecimus in ira tua, hoc memorat, quod antecessor in psalmo cecinerat. Post populi numerum in ira tua defecimus, quia posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. & in seculo nostrum in lumine vultus tui. Contra herbam & araneam, & contra flos ferri, domine qui semper misertus es hominibus, quid moueris? Tibi anni mille sic videntur, sicut nobis nocturna vigilia. Nostri autem anni, qui sicut aranea meditantur, vix ut multum octoginta anni sunt, & plus est in nobis labor & dolor. Quid tanta mansuetudo venit super miseros. Quid tam grauius corripimur? Quis nouit potestatem iræ tuæ? Nunquid sciebam te irasci, si ego populum numerarem? Sufficeret quia impeditum corde fecisti sapere. Conuertere domine aliquantulum, & esto deprecabilis super seruos tuos. Quotiescumque transierunt a nobis tenebræ peccatorum per correctionem, quasi in mare positam misericordiam præbuiti, per quam exultauimus & delectati sumus, in omnibus diebus, quibus nos humiliasti, & in annis quibus uidimus mala. Sic fac & modo, quia iam dexteram tuam notam fecisti, & exaudisti nos, & fecisti sapere quod deliquimus. Noli delectari in morte nostram, qui dixisti peccantibus, Conuertimini filij hominum, quia non delectaris in perditione inuorum. Respice obsecro in seruos tuos, & in opera manuum tuarum, quia sicut scriptum est, quia opera manuum tuarum nos omnes, quia patres indignatione tua correpti defecerunt. Dirigantur filij eorum per aduentum domini nostri Iesu Christi filij tui, ut sit splendor domini dei nostri super nos, per quem opera manuum nostrarum. Per ipsum enim directus est omnis tenor disciplinæ, emendata lex, correctæ peruersitas, æquitas adimpleta, ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Laus cantici ipsi Dauid.

XC.

Qui habitat in a liuitorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Dicit domino susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo uenientium, & a uerbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te ueritas

n 3 tas

tas eius, non timebis a timore nocturno. A sagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis, ad te autem non adpropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributio nem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine spes mea altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum, & flagellum non adpropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

Multi putant libertatem arbitrii eorum sibi posse sufficere, ut sese per ipsam libertatem ab hostibus inuisibilibus eruere posse confidant. Libertatem autem arbitrii, & negare periculum est, & nudare peccatum. Si enim negaueris, omnibus frena laxasti: si nudaueris, decepisti. Nam negas si dixeris, Deus si uult bonus sum, si non uult bonus non sum. Cum constet deum uelle omnes homines saluos fieri, & unusquisque suo sit iniquus arbitrio. Nudas autem, cum tantum ipsi arbitrio dederis, ut eum rebus diuini adiutorii denudaris. Nam qui habitat in adiutorium altissimi, & qui in protectione dei caeli comoratur, & dicit domino, Susceptor meus es, & refugium meum, quia dicit sperabo in eum, quia ipse liberabit me de laqueo daemonum, & a verbo aspero suggestionum eorum. Si ita dixeris, si ita credideris, tunc demum in scapulis suis obumbrabit te, & sub pennis eius sperabis. Pennae dei, angeli eius sunt, quorum custodie mancipamur. Scuto circumdabit ueritas eius. Scuto, corporis, sanguinis christa- tis, quo scuto & defendimur & coronamur. Sic enim psalmus alius adserit, quod scuto bonae uoluntatis coronet nos. Hoc etiam in isto psalmo, ut non timeamus a timore nocturno. Libidinosae scilicet uoluptatis, cuius sagitta uolat per diem. Quod enim in adspectu luminis concupiscit, huius negotium in tenebris perpetrat, aut in ruina aut in demonio meridiano perficit. Sed si habitaueris in adiutorio altissimi, cadet a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis. Sinistrum in eo, qui sub auxilio dei agit, non nominat, sed latus tantum exponit contra quod mille insurgunt, a dextris autem decem milia. Latus hoc sinistrum quod noluit nominare, liberum arbitrium est, contra quod minor pugna laxatur. In dextera autem dei auxilium est. Et ideo prius nominauit latus, quia in arbitrio est, ut credas prius, ut dum credideris gratiam consequaris. Inuenies nam multiplicem uirtutum cuneum, auxiliorum in dextera. Ipsa arma tropaeo crucis frontem, ipsa

tem, ipsa loricae mysteriorum adsumit, ipsa suscipit salutis remedia, ipsa loquentis exprimit signa. Nam & quod memorat sapientia dei, quod uias quae a dextris sunt nouit dominus, peruersae autem sunt a sinistris. Hoc ostendere fortasse uoluit, quod quando uincimus, patris dextrae uirtutibus tradimus, quando autem uincimur, sinistrae parti infirmitatibus adplicamus. Auxilium non uincitur dei, sed nostri libertas arbitrii superatur. Qui si propensiores fuerimus in dextera, angelis suis mandat de nobis, ut custodiant nos in omnibus uis nostris. Ita ut si super aspidem & Basiliscum ambulemus, id est, super diabolum, Et regnum eius conculcare possimus & leonem & draconem. Haec enim dicit dominus, quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Inuocauit me, ego exaudiam eum. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum. Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Psalmus canticum in die sabbati.

XCI.

Onus est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.

b Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum meditabor. Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunda factae sunt cogitationes tuae. Vir insipiens non cognoscat & stultus non intelliget haec. Cum exorti fuerint peccatores sicut foenum, & adparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ut intercant in saeculum saeculi, tu autem altissimus in aeternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergent omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabit sicut unicornis cornu meum & senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentibus in me malignantibus audiet aures mea. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atrijs domus dei nostri florebit. Adhuc multiplicabunt in senecta uberi, & bene patientes erunt ut annunciet. Quoniam rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo.

De sabbato inimici domini percunt, ut die dominica amici domini gratulentur. Sabbato enim iacet dominus in sepulchro mortuus, & in die dominica adoratur inter angelos uiuos. In hac re nimis profunda factae sunt cogitationes eius, quas uir insipiens non cognoscat, & stultus non intelligit ea. Nobis autem bonum est, si confiteamur peccata nostra cotidie & psallamus nomini eius altissimo, si annunciemus mane, a tenebris peccatorum exuti, misericordiam eius, & dum uenerit nobis nox questionum, nequaquam ad libitum, quae nescimus;

*senectus est
sapiens
addit. com
cipit in ex
posito sim
bati in pna*

vsurpando loquamur. De deo enim loqui etiā vera, quia periculofum est ti-
meamus. Ea ergo quæ lucida sunt in scripturis sanctis, præiudiciū ab obscuris
locis pati non debent, utpota proferamus aliquid breuiter, de quo vni-
uersa noscantur. Habes in lucido positū, non esse personarū acceptionē apud
deū, Hoc Petrus, hoc Paulus, hoc omnes euangelistæ testantur. Quod si nō
dicerent, tam lucida diffinitio est, ut illis eā tacētibus crederemus. Quid nūc
Cōtra hanc in obscuro nascitur quæstio. Iacob dilexi, Esau autē odio habui.
Et cui vult miseretur, & quē vult indurat, & multa similia. In his positus in
nocte deuenisti. Non potes luci diei noctis huius caliginē tradere, & diei me-
dio vim tenebrarum inferre. Si est tibi sermo, annuncia veritatē in nocte, sin-
alias, sit digitus tuus super cætuū. Si enim mille tales quæstiones inuenias,
nunquam probabis domini per electionem personæ vnum velle, recusare
alium. Aliud est, si doceas Esau bonū fuisse in operibus suis, & inique odio
habitū. Aut Iacob malorū operum reum iniuste delectum. Sed rumpamus
moras alieni operis, et in decem chordarum psalterio delectet nos dominus
in factura sua, & in operibus manuum eius, quas expandit in cruce. In his
inquam operibus exultemus. Ibi enim magnificata sunt opera eius, quæ vir
insipiens non cognouit. Populus incredulus Iudeorum, qui sicut scœnum ex-
orti, parauerunt operantes iniquitatē, ut intereant in sæculum sæculi. Atq; do-
mino in æternum manente, hī peribunt & dispergentur super vniuersam
faciem terræ omnes Iudæi operātes iniquitatem. Christus autem ut palma
floreat, plantatus in domum suam, in atrijs domus dei nostri florebit, & mul-
tiplicabitur in senectā vberi. Hic senectā non ipsius, sed sæculi senectam com-
memorat, quia sæcula finiunt, & senectute deficiunt. Dominus autem in æter-
num permanet. Nec hoc accipias ingrate, quod palmæ florenti comparaue-
rit eum. Quia comparatus minus est ab eo cui comparatur. Non palma flo-
rens ipse est, & comparatio Christi diuinitatis comparatur ipsi palmæ sem-
per florenti, qui ad dexteram patri sedens, victoribus ramos suos porrigit,
de floribus suis coronam tribuens. Et de fructibus perpetua refectione sagi-
nam impartiens. Ipsi gloria in sæcula sæculorum Amen.

Laus canticī Dauid in die ante sabbatum quando
fundata est terra. XCII.

Dominus regnauit decorem indutus est, indutus est domi-
nus fortitudinem & precinxit se. Etenim firmavit orbem
terræ qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc, a
sæculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina
uocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos, a uocibus aquarū
multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet san-
ctitudo domine in longitudine dierum.

Dominus

Dominus regnauit, id est, regnū adsumpsit in cruce. Decorem induit in
resurrectione. Induit enim infirmitatem in virtute, & precinxit se æterni-
tatem, & firmam fecit terram in resurrectione sua. Et paratam sedem habēs,
ascendit in cælum sedens ad dexterā patris. Hunc preconata sunt flumina scri-
pturarum sanctarum, sup hūc eleuauerunt voces suas, a uocibus aquarum
multarum, id est, gentiū potentias clamātes. Omnes enim scripturæ gentiū,
voces habent: virtutes habent istę scripturę, regibus imperant, illi deserunt.
Ergo cum eleuarent flumina voces suas, mirabilis factus est Christus. Elatio-
ni maris, id est, mundi huius regibus & sublimibus, nec his tantū sed & mi-
rabilis in excelsis, dñs cœlos ascendēs, tūc testimonia dei credibilia facta sunt
nimis. Dedit enī potestātē, ut in nomine eius sanitates generi humano ope-
rarentur. Qui cum dei filium predicabant, & hīs ista signa faciētibus, testimo-
nia eius facta sunt nimis credibilia, & domum eius quam Pharisei dicebant
non posse suscipere sancta pcepta, legis veteris testamenta suscepit. Et decent
ea sancta sanctorum, ut ibi habitent in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus Dauid quarta sabbati.

XCIII.

Eus ultionum dominus deus ultionum libere egit. Exal-
tare qui iudicas terram, redde retributionē superbis. Vsq;
quo peccatores domine, usq; quo peccatores gloriabuntur.
Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui ope-
rantur iniustitiam. Populum tuum domine humiliauerunt, & hæ-
reditatem tuam uexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt, &
pupillos occiderunt. Et dixerunt non uidebit dominus, nec intelli-
get deus Iacob. Intelligite insipiētes in populo, & stulti aliquando
sapite. Qui plantauit aurem nō audiet, aut qui sinxit oculum non
cōsyderat. Qui corripit gentes nō arguet, qui docet hominem sci-
entiam. Dominus scit cogitationes hominum, quoniā uanę sunt.
Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris
eum. Ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.
Quia nō repellet dominus plebem suā, & hæreditatē suā non dere-
linquet. Quo ad usq; iustitia cōuertat in iudicium, & qui iuxta illā
omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus mali-
gnantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatē. Nisi
quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima
mea. Si dicebā motus est pes meus, misericordia tua domine adiu-
uabat me. Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo,
consolationes tuæ latificauerūt animā meam. Nunquid adheret tū
n s bis sedes

bi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto. Captabant in animam iusti, & sanguinem innocentem cõdemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutorium spei meae. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malicia eorum disperdet eos, disperdet illos dominus deus noster.

Deus vindex esse populi sui iudicibus canit, quibus leue videtur personas peccantium sumere, in iudicio orphanis & egenis, ab hijs autem qui exaltant dominum in cordibus suis, & iudicant terram in corporibus suis, hijs reddunt retributionem superbis. Adplicare possumus testimoniũ Apostoli, quo ait: Si nos ipsos iudicemus, non vtrique iudicemur. Iudicamus autem nos ipsos, quando sine vitijs ponimus, & principium virtutibus collocamus. Quod si non facimus, non vitijs ponimus, & hereditatem eius, quae nobis promittitur spernimus. Viduam & aduenam occidentes. Vidua est anima, quae non habet virum, verbum aut intellectum prudentiae. Hanc si aut verbo tuo aut exemplo decipias, quam liberare debueras, viduam interficis. Aduena est, qui civis esse sanctorum non nouit. Huic si te amatorem mundi ostendas, tollis ei fidem future civitatis, & quasi interfeceris eum spiritualiter, a presenti psalmo argueris. Sic etiam orphanis occidunt. Orphanis sunt, qui deum se posse patrem habere sancte viuendo non credunt. Hic tu sapias, & nosti filios dei fieri posse credentes, si exemplum contrarium præbeas, quo se filios dei fieri contemnant, orphanos occidisti. Nam si de his orphanis & de aduenis & viduabus agit. Ergo qui coniuges, aut ciues, aut habentes patrem & matrem filios occiderit, criminis reatum euadit. Aut si taceret Psalmigraphus. Quis vnicuique de hoc facto non argueret criminosos? Verum quia hæc agentes nos ipsi qui puramus nos sapere, sic nobis videtur, quod has minutias ruinarum quae per nos fiunt non requirat dominus, & non intelligat, ista quae nos intelligere nolumus. Clamat nobis, intelligite qui insipientes estis, id est, vos qui desipuistis in populo positi, dum unus alterius sectamini exempla ad contemptum domini, & stulti, aliquando sapite quibus imperat et dicit sapite. Ostendunt suo arbitrio non sapere, dicit enim: * Modo deo hinc erit cura, ut audiat singula verba nostra, & videat singula quaeque facta nostra. Ad hæc respondet eis. Ergo qui auditum dedit tibi, ipse non audit, qui tibi visum tribuit, ipse non respicit, qui tibi scientiae saporem infudit, ipse non sapit. Ille totus sapientia est & videt cogitationes hominum, qui sibi sapere videntur, quoniam niam ipsae cogitationes eorum vanae sunt. Beatus homo est quem hoc ipsum erudierit dominus non eligendo negligentem, sed legem suam docendo credentem. Hic mitigabit in diebus malis, quando demones parant peccantibus forueas, tunc non repellet dominus plebem suam, id est, de suo auxilio præsummentem, & hereditatem suam non derelinquet, sed protegit a temptationibus eos, dans eis tolerantiam per promissam hereditatem vite aeternae. Et facit eos expectare retributionem, quo ad usque iusticiam conuertat in iudicio, & qui tenent eam, id est, ipsam iusticiam omnes qui recto sunt corde. Verum quia maligna consilia ministrantes

Fort. *
Mon.

ministrantes insistent, contra quos animo satis est arguit pugnandum, qui nouit per singulas quasque suggestiones acriter dimicandum clamat, Quis exurget mecum pugnas aduersum operantes iniquitatem? Quæso te agonista fortissime, indica mihi, quo ordine hostium impetus euasisti. Ad hæc audi respondum. Nisi, ait, dominus adiuuasset me, modico minus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam cum lachrymis domino, quia motus est pes meus, & a recti tenore auersus, statim tantum & amplius misericordia eius adiuuauit me, quantam multitudinem dolorum esse videbat in corde meo, & consolationibus suis letificauit animam meam. Dicas forte o auditor, grandis hic labor est. Sed labor iste temporalis est, & premium laboris æternum non adheret deo sedes iniquitatis. Qui enim format fatigationem, aut laborem, aut dolorem in præcepto, siue pro labore certaminis, seu pro labore martyrij, æterni gaudij premium non negauit. Dum enim captauerint peccatores animam iusti confitentis deum, & sanguinem eius innocentem cõdemnauerint, tunc efficitur ei dominus in refugium, & deus erit in auxilio spei eius, ita ut reddat eis iniquitatem ipsorum, & in malitia disperdat persecutores eorum, qui regnat in secula seculorum. Amen.

Laus cantici Dauid

XCIII

Enite exultemus domino, iubilemus deo salutaris nostro. Praeoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Quonia deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, quonia non repellet dominus plebem suam. Quia in manu eius sunt omnes fines terrarum, & altitudines montium ipsius sunt. Quonia ipse est mare & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt. Venite adoremus & precidamus & ploremus ante dominum qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster. Et nos populus pascuae eius, & oues manus eius. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Sicut in irritatione secundum diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi semper errant corde. Et isti non cognouerunt uias meas, ut intrauit in ira mea si introibunt requiem meam.

LAus cantici hæc est, ut exultemus non in delectationibus uanis. Sed in domino antequam preoccupemur, nos preoccupemus faciem eius in confessione peccatorum nostrorum, credentes quod non repellet plebem suam confitentem sibi, ille qui magnus est super omnia, cuius caeli sunt, cuius montes, qui terram manibus suis fundauit. Venite, hinc adoremus, non in forma serui eum attendentes, putemus eum hominem purum. In ipso est, qui hæc omnia fecit. Venite adoremus dominum, ploremus quia pius est, ipse est qui fecit nos. Ipse est pastor, cuius nos oues sumus. Audiamus uocem eius, & sequamur eum quicumque vadit. Ideo enim pastor uocem ad oues emittit, ut audientes eum sequantur. Aut enim pascua procurauit, aut ab

aut ab insidijs ferarū eruere studet. Vñ clamat nobis hodie, vt si vocem eius audierimus, nō obduremus corda nostra, sicut fecerunt per quadraginta filij Israel in eremo. Et quia non audierunt vocem eius, non introierunt in requiem eius. Nos autem audiamus pastorem nostrum, & sequamur vestigia eius, vt euadentes mortē deserti huius, cum Iesu terrā fluentem lacte & melle mereamur intrare, ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Psalmus David quādo domus ædificabat post captiuitatē. XCV.

Cantate dño canticū nouum, cātate dño omnis terra. Cantate dño & benedicite nomini eius, annūciate de die in diem salutare eius. Annūciate inter gentes gloriā eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniā magnus dñs & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniā omnes dij gentiū demonia, dñs autē coelos fecit. Cōfessio & pulchritudo in cōspectu eius, sanctimonia & magnificētia in sanctificatiōe eius. Afferre dño patrie gentiū, afferre dño gloriā & honorē, afferre dño gloriā nomini eius. Tollite hostias & introite in atria eius, adorare dñm in atrio sancto eius. Commoueat a facie eius uniuersa terra, dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ, qui nō cōmouebit, iudicabit populos in æquitate. Letent cœli & exultet terra, cōmoueat mare & plenitudo eius, gaudebūt campi & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie dñi quia uenit, quoniam uenit iudicare terram, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua.

Qui plorauimus poenitentes in nonagesimo quarto, in quinto & nonagesimo gratulemur. Ibi enim domum nostrā fleuimus, credentes nos per misericordiā eius ad ædificationē huius domus iterū posse pertingere. Vnde & titulus ad hæc eadē consentit, qui post captiuitatē ipsam domum ædificari cōscripsit, quam ædificās Christus, dat gaudiū omni terræ, et ideo dicit, vt cantet dño omnis terra canticum nouū, & benedicat nomē eius. Habuit enim captiuitatē mūdus per Adā, quā captiuitatē postq; Christus cōuertit, ædificauit domū gloriosissimā nō habentē maculā neq; rugā, q̄ ædificāte domū, tēpla uniuersa destructa sunt. Probatū est enim qd̄ oēs dij gentiū q̄ in tēplis positi essent, habitaret in eis demonia. Hic autē q̄ fabricauit domū, ipse est qui coelos fecit, cōfessione eius nascit̄ omnis qui non confitē dñm Iesum, anathemabili sorditate despicitur. Qui autē cōfitem̄ fulgebūt sicut sol in cōspectu dei. Sanctitas enim & magnificentia est in ipsa sancta cōfessione eius. Vniuersæ ergo patriæ gentiū inuitamini, venite, afferre dño, qd̄ adferemus dño, Afferre gloriā quā in castū idolis p̄buisistis. Afferre honorē, q̄ frustra idolorum

idolorū antistites honorast; Tollite hostias ab idolis, & hic introite in domū quam ædificauit, & adorare eū in aula sancta eius, & gens genti dicat. Quia vnus dñs regnat a ligno crucis, q̄a per lignum concupiscentiæ regnū dei ab hoibus recellerat, modo per lignū crucis regnū reuersum est dei, qui firma/uit eam in orbem terræ, vt nō cōmoueat. In qua ecclesia iudicat populos in æquitate, & gētes in ira sua. Pro hoc opere lætant cœli in sanctis, lætat & terra in nobis peccatoribus. Ad hoc gaudiū mouet mare, vulgus ignobile & fluctuans, & plenitudo eius, id est, diuites pleni opibus, hij cōmouent̄ ridentes humiles Christi, & psalmos eius, & doctrinā eius frigidās nēnias cōputātes. Ligna uero siluarū qui lignei & siluestres vident̄ mundi sapientibus, tūc exultabunt ante faciem dñi, cum venerit iudicare terrenos. Non em̄ iudicat, vt p̄sonas potentium accipiat, sed sola æquitate totum orbem terrarū iudicat, & populos in ueritate cōfirmat per omnia secula seculorū Amen.

Psalmus ipsi David quādo terra eius restituta est ei. XCVI.

Ominus regnauit exultet terra, lætetur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudiciū correctio sedis eius. Ignis ante ip̄m præcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerūt fulgura eius orbi terræ, uidit & cōmota est terra. Mōtes sicut cera fluxerūt a facie dñi, a facie dñi omnis terra. Annūciauerūt cœli iustitiā eius, & uiderūt oēs populi gloriā eius. Confundatur oēs q̄ adorāt sculprilia, & q̄ gloriatur in simulacris suis. Adorate eū oēs angeli eius, audiuit & lætata est Sion. Et exultauerūt filie Iudæ propter iudicia tua dñe. Quoniā tu dñs altissimus super omnē terrā, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dñm odite malum, custodit dñs animas sanctorū suorū de manu p̄ctorū liberabit eos. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in dño, & cōfitemini memoriæ sanctificatiōis eius.

Seurus cātus in nonagesimo sexto, qui in nonagesimo quinto dñm cognouisti. In hoc em̄ psalmo, & terra exultet de resurrectione sanctorū, & insulæ nō omnes, sed in quibus habitāt sancti. Ecce enim ueniet sicut p̄misit in anteciore psalmo, uenit ut iudicet, & nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudiciū directio sedis eius. Ignis ante eū præcedit, ignis duo officia peracturus. Vno em̄ eodemq; ad spectu amicos dei illuminat, & inflāmat inimicos eius. Quādo apparuerint fulgura eius orbi terræ, tūc omnes sicut cera liquefcent ante faciem eius, & a facie dñi tremet terra. omnibusq; rebus meuentibus ac formidantibus atq; tremantibus. Cōfundent̄ omnes qui adorāt idola, cum uiderint omnes in resurrectione gloriā dñi Iesu Christi, tunc sola lætabitur Sion, id est, ecclesia. Exultabūt & filie Iudæ, id est, synagoge omnes, quæ ante aduentū dñi prophetas habuerūt, aduentum dñi p̄conantes. Propter iudicia domini

domini iusta, p̄iudicium posterioris temporis nō habebūt. Quoniam idem dominus nūc, qui tunc ante aduentum domini in synagogis illuxit, ipse est solus super omnes deos. Quicumq; ergo bonum domini diligitis, odite omne quod malū est. In odio enim mali, boni dilectio cōprobat. Sed & si qui vos pro amore boni fuerint p̄secuti, securi estote, nolite timere eos q̄ occidūt corpus. Custodit enim dominus animas sanctorū suorū, & de manu peccatorum liberat eas. Ignis enim q̄ inflammatus est delinquentes, lux efficit iustus & rectis corde leticia. Nolite ergo metu p̄cnae sed amoris gaudio seruare iustitiā, vt etiam in hoc mūdo iam gaudeatis in domino, & cōsitemini merito sanctitatis eius qui regnat in s̄cula s̄culorū. Amen.

Psalmus David.

XCVII.

Antate dño canticū nouū, q̄a mirabilia fecit. Saluabit sibi dexterā eius, & brachiū sanctū eius. Notū fecit dñs salutare suū, in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suā. Recordatus est misericordiae suae, & ueritatis suae domui Israel. Viderūt omnes termini terrae salutare dei nostri. Iubilate deo omnis terra, cāta te & exultate & psallite. Psallite dño in cythara, in cythara & uoce psalmi, in tubis ductilibus & uoce tubae corneae. Iubilate in conspectu regis dñi moueat mare & plenitudo eius orbis terrarū & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul mōtes exultabūt a cōspectu dñi, quoniā uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarū in iustitia, & populos in equitate.

Causas canticī p̄sentis ipse psalmus exponit. Dicit enim ideo nouū canticū, vt cātetis exhorror, q̄a mirabilia fecit, & sicut dixit. Ideo cāta q̄a mirabilia fecit, quasi si audisset sibi dici semper mirabilia fecit dominus, non ergo nouū, sed uetus est canticū mirabilia diuina cantare, ad hęc ille respōdeat noua mirabilia nouū canticū exposcūt. Dic ergo nouū nobis, quae sunt noua mirabilia si interrogas audi. Dixerūt Iudei in cruce posito dño saluū faciat eū, hūc autē saluauit dextera eius, & brachiū sanctum eius, tūc quando notū fecit dñs saluatorem suū, suscitans eū a mortuis, & in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suam. Memor enim fuit misericordiae, quam p̄misit Iacob dicens: Et ego te faciam in gentē magnā. Hanc ueritatē impleuit domui Israel, quando uiderūt oēs fines terrae salutare dñi dei Israel. Et licet omnes puinciae uideant salutare domini, tamē hoc nō ociose trāseat intuentē, quod finem terrenae cogitationes dñi acceperint, nascunt cogitationes caelestium rerum. Et ipse facit uideri salutare domini dei nostri. In hoc studio iubilate dño vniuersa terra, id est, omnia mēbra corporis terreni in officio sanctae cōuersationis offerat. Nō cū tristitia, sed cāantes exultate, & psallite in cythara, cuius cātor inuitat auditū, & in uoce psalmi, cuius mysteria incitāt mētes, in tubis ductilibus & in uoce

& in uoce tubae corneae. Quibus uocibus belli victoria declarat. Iubilate in cōspectu regis domini, conspectū domini p̄conantes s̄culis. Nolite timere, etiā si moueat mūdus sicut mare & plenitudo eius, & orbis terrae, & omnia quae in eis sunt. Tūc flumina plaudant manu simul in vnū, quoniā nullū pene flumen est in quo nō data sunt remissa peccatorū, nulla aqua est, quae nō protulit ex se animā uiuentē ad uitā aeternā. In quo facto mōtes exultabūt, ex quorum uisceribus egrediuntur fontes q̄ faciūt flumina, montes quorū capita caelos pulsant, quorū habitatores caelo vicini sunt. Hī exultabūt cū uenerit iudex, vt iudicet orbem terrae in equitate, & populos in ueritate. Oēs sancti exultabūt, q̄a remunerator sanctitatis aduenit, q̄ regnat in s̄cula s̄culorū. Amē.

Psalmus David.

XCVIII.

Ominus regnauit irascentē populi, qui sedes sup̄ cherubin moueat terra. Dñs in Sion magnus & excelsus super oēs populos. Cōfiteantur nomini tuo magno, quoniā terribile & sanctū est, & honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiōes, iudiciū & iustitiā in Iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nostrum, & adorate scabellū pedum eius quoniā sanctum est. Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius. Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebat ad eos. Custodiebāt testimonia eius, & p̄ceptum quod dedit illis. Dñe deus noster, tu exaudiebas eos, deus tu p̄pitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorū. Exaltate dñm deum nostrū, & adorate in monte sancto eius quoniā sanctus dñs deus noster.

Irascentur populi, & in elatiōe dominum nostrum Iesum Christum adspirant. Ipse regnauit quem regnare super se non putant. Ipse sedet super cherubin, quantumcunq; moueatur terra. Ipse erit in Sion magnus, ipse excelsus super omnes populos. Sane hoc scire nos conuenit, quod honor regis iudiciū diligit, non enim timent iudiciū, nisi qui se sciunt habere, quod iure puniatur, factum scilicet quo ex honoratus est deus. Hī autē qui honorē dñi in suis mentibus seruauerūt, hī iudiciū diligunt. Sicut illi e cōtrario merentur, qui sciunt se in cōtumeliā regis, legis eius iura uolasse, in quibus rex iste parauit equitatē. Ergo aequitatē custodientes regē honorāt, & honor iste iudiciū nō timet, quin imo etiā diligit. Ipse tamen iudicaturus est, qui iustitiam & iudiciū in Iacob fecit, qui habuit Moysen & Aarō, in sacerdotibus suis, quos habuit Samuelē similē ipsis. Ipsum quem isti inuocauerūt & exauditi sunt, cū in columna nubis loquebat ad eos. Hī custodiebāt testimonia eius & p̄cepta quae dedit eis. Quicumq; ergo imitantur eos, hī iudiciū futurū nō solū nō metuūt, sed etiam diligunt. Dicamus ergo dño nostro Iesu Christo: Tu es domine qui cum Moysen & cum Aarō locutus es, tu exaudisti eos, tu p̄pitius fuisti illis, in uindicta

tu vindicasti in omnibus studijs eorū. Exaltemus ergo dñm deum nostrum in Christo. Et adoremus in monte sancto eius, in cellitudine fidei eius, quę altitudine sua nubes penetrat, dum credimus quoniam ipse est dominus deus noster, cui gloria in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus in confessione

XCIX.

Vbilate deo omnis terra, seruite domino in læticia. Introite in cōspectu eius in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus, ipse fecit nos & nō ipsi nos. Populus eius & oues pascue eius introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus in æternum misericordia eius, & usq; in generationem & generationem ueritas eius.

Omnis terra ad iubilationē inuitat, ut sine personarum acceptione sciatur esse uocatio. Venite omnes q̄ laboratis & onerati estis, & intrate in cōspectu eius in exultatione. Scitote quod dominus Iesus Christus, non est alius quam q̄ cum Mose locutus est. Ipse est deus qui fecit nos, de quo Moses locutus est, quod fecerit hominem, ipse fecit nos, eius enim factura sumus omnes homines. Deniq; multi cupientes filios, q̄a deus non dat, non habent, Multi nolentes, q̄a seminantes nolūt fructum. Eo quod contra ordinē nolūt, etiam quia iniuste nolūt, deus iuste creaturā iubet semini dare respōsum. Et ut probetur, quia ipse fecit vos. Dū non nostro arbitrio, vel dantur filij, vel negantur. Ergo q̄a eius populus sumus, efficiamur oues pascue eius agnoscētes pastorem dicentem. Ego sum pastor bonus. Et intremus portas eius in cōfessione unitatis, laudantes nomē sanctum eius, quia suavis est, credentes, quia est in æternum misericordia eius. Credentibus & promissionibus eius ueritas, quę manet in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus ipsi David.

C.

Misericordiā & iudicium cantabo tibi dñe. Psallam & intelligam in uia immaculata quoniā uenies ad me. Perambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus meę. Nō apponebā ante oculos meos rem iniustā, faciētes p̄uaricationes odiui. Nō adhæsit mihi cor prauū, declinātem a me malignū nō cognoscebam. Detrahentē secreto pximo suo, hunc p̄sequebar. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terrę ut sedeat mecum, ambulans in uia immaculata hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiam, qui loquitur iniqua nō direxit in cōspectu oculorū meorum.

In matuti

In matutino interficiebam omnes peccatores terrę, ut disperderē de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Iudicium sine misericordia hijs qui non faciunt misericordiā, misericordiam autē facientes euadunt iudiciū. Scis ergo o homo, unde ponaris in dextera pastoris: Fac misericordiam & iudicium securus expectas. Nō enim dicit iniustus ad sinistram positus, Ite in ignē æternum, quia mentiti, quia fornicati, quia diuersa facinora cōmisistis. Sed quia esuriui, & nō dedistis mihi māducare, sitiui & nō potastis me, peregrinus & nō suscepistis me, infirmus & nō uisitastis me. Cū ergo ignis criminibus debeat, cur criminibus nō impuretur suppliciū, quo crimina per misericordiā remittantur: Ite ergo, inquit, in ignem æternū, quia unde ignis extinguitur cōtempnistis. Audistis enim scriptū, quod elemosina a peccato liberat. Audistis quia sicut ignis extinguitur ab aqua, ita ab elemosyna tollunt̄ uniuersa peccata. Ite ergo in ignē, quia uere eum uobis uos fecistis. Ego autem misericordiam uobis super faciē terrę, cū iudicio feci cantari, ut ille iudicium euaderet, qui misericordiam non negaret. Psallam ergo & intelligā in uia immaculata, & intelligam quando uenies ad me, ut si hospite te uidero, suscipiam, si esuriētē, reficiam. Intelligam quādo uenies, ne putem qualēcūq; hominem, & recusem. Si enim perambulē in innocētia cordis mei, nō propono ante oculos meos rē iniustā. Iniustū est enim, ut consorti naturę non miserear, in quo inhabitas Christe. Sed & faciētes p̄uaricationē odio habēā, nō adhæreat mihi cor prauū. Declinātes a me malignos nō cognoscā, loquaces occultos persequar, cū superbis & inuidis nō cōmunicē. Sed sint oculi mei super fideles terrę, qui terram corporis sui fideliter seruant, ut isti sedent mecum. Ambulās autem in uia immaculata hic mihi ministret. Non quærā ab his aliquid consequi qui reprehensibiliter uiuunt in domo mea. Nō inhabitet superbiam faciens, id est, in domo corporis mei non inhabitet inimicus, qui suadet contēni dominū. Quia hæc est radix superbie. Sed in matutinis interficiā omnes peccatores terrę, id est, in ipso ortu suo peccata oriētia interficiā, & uiuere nō sinā cū pereant de ciuitate dñi. Ciuitas domini anima nostra est, in qua habitat rex et sancti, apices ciues dei, qui ex ipso sunt nati. Cū ergo nascuntur peccatorū cogitationes in anima, mox ut natę fuerint occidant. Et pereant de ciuitate dñi omnes qui operantur iniquitatē, ut sit dominus in ciuitate sua requiescens, cum omni comitatu uirtutū, cui gloria in sæcula sæculorum Amen.

Oratio pauperis cū anxietate, & corā dño effudit precē suā. Cl-

omine exaudi orationē meā, & clamor meus ad te ueniat.

Non auertas faciem tuā a me, in quacūq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūq; die inuocauero te uelociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sum ut foenū & aruit cor meū, quia

o oblitus

mult. 25
miseriam

oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei & qui laudabant me, aduersum me iurabant. Quia cinerem inquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generatione. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius quia uenit tempus. Quonia placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserabuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit dominus Sion, & uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso suo, dominus de caelo in terram aspexit. Ut audiret gemitus cõpeditorum, ut solueret filios interemptorum. Ut annunciet in Sion nomen domini, & laudem eius in Hierusalẽ. In conuentione populus in unum, & reges ut seruiant domino. Respondit ei in uia uirtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuocet me in dimidio dierum meorum, in generatione & generatione anni tui. Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij seruatorum tuorum habitabunt, & semen eorum in sæculum dirigetur.

Legimus clamorem Sodomorum ascendisse ad deum, & ita denum sulphureo eos imbre erematos. Prius ergo quam ad fletum et ad ieiunium pro peccatis nostris animum conuertamus, non audeamus dicere. Clamor meus ad te perueniat. Ne forte non sit talis clamor, qui misericordiam consequatur. Ne forte sit in eo ira, causatio, maledictio, adulatio, detractio, insultatio, mendacium, & cætera his similia. His ergo uicijis pessimis nostro clamore sonante, rogandus est deus, ne clamor hic ad eum perueniat. Sed te in aliquibus factis nefarijs constitutis nobis, rogemus dicentes. Ne auertas faciem tuam a me. Et dicendum est. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Renuncemus ergo omnibus uicijis, & passionibus, & facti pauperes spiritu, præterita nostra

ra nostra facta plangentes, ita nos in huius carmine psalmi fundamus orantes, ut clamor noster ad eum perueniat, & non auertat faciem suam a nobis. Quid tamē fletus dicamus nos, qui pro peccatis oramus, his versiculis edocemur, Dies, inquit, mei sicut umbra declinauerunt, id est, perdidit quod vixi, quia in peccatis sicut fœnum arui. Fœnum autem & stipula & lignum esca ignis est. Et ideo tribulos, quia & ossa mea sicut fraxorium id est, fasciculum sarmen- ti aridum, ita confixa sunt, parata ad incendium gehennæ. Percussus sum sicut fœnum, & aruit cor meum. Percussus sum conpunctione futuri supplicij, & propter hoc oblitus sum manducare panem. A voce autem gemitus mei, adhæserunt ossa mea carni meæ, factus sum sicut pellicanus in solitudine, id est, sicut avis illa quam pellicanum vocant, quæ non habitat nisi in desertis, habens escas veneno eremi & incultis amaritudinibus plenas. Factus sum sicut nycticorax in domicilio. Coruus præ nigredine obscurus est, iam nocte quasi nigrior, cui & obscuritas nigredinem geminat. Ergo & ego, inquit, duplicatam nigredinem peccatorum in me deplorans. Voces meas quasi nycticorax dirigo. Clamans solus, sicut passer solitarius in edificio. In qua tota die exprobrauerunt me inimici mei, & qui dudum laudauerunt me, nunc aduersum me iurabant, id est, non læto illius uia. Quomodo enim uerbas, ut sic illi iurarent. Ideo, inquit, sic iurabant, quia cinerem sicut panem manducabam, & poculum meum fletibus miscebam. Hoc quare? A facie iræ tuæ, & indignationis tuæ. Cuius iræ? Pro peccatis utique in iudicio debite. In quo hic qui eleuant & exultant, ibi alliduntur necesse est. Cui ergo moriatur omne genus hominum in peccatis, quid superest, nisi ut persona totius sæculi, tibi preces flebili effundat eloquio. Nullus enim saluabitur, nisi tu domine exurgens miseraris Sion. Venit enim tempus, ut venias & miserearis Sion. Quia beneplacitos habuerunt serui tui lapides eius. Lapidem utique de quibus legitur, Lapidem iusti uoluntur in ea. Qui enim serui dei sunt, bene illis placent libri omnes veteris testamenti, qui habent in se unum lapidem angularem. Nec solum lapides beneplacitos habuerunt, sed & terræ eius miserabuntur. Terra lapidum, corpora sunt animarum. Non solum nobis animæ sanctæ placeat, si serui dei sumus, sed ipsa corpora eorum in quibus afflicti sunt, torti, combusti, ac diuersis supplicijs macerati miserantes veneramur. Quomodo miserantes? Dolor nobis est in afflictione & supplicio quo passi sunt, & gaudium nobis est in perseverantia qua vicerunt. Cui ergo domine & tu veneris, & sancti tui pro testimonio nominis tui passi fuerint. Tunc timebunt gentes, & omnes reges terræ gloriam tuam. Tunc ædificabitur ecclesia tua in Sion, & videberis in maiestate tua cum respexeris de excelso tuo Iesu Christo, ut audias gemitum cõpeditorum, & soluas filios interemptorum. Intercepti sunt patres non omnes sancti qui nobis predicauerunt Christum. Nos ergo ligati eramus a sathana, quia hi qui genuerunt nos verbo uitæ, fuerunt intercepti. At ubi cognouimus eos in caelis gaudere & possidere gloriam Christi, ædificata est in nobis Sion, & visus est dominus in maiestate sua. Gaudeamus enim, quia respexit in orationes eorum, & non spreuit preces eorum. Scri-

For. * le-
ge il.

plimus passiones eorum in progenies alteras, & populus qui creabitur, usque in sempiternum laudat dominum, in sanctis suis. Ibi conveniunt populi in unum, & regna, ut serviatur domino. Per quos paucitas dierum nostrorum regitur, & nunciatur nobis prope esse finem, reliquum esse, ut & qui utuntur hoc seculo, tanquam non utantur. Præterijt enim figura huius mundi, & transeunte figura, veniet veritas Christus, cui dicimus, In secula seculorum sunt anni tui. In initio terram ipse fundasti, & coeli opera manuum tuarum sunt. Non ergo novum dominum adoramus in Christo, sed eum qui est, & semper idem est, cuius anni non deficient. Quod autem de caelo, & terra dicit, Ipsi peribunt. Promissionem illam confirmat, qua cautum est futurum caelum novum & terram novam, in quibus filii servorum Christi habitent. Paulus servus Christi, similiter & omnes Apostoli servi Christi. Nos qui credidimus per eos, filii servorum ipsius sumus. Et si secuti fuerimus vestigia eorum, sicut illi Christi, habitabimus cum eis in caelo novo & in terra nova. Et semen verbi quod nobis spem dedit credentibus, tunc capiet in remuneratione nostra fructum, quod iam finem non habeat, sed maneat directum a deo inrevocabile ad dimidium dierum. Dimidium dierum prima iuventus est, & ultimum dierum senectus. Ibi ergo iam in dimidio dierum finiunt, nec in senectute moriunt. Quia caeli novi sunt, rorem immortalitatis manantes, & terra nova est mortis gremium non habens, sed habens vitam dominum Iesum Christum, qui regnat in secula seculorum Amen.

Psalmus ipsi David.

CII.

Benedic anima mea domino, & omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli oblivisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquila iuventus tua. Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriarum patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, & filiis Israel voluntates suas. Miserator & misericors dominus, longanimus & multum misericors. Non in perpetuum irascetur, neque in aeternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuuit nobis. Quoniam secundum altitudinem caeli a terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras, Quomodo miseretur parer filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est quomodo pulvis sumus, homo sicut foenum, dies eius tanquam flos agri sic efflorescit.

efflorescit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem domini ab aeterno, et usque in aeternum super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Dominus in caelo paravit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius potentis virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui faciunt voluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Benedicimus nos dominum, cum facimus aliquod tale opus, quo nomen domini sum modo, quod opus ex omnibus interioribus nostris faciendum est. Si enim misericordes fuerimus visceraliter, & ille cum benedicit a nobis, propitiabitur omnibus iniquitatibus nostris, sanat omnes infirmitates nostras, replet in nobis desiderium nostrum, & coronat nos in regno suo, pro miseratione sua, & misericordia sua. Misericordibus enim dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In quo regno mors non erit, nec dura senectus debilitat vires, sed renouant ibi iuventutes, ut aquilae, ibi misericordibus faciet misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriarum patientibus. Ipse utique deus, qui notas fecit vias suas Moysi, ipse quoque ostendit filiis Israel voluntatem suam. Ipse est deus in Christo, siue mundum concilians, siue sanctos remunerans, siue misericordias misericordibus faciens. Ipse qui patiens, ipse qui multum misericors est, si nos viderit patientes, & misericordes, non secundum peccata nostra faciet nobis, neque secundum iniustitias nostras reddet, sed secundum altitudinem caeli a terra, confirmat super nos misericordiam suam. Et quantum distat ortus ab occidente, tantum elongat a nobis iniquitates nostras. Sicut pater filiis, sic miserebitur nostri, si misericordes fuerimus. Si consideremus in hominibus stentibus, aut egentibus, vel necessitatem patientibus figmentum nostrum, in qua mensura mensi fuerimus aliorum necessitates, in ea metietur nobis. Non fui misericors in causa aliena, non mihi miseretur in mea. Subveni egenti, subuenitur mihi. Indulsi peccanti, indulgetur mihi. Consideravi unius figmenti me argentem in mollibus, & dolui super nudum, & vestiui eum. Esurienti compassus, alui. Ergo quia consideravi figmentum unum meum & indigentis, considerat & ille figmentum meum, & recordatur, quia caro sum terrena & pulvis. Ex quo si dignatus fuerit, nos poterit suscitare. Nam si hoc non esset, quis computaret hominem, qui sicut flos agri, ita floriet & transiet spiritus eius ab eo, & non est, & locum suum non agnoscet amplius. Si vero misericordiam temporalem exercuerimus fratribus nostris, misericordiam consequamur sempiternam, quam perficit.

ciet sup timentes se dñs. Iustitiam autem suam in filios filiorū, qui quoniam non potuerunt pauperū carnalium curam gerere. Spiritualium pauperū curam egerunt, vt aut verbo aut exemplo suo, ad iustitiæ diuitias puocent spiritaliter mendicantes. Si vis videre diuitem & mendicum, sancti Apostoli loannis lege Apocalypsim. Huic ergo similes sunt omnes diuites in auro & argento, & in fide, aut in opibus iustitiæ mendicantes. Iustitia autē dei in filios filiorū. Filij Apostolorū sunt omnes magistri bonorū consiliorū. Et sicut ipsi filij eorum sunt, ita qui audiūt eos, filij filiorum sunt, custodiētes testamentū Dei, & memoria tenentes mandata dei, non vt insens scientia, sed vt faciāt ea quæ memoriter norunt. Videamus nūc illū, cui pater in cœlis parauit sedem suam. Dominus enim dño parauit. Et dixit dñs domino, sede a dextris meis. Ibi ergo sedet regnans, & regni eius non erit finis. Ideo quia dici potest, si semp fuit filius cum patre, quomodo ei ante parauit, & postea dixit, sede. Aduertendū est ergo, q̄a filio hominis, parauit deus sedem suā. Nam filius dei q̄ adsumpsit istum filiū hominis, semp fuit in sinu patris, & est, & futurus est. Sicut enim fluius, quamuis per multas terrarū prouincias vadat, de sinu tamen fontis sui nunquam recedit, ita & dei filius inuisibilis letetur cū iacob, Splendeat in rubo, sit in colūna nubis, sit in columna ignis, sit in nube, sit in duce, & in qua voluerit forma pro salute hominū, de patris tamen sinu non recedit. Nec enim legis, qui fuit in sinu patris, sed q̄ est in sinu patris ipse narrauit. Hūc benedicunt angeli, potētes virtutes, obēperantes verbo eius. Hūc benedicent virtutes omnium inimicæ * . Ipsæ enim faciūt volūtatē eius, Hūc benedicent omnia opera eius in omni loco dominationis eius. Vbiq̄ enim aliqua creatura est, locus dominationis eius est, q̄a ipse creauit vniuersa. Hūc operibus pijs benedicat anima nostrā in omni tempore, qui regnat cum patre & spū sancto, per omnia sēcula sēculorū Amen.

Palmus ipsi Dauid

CIII

benedic anima meā domino, domine deus tuus magnificatus es uehementer. Confessionem & decorē induisti, amicus lumine sicut uestimēto. Extēdens cœlum sicut pellē, qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascēsum tuū, qui ambulas sup pennas uentorum. Qui facis angelos tuos spūs, & ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram sup stabilitatem suam, nō inclinabit in sœculum sœculi. Abyssus sicut uestimētum amictus eius, sup montes stabūt aque. Ab increpatione tua fugient, a uoce tonitruu tui formidabūt. Ascendūt mōtes & descendūt campi, in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quē non transgredientur, neq̄ cōuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus, inter mediū mōtium pertransibūt aquæ. Potabunt

omnes

omnes bestię agri, expectabūt onagri in siti sua. Super ea uolucres cœli habitabūt, de medio petrarum dabūt uocem. Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorū satiabitur terra. Pruducens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Vt educas panem de terra, & uinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis cōfirmet. Saturabunt ligna campi, & cedri libani quas plantauit, illic passerēs nidificabūt. Herodij domus dux est eorum, mōtes excelsi ceruis, petra refugiū erinacijs.

Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibūt omnes bestię syluæ. Gaules leonum rugientes, ut rapiant & quærant a deo escam sibi. Ortus est sol & cōgregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usq̄ ad uesperam.

Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū & spaciosum manibus, illic reptilia quorum nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibūt. Draco iste quē formasti ad illudendum ei, omnia a te expectant, ut des illis escam in tēpore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur, auferes spiritum eorū & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritū tuū & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria domini in sœculum, lætabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo quam diu sum. locū dum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra & iniqui ita ut non sint, benedic anima mea domino.

Peruenimus ad psalmū centesimū tertium, q̄ cōtinet vniuersam fabricā mundi, in qua magnificatur dñs uehementer. Sed cū fabricam memorat, aduentū dñi manifestat. Prius enim quam veniret dei filius, non erat hominū dominus. Confessionem & decorē indutus. Omnes enim in dijs & simulachris suis, & in uanis figmentis spem collocantes, a deo recesserāt. Deniq̄ Apostolus hoc ipsum adserit cum dicit, quod adueniēs dominus cœlū seruit omnia in incredulitatem, vt omnium misereatur. Per ipsum enim confessionem & decorē induit deus, per mediatorem dei & hominū. Mediatore qui est filius hominis. Cuius hominis? Filij Dauid, Filij Abraham. Sic em̄ legis

forte iustit

forte * ministræ.

legis euangelij caput. Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Quis autem sit iste filius hominis, ne forte putes eum talem qualis fuit Moses, aut Iesus naue filius, aut Helyas, aut vnus ex magnis, non ita est. Hic enim dominus eorum est, & illi serui eius. Hic enim amicus est luminae sicut vestimentum. Ipse est qui extendit caelum sicut pellem, & tantum eum extendit, ut & meretrices & publicanos capiat, qui non capiebat nisi solos immaculatos. Et quia quando tenditur pellis, super ipsam aqua aspergitur, ita hic tensurus caelos sicut pellem, textit in aquis superiora eorum. Non enim poterant tendi, & vsq; ad peccatores attingere, nisi aqua sacri baptismatis regerentur, ad ipsos caelos posuit nubes ascensum suum. Videntibus Apostolis, ambulans super pennas ventorum. Venti enim in nubibus agunt, & alia via non est qua ascensum suum ad caelos haberet, nisi ambularet super pennas ventorum. Tunc fecit angelos suos spiritus. Angeli nuncij. Latino sermone vocantur, & euangelium bonum nuncij explanatur. Angelos ergo suos, id est, Apostolos, tunc fecit spiritus, quando eis dixit, Accipite spiritum sanctum, & euangelizate omni creature. Et tunc eos fecit ignem vrentem, cum ipse spiritus sanctus, sicut ignis consedit in eis. Tunc fundauit terram in stabilitatem suam, terrenas scilicet mentes gentium, quae fuerunt in fabrica turris diuise, nunc ad stabilitatem suam reuocans, in vno verbo Iesu Christo corroborat, & ita fundat in eis ecclesiam super hanc petram, ut non inclinetur in seculum seculi. Huius sane terre abyssus, sicut pallium amicus est. Agant sibi philosophi instructiuas exquisitiones, & magno labore dicant se posse discere, quod terra subius se abyssum habeat quo veluti pallio amiciatur, nos ad terram istam quae fundat in stabilitate ecclesiae, sermonis aciem dirigamus. Abyssus enim circumdat eam, non enim habet finem altitudo diuitiarum sapientiae, quae circumdat eam, & super montes eius stabunt aquae. Quicunq; sursum cor habent montes sunt, & super ipsos stant aquae. Stat super ipsos baptismatis sanctificatio, stant in li de recta, non circumducunt omni vento doctrine. Qui tamen isti sunt montes, diligenter ausculta. Isti sunt, qui ab increpatione dei fugiunt. Fugiunt utique facta quae increpantur a deo, & a voce tonitruus eius formidant, timent comminantem incendium sempiternum, & a prohibitis vniuersis, sua facta suspendunt. Ascendunt montes cogitantes regna caelorum, descendunt montes cogitantes quem admodum terrenas actiones suas, in locum quem fundauit dominus dirigant. Vbi terminum posuit deus, & iussit non transgredi, & positum terminum non transgreditur, ut operiant terram, sicut operuit terram Adam. Ex solijs sicut neis operuit terram, & abscondit se. Isti non transgrediuntur terminum, quem posuit dominus, & non operient terram. Et quia non est operata, rigat eam dominus de superioribus. Si enim disiectam eam inuenerit, imber rigat eam veniens de superioribus. Si vero recta fuerit, & caelo absconditur, nec de superioribus rigat. Si vero pateat caelis, & imber eam caelestis infuderit, producat tenentis, dabit doctrinam talem simplicibus ad escam animarum eorum, qualis capere possunt. Dabit herbam seruituti hominum. Herbam inter initia, venientibus ad deum

ad deum herbam proferet. Non enim possunt solidioribus cibis refici. Perfectior namque est solidioribus cibis, qui discretionem habere possint boni & mali. Post herbam dabit spicam & incipit educere panem de terra. Sicut enim lac de vberibus, sic de terra per herbam attingitur ad spicam, de spica peruenitur ad panem, qui de caelo per imbram descendit. Ergo per fontem perennem, venit tibi panis de terra Mariae virginis. Imber iste qui in Maria venit, audi qualiter venit. Angelus ei dicit, virtus altissimi, id est, ex alto veniens obumbrabit tibi. Et exiit nobis panis de terra. Nos ergo ad nos redeamus, qui hunc ex alto venientem imbram accipimus, si veniens ex superioribus fons, nos sibi patentes inuenerit. Accipimus panem quod confirmet cor nostrum. Accipimus vinum, quod laetificat cor nostrum, & duabus confirmationibus cordis acceptis, exhilarantur facies nostrae oleo christi, ita ut per lignum crucis facient omnia ligna capi, id est, omnis turba simplicitatis, inter quos sunt diuites & sublimissimae potestates, quas pro celsitudine cedros libani nuncupauit. In his passeres nidificant. Non dixit in omnibus passeres nidificabunt. Sunt enim aliquati qui diligunt Christianos, & sua eos ope sustentant, qui in his requiescentes nidificant deo, qui passeres id nuncupant, quia caelestia & alta petentes, sic se iungunt conuersationibus hominum, ut fugiant ipsos homines, in quorum domibus nidificare probant. In his passeres qui nidificant, fulicae domus dux est eorum. Fulica in aqua manet, in qua nidificat, in aqua uiuit, & aqua domus est eius. Horum ergo passerum fulicae domus, id est, aqua ipsa dux eorum est passerum. Ibi sunt montes excelsi, ceruis fugientibus diabolum, fugientibus mundum. Ibi est petra praestans refugium, siue Erinacis Ericiorum filij. Quia minora habentes iacula, a canibus non timentur, siue leporibus, quia & lepores canes fugiunt, & Erinacis. Qui ergo fugiunt hos canes, de quibus clamat Paulus, Videte canes, videte malos operarios. Inueniunt sibi petram in refugium, & iuxta semita positos, canum morsus effugiunt, nunc euasimus montes ac siluas, & facies nobis caeli resplendet, in qua videmus lunam factam, in tempore passionis lucentem in tenebris. In quo tamen tempore doce, in tempore passionis diximus. Quod? Quia tunc sol iustitiae occalum suum, ipsa sexta hora diei posuit tenebras, & facta est nox, in quo transierunt omnes bestiae siluarum, pharisaeorum ferocitas. Et eorum qui deuorant plebem dei, sicut escam panis, tam spirituales bestiae quam carnales. Sed propterea dedit lunam in nocte, ut habentes lumen caeleste, ferarum morsibus euadamus. In ipsa enim tenebrositate eius abundant catuli leonum, id est, filij daemontium omnes heretici non docentes sancta sed rugientes ut rapiant, & quae runt a deo tollere escam sibi. Orto autem sole iustitiae, siue resurgente ab inferis domino ad iudeos, siue exurgente per assertionem catholicam contra haereticos. Hoc ergo oriente vniuersae diffugiunt bestiae, tendentes insidias, & in cubilibus suis se collocabunt. Iudei ad synagogas suas, & haeretici ad synedria sua. Illic congregabunt, & quam diu resplendet nobis sol iustitiae, illi in cubilibus suis dormiunt, non sunt ausi exire ad lucem. Omnis enim qui male agit odit lucem. Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, bestia est, dormit & ipse cum lupis

Pro Hero
dio fulica
uertit. Hieronymus
uertit Mul
uum

deis & hæreticis, sicut Iudei in cubilibus infidelitatis. Et hæretici in cubilibus male credulitatis collocant se & dormiunt. Ita his de medio atra nox odij oculis eorum incumbit, & nihil præter tenebras videntes in odio dormiunt. Qui autem homo est & non fera, exiet ad opus suum credens & bene credens, & ab operatione sua quã inchoauit, lucescere sibi sole iustitiæ, operat vsq; vesper, id est, quã diu in hac luce perdurat, & hæc non suis viribus reputans clamat, Quã magnificata sunt opera tua dñe. Omnia hæc in sapientia fecisti, siue uisibilia secundum Apostolum, siue inuisibilia. Repleta est enim terra creatura eius. Venimus ad fines terre, intremus nunc mare. Hoc mare magnum & spaciosum, non te docet pro magno propheta psalmographus patriarcha, imo sanctus spiritus in his qui loquit, hoc nos habuit docere, quia magnum est mare & spaciosum, & ibi reperta quorum non est numerus. Animantia magna & parua, & quia ibi naues transeunt, non hoc docuit quod nullus ignorat, sed scire nos voluit mare magnum & spaciosum esse, omnem legem noui & veteris testamenti ibi reperta, quorum non est numerus in lege Iudei, in lege Samaritanorum, et in lege heretici & in lege catholici, in lege reges, consules, diuites, pauperes. In lege pusilli & magni, ibi naues transeunt, sole ecclesie vniuersarum prouinciarum, quæ epibatas ducunt ad regna caelorum, a ciuitatibus terrenis ad ciuitatem Hierusalem matrem nostram. Qui autem sine naue fuerit in hoc mari magno inuentus, inueniet draconem qui formatus est ad illudendum eis. Notandum tamen est, quia deo dicitur, illic est, inquit, draco quem formasti, quia Manichei dicunt principem tenebrarum a se habere principium. Ergo ut creatura assignetur deo. Deo dicitur quem tu formasti, quod autem sequitur ad illudendum eis, illis utique qui naues recusant, & quasi animales sine magistro catholico, & ab Apostolis ducuntur traditionem legis se fluctibus, & altitudinibus tradunt. Ergo quia extra ecclesiam sunt, inter animalia pusilla & magna vagantes inueniunt draconem, ita sibi illudentes, ut putent se melius catholicis sapere, & ad arbitrium suum inueniunt perpetuæ mortis interitum, cum deuenerint in profundum. Quid tamen ut domine patiens & multum misericors & Iudei & Heretici, & ingrati simul cum seruis tuis. Omnes quam diu in isto sunt corpore omnes a te expectant, ut des illis escam in tempore isto. Isto vitæ presentis, quia si tu non dederis, nullus colligit. Apertis manum tuam super bonos & malos, & imple omne animal benedictione, sed cum auertis faciem tuam, tunc turbabunt, cum auferes spiritus eorum. & defecerint, & in terra sua reuertentur, de qua adsumpti sunt. Cum autem fuerit resurrectionis tempus, ueniet spiritus tuus, & resuscitabunt hi in quibus renouasti faciem terræ, qui in nouitate uitæ ambulauerunt, qui ambulauerunt in nouitate spiritus, & non remanserunt in vetustate literæ, in quibus omnia vetera transierunt, & facta sunt omnia noua. In ipsis erit gloria dñi in sæcula sæculorum cum beatus fuerit in operibus suis, quæ nunc operat cum patre & spiritu sancto, qui respicit terram, id est, corpora fidelium, & facit ea tremere iudicium futurum. Qui tangit montes & fumigant. Fumus montium nubes facit. Ergo eos qui sensum ad gloriam caelorum exaltant, ita ut apud homines in terra inimici esse videantur, ut in futuro inueniantur ex-

Fort. Imi-
penti

inueniantur excessi, hos tanget dñs, & dant fumum oris sui, proferentes sermonem, qui nubes sunt oculorum, & facient multos plorare peccata sua, multos lauare ea elemosynis, multos festinare ad fontem sacrum. Sic ergo tactu dei montes fumigant ad inundationem nubium, quæ pluuiam dantes iam sordes abluunt, quam frugibus & arboribus nascendi copiam administrant. Cantemus ergo ipsi domino deo nostro in uita nostra, & psallamus ei quam diu uiuimus, suauis sit ei laudatio nostra catholicis assertionibus suauificata. nihil morbo Iudeorum, nihil morbo hereticorum circumferes ut & nos delectemur in domino cum deficere ceperint heretici, aut Iudei a terra & iniqui, ita ut non sint, cum letamur anima nostra benedicens domino in omni tempore, ipsi gratias agat, cui gloria in sæcula sæculorum Amen.

Alleluia.

CIII.

Confitemini domino, & inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius. Cantate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine sancto eius, lætetur cor querentium dominum. Querite dominum & confirmamini, querite faciem eius semper. Memoretote mirabilia eius quæ fecit prodigia eius & iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius silius Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in sæculum testamenti sui uerbi, quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abraham et iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Dicens tibi dabo terram Chanaan funiculum hereditatis uestræ. Cum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius. Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis magis nolite malignari. Et uocauit famem super terram, & omne frumentum panis contriuit. Misit ante eos uirum in seruum uenundatus est Ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius. Bloquium domini inflamauit eum, misit rex & soluit eum, princeps populorum & dimisit eum. Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Ut erudiret principes eius, sicut semetipsum & senes eius prudentiam doceret. Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacobicola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum uehementer, & firmavit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum ut odirent po-

p 2 rent po

rent populū eius, & dolum facerent in seruos eius. Misit Moſen ſeruum ſuū, Aaron quem elegit ipſum. Poſuit in eis uerba ſignorum ſuorū, & prodigiorū in terra Cham. Misit tenebras & obſcurauit & nō exacerbauit ſermones ſuos. Conuertit aquas eorū in ſanguinem, & occidit piſces eorū. Edidit terra eorū ranas in penetralibus regū ipſorum. Dixit & uenit cynomia & cyniſes in omnibus finiſibus eorū. Poſuit pluuias eorū grandinē, ignē cōburentē in terra ipſorū. Et percuffit uineas eorū, & ficulneas eorū, & contriuit lignū finiū eorū. Dixit & uenit locuſta, & brucus cuius non erat numerus. Et cōmēdit omne ſcēnū in terra eorū, & cōmēdit omnē fructū terræ eorum. Et percuffit omne primogenitū in terra eorū, primitias omnis laboris eorū. Et eduxit eos cum argento & auro, & nō erat in tribubus eorū infirmus. Latata eſt Aegyptus in proſectio/ ne eorū, quia incubuit timor eorum ſuper eos. Expandit nubem in protectionē eorum, & ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt & uenit coturnix, & pane cœli ſaturauit eos. Diſrupit petrā & fluxerunt aquæ, abierunt in ſicco flumina. Quoniā memor fuit uerbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum. Et eduxit populū ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitiā. Et dedit illis regiones gentiū & labores populorū poſſederunt. Ut cuſtodiant iultificationeſ eius, & legem eius requirant.

Alleluia in iſto pſalmo principium ſumpſit, quam qui interpretant glo/ ria deo creatori omnium, uerum dicūt. Ad omnes enim gentes imperat nūciari gloriam eius, & enarrari omnia mirabilia eius, quomodo ex uirgine natus, quomodo exemplo & uerbo docuit, quomodo uirtutes exercuit, quomodo in cruce pependit, quomodo mortuus, ſepultus, reſurrexit, & ea quæ ante paſſionem docuit, poſt reſurrectionem ſuam iterum confirmauit, quomodo aſcendit in cœlos, & miſit paraclētum, qui in conſpectu gentium, quaſi ignis diſperſus, uniuerſarum gentium quæ in præſenti erant linguas in Apoſtolos referaret, ita ut quod imperatum fuerat in præſenti pſalmo ab ipſo ſpiritu ſancto tunc adimpletum, gentes ipſæ de Apoſtolis dicerent: Nonne iſti, inquit, Galilæi ſunt? & quomodo nos unusquiſq; linguis noſtris audiuiſmus eos loquentes magnalia dei? Tunc ergo gentibus conſeſſi ſunt dominum, & inuocauerunt nomen eius, nomen quod ludæa ſola retinebat, tunc annunciauerunt inter gentes magnalia eius. Tunc iure primo cantatum eſt in aduentu ſancti ſpiritus alleluia, in quo narrauerunt omnia mirabilia eius, & docuerunt gentes hoc ordine: Nolite laudari in uirtutibus ueſtrorum, neq; in potentia præliorum ueſtrorum, ſed deponētes po/ tentias

tētiās arcuum & ſcutum & gladium & bellum, pacem adſumite, Et Chriſtū quē prædicamus uobis, ueſtro nomini ſociate, ut uos qui dicimini gentes, dicamini Chriſtiani, & laudemini in nomine ſancto eius. Et lætetur cor ueſtrū qui quæritis dñm, quærite Chriſtū, & cōfirmamini. Et quia aſcēdit in cœlis & parat uobis gaudiū ſempiternū, quā diu ad eū pertingatis, quærite faciē eius ſemper, memērote mirabilia eius quę fecit, quę ſupradiximus prodigia eius, & iudicia oris eius, quęcūq; apoſtoli, quęcūq; quatuor Euāgeliste teſtantur, nō ex gentibus ueniētes, ſed ex ſemine Abraham ſerui eius, qui ſunt filij Iacob electi eius. Nō eſt em̄ Chriſtus deus recens, nō aduena, nō nouicius, ſed ipſe eſt dominus deus noſter, qui ſemper fuit, & qui in Hebræorū gente tantum ceremonia collocauerat. nūc uult, ut in uniuerſa terra ſint iudicia eius. Quid nūc uultis Iudei? Dicite ſi uultis, arguimus uos noſcentes, & dicimus uobis, falſas habetis ſcripturas. Si uere deus erat qui cū Abraham locutus eſt, cur quod promiſit implere nō potuit: ſi nō potuit, oīpotēs nō eſt, ſi potuit & noluit, mētītus eſt. Ad hæc Paulus clamat Hebręus ex Hebręis, impoſſibile ē mentiri deū. Docete ergo impletū quod iurauit deus per ſemetipſum dicēs: In ſemine tuo hæreditabo oēs gentes, quod diſpoſuit Ad Abraham & iuramēti ſui ad Iſaac, ſtatuit illud Iacob in præceptū & Iſrael in teſtamentū æternū, Dicēs, tibi quidē dabo terram Chanaan, funiculū hæreditatis ueſtrę. Et quādo hoc factū eſt? Cū adhuc eſſent ipſi ex Cham numero breues pauciſſimi et incolæ in ea. Tūc pertransierūt de gente in gentē, de regno Chanancorū ad populū Aegyptiorū, nō tamē permiſit hominē nocere eos, & corripuit pro eis reges ſicut Amalech, & cæteros, & dixit eis. Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetas meos nolite malignari. Vñ Amalech rex dixit ad Abraham. Niſi deus admonuiſſet me nocte in uisione, habuerā peccare in te, ſed corripuit me in uisione & admonuit me, ut rogē te, & ores pro me. Egimus hætenus & myſticū & historicū ſenſū, ſed vna nobis quęſtiūcula uidet in manibus. Quærit em̄ quō uerbū hoc mandauit in mille generationes, quod diſpoſuit ad Abraham. Has mille generationes gentium edocere, laciniōſa ſatis narratio flagitat. Sed ut prout potuerimus iuuāte dño, cōmatice trāſeamus. De gente ad gentē, de regno ad populū alterū. Noe tres filios habuit, Sem, Cham, Iafeth. Sem primogenito pars facta eſt a Perſida & Baſteis uſq; in Indiā lōge, & uſq; Rhinocoruras, quę ſpacia terrarū habēt linguas ſermōe barbarico uiginti & ſeptē, in quibus linguis gentes ſunt patriarum quadringētę ſex, nō diuerſarū linguarum, ſed, ut dixi, diuerſarum patriarū. uerbi gratia. Cū vna lingua Latina ſit, ſub vna lingua diuerſę ſunt patrię, Brutiorū, Lucanorū, Apulorum, Calabrorū, Picentū, Tuſcorum, & his atq; huiuſcemo di patrijs ſimilia ſi dicamus. Cham uero ſecūduſ filius Noe, a Rhinocoruris uſq; Gatria, habens linguas ſermone Punico a parte Garamatū Latino, a parte Boreę barbarico, a parte meridiani Aethiopū et Aegyptiorū ac barbaris interioribus vario ſermone numero uiginti duabus linguis, in patrijs treētis nonaginta & quatuor, Iafeth autē habet flumē Tigridē, qui diuidit Me/

diā & Babiloniā, in patrijs ducentis sermone vario, in linguis viginti tribus
 Fiunt ergo omnes simul lingue septuagintaæ duę, patrię autę generationum
 mille, quę in tripartito sæculo hoc ordine sitę sunt. Habet, vt diximus, Iafeth
 flumē Tigridē, qui diuidit Median & Babiloniā. Sem autę Eufratem. Cham
 vero Geon, qui vocatur. Nilus. In his tripartitis gētibus ex vno homine ma
 nantibus, trinitas per dñm nostrū Iesum Christū hominē perfectū adparuit,
 & solus his mille generationibus per lignū suę passionis occurrit, quia mē
 mor fuit uerbi quod iurauerat in mille generationes, dicens Abrahę, quod
 in semine tuo hereditabo omnes gentes. Et sicut filijs Israel famē passuris suc
 currit Ioseph, qui venditus est, qui postquā venditus est, ad regnū ascendit,
 & fame perituris aliquātis gētibus & patrijs frumētatione reposita caute suc
 currit. Ita venditus a Iuda Christus, in triūpho crucis exaltatus est. Ante qui
 dē passus synagogā falsam testē, sicut Ioseph dominā meretricē. Post hęc ex
 urgens a mortuis accepit regnū, vt in nomine eius omne genu flectat, coele
 stiū, terrestriū, & infernū, & fame pereuntibus his mille generationibus,
 apertis horreis, manuū suarū profluentissima largitate succurrit, nō solā eis
 speciē frumenti, sed & vini & olei administrans. A cūctis eas aduersitatibus
 liberauit. Vocauit enim famē super terrā eorum, prius qui in idolis confide
 bant, & omne eius firmamentū panis contriuit, quia panē ves: qui de coelis
 descēderat ignorabāt. At vbi venit vir perfectus, qui in seruū ventū datus est,
 posteaquā ferrū pertrāsuit animā eius, quia eloquiū falsę testis inflāmaue
 rat irā super eū. At vbi misit rex de cœlo & soluit eū, & princeps qui est deus
 in Christo mundū cōcilians sibi, dimisit eū solū ab omni vinculo fragilita
 tis, cōtinuo statuit eū dñm domus suę. Dñm in cœlo & in ecclesia, & princi
 pē omnis possessionis suę omnis sanctitatis, vt erudiret Apostolos sicut se
 ipsum, qui profecerat ætate & sapiētia, & senes suos hos ipsos patres omniū
 credentiū, prudentiā doceret, & in ministerio absconditā. Tunc intrauit Isra
 el in Aegyptū videns deū, Apostolos inter idolatras, & Iacob accola fuit in
 terra Chanaan, & auxit populū eius nimis, ita vt milia hominū haberēt cor
 vnū & animā vnā. Et cōfirmavit cor eius super oēs inimicos eius qui nega
 bant eū. Cōtemnētes em eos, Apostoli cōuersi sunt ad gentes. Cōuersum
 est cor gentiū, vt odirēt populū eius, & occidētes martyres dolū facerēt in ser
 uos eius quousq; veniret ad eos Moses & Aaron, quousq; pertingeret ad se
 sum eorū lex dei, & ponerent in mente sua verba signorū, & prodigiorū,
 quę aut legentes agnouerāt, aut referentes audierāt. Cœperūt enim timere,
 ne paterent non credentes, quod passa fuerat Aegyptus cum rege suo, tene
 bras, aquas sanguineas, ranas, locustas, brucos, cynifes cynomias, grandī
 nē, ignitūq; ventū, qui cōbussit vineas ficulneas, atq; omē lignū finitū corū.
 Post hęc etiā percussione angeli in omnē primogenitū terrę eorū, & primi
 tias omnis laboris eorū. Dantes ergo omnes timorē his virtutibus vincen
 tis dei, fugierunt Aegyptiorū incredulitatē, & secuti Apostolorū fidē, educti
 sunt in Argēto & auro, in duobus testamētis, argēto veteri, & auro noui, in
 bono

bono & meliore, & non est inuentus in his, qui per aquā transferūt, vllus in
 firmus. Nullus em inuenit in oibus mille his generationibus baptizatis, vel
 vnus peccatū habens in hora baptismatis. Alioqui, si peccatū habet nō cre
 didit, & cū Aegyptijs merfus est. Nā oēs qui crediderūt, ex hora qua transie
 runt, veniētes ad cōsignationē, nō inuenit in tribus corū infirmus, omnes
 firmi sunt. Omnes enim cōfirmati sunt. Lætatus est Aegyptus. Aegyptus to
 tus mundus, licet in peccatis agens, tamen lætatur die sancto paschæ, in pro
 fectione eorū, qui fugientes Pharaonē, & sequentes Mosē, per aquā transie
 runt, vt inueniant vbi audiant vocē domini. Incubuit enim timor super in
 credulos, & nō sunt ausi sine ferijs esse in ipso die, qui si non lætantur, creden
 tes deum, feriantur timentes regnum & populū Christianum. Et ideo lētan
 tur, quia incubuit timor eorum super eos. Expandit enim deus vrbē, id est,
 ecclesiā suam in protectionem eorum, & ignē fidei, quę lucet eis in tenebris
 mundi, vbi petierunt carnē, & acceperunt ortigometrā. Caro enim illis da
 ta est, tunc coturnices volantes vtiq; & cœlestia cupientes, & his datur caro
 que ascendit super Cherubin, & volauit. & pane cœli saturati sunt. Quando
 dirupit petram, & fluxerunt aque, & in deserto rotius sæculi currunt flumi
 na, quia memor factus est verbi sancti sui quod dixit ad Abrahā puerū suū.
 Ideoq; eduxit populum suum in exultatione, in alleluia, in albis vestibibus, et
 electos suos in læticia, et dedit illis regiones gentium, et ciuitates populorum,
 vt custodiant iustificationes eius, et legem eius requirant. Sic enim ait, Bapti
 zate, inquit, omnes gentes in nomine patris et filij et spiritus sancti, docentes
 eos custodire omnia quęcūq; præcepi vobis, & ecce ego vobiscum sum om
 nibus diebus, vsq; ad consumationem sæculi Amen.

Alleluia Alleluia.

CV.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in sæculū
 c misericordia eius. Quis loquetur potentias domini, audi
 tas faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt iudici
 um, & faciunt iustitiam in omni tēpore. Memento nostri domine
 in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Ad videndū in
 bonitate electorum tuorum, ad lætandum in læticia gentis tuę, ut
 lauderis cū hæreditate tua: Peccauimus cū patribus nostris, iniuste
 egimus, iniquitatē fecimus. Patres nostri in Aegypto non intelle
 xerunt mirabilia tua, nō fuerūt memores multitudinis misericordie
 tuę. Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrū. Et saluauit
 eos propter nomen suū, ut notam faceret potentiam suam. Et incre
 pauit mare rubrū & exiccatum est, & deduxit eos in abyssis sicut in
 deserto. Et saluauit eos de manu odientiū, & redemit eos de manu
 inimici. Et operuit aqua tribulātes eos, vnus ex eis non remansit.

p 4 Et cre/

Et crediderunt uerbis eius, & laudauerunt laudē eius. Cito fecerunt oblitī sunt operum eius, & non sustinuerunt consiliū eius. Et concupierunt concupiscentias in deserto, & tentauerunt deū in iniquo. Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationē Abyron. Et exaruit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores. Et fecerunt uitulum in Oreb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriā suā in similitudinem uituli, comedentis foenum. Obliti sunt deum, qui saluauit eos, qui fecit magna in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in confectione in conspectu eius. Ut auerteret irā eius, ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt uerbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, nō exaudierunt uocē domini. Et eleuauit manū suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. Et ut deiceret semē eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eū in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad iustitiā, in generatione & generatione, usq; in sempiternū. Et irritauerunt eum ad aquam contradictionis, & uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritū eius. Et distinxit in labijs suis, nō disperdiderunt gentes quas dixit dñs deus illis. Et cōmixti sunt inter gētes, & didicerunt opera eorum, & seruerunt sculptilibus eorum, & factū est illis in scandalū. Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinē innocentē, sanguinē filiorū suorum & filiarū suarū, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, & cōtaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinventionibus suis. Et iratus est furore dñs in populū suū, & abominatus est hereditatē suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eū in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit eū tribula

tribularentur, & audiuit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui, & poenituit eum secundum multitudinē misericordiae suae. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster, & cōgrega nos de nationibus. Ut cōfitemur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israel a seculo & usq; in seculū, & dicet omnis populus fiat fiat.

Alleluia primum egit ut baptizentur credentes. Alleluia secundum, agit, ut reconciliēt poenitentes. Ibi suscepit plebem suam in exultatione, & electos suos in letitia. Hic poenitentes exaudit, & dat eos in misericordiam in conspectu omnium, qui eos ceperant. Beati sunt ergo q custodiūt iustitiā. Nō em̄ ad hoc ueniūt, ut a suis hostibus capiant. Hī autē q capti sunt clamāt ad misericordem, dicētes, peccauimus cū patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Nec illud cū aliqua cōtrouersia respicias uolo, qd̄ dixi, omes q nō custodiunt iustitiā, capiunt ab hostibus suis. Illos em̄ magis hostes respice, qui cū esse p certo noscātur, p certo uideri nō possunt. Et cum illos ad spectū mentis attenderis, illū plus uidebis a suis hostibus possideri, qui post peccatū exultat, nullo flagello percussus. Verum q̄a uerus Christianus ille est, qui p suis quotidie peccatis exorat, suscipiat regulā poenitentiae. Exclūso noua ita ut centesimū quintū psalmū centesimo quarto subiungat, nō recusat fletum in quinto, quem in quarto letitiam accepit. Et sicut ille cātauit alleluia, & iste alleluia decantet. Ibi diues factus in argēto & auro egrediē gaudēs, hic mēdicus effectus reuertitur plorans. Et ibi alleluia cantatū est, & hic alleluia cantatur. Ibi confitemini dictum est, & inuocate nomen eius, hic cōfitemini dicatur quoniam bonus. Dicite peccata uestra, unde exacerbastis dñm. Dictauit enim super uos sententiā, ut deiciat uos in nationibus, & dispergat uos in regionibus. Confitemini bono, cōfitemini uolenti parcere. At ille: Peccauimus, inquiūt, cum patribus nostris. Peccauimus cum patribus, nō de tēpore posuit. Cum patribus enim, tūc peccauerunt quando irritauerunt ascēdentes in rubrū mare, quando operuit aqua tribulantes eos. Posteaquam crediderunt uerbo dei, & cantauerunt laudem eius, statim oblitī sunt operum eius. Et concupierunt concupiscentiā in deserto, ollas Aegypti, & irritauerunt in siccitate, & data est eis petitiō eorum, & data est saturitas in animā eorum. Saturitatē sequuta est luxuria, & irritatus est dominus a superbis Dathan, Choreb, & Abyron. Et siue pro igne alieno, siue pro supbia cōtra Moysen uisa, aperta est terra, & deglutiuit eos uiuentes. Populus autē liberatus, immemor liberatoris sui, memoratur supstitiones Aegypti. Quibus memor, aurū suū in uituli similitudinē fundit, adorat opera manū suarum. Oblitus est eum q liberauit eum, p quo factū dum uellet dominus disperdere eos, stetit Moyses dicens, Dñe dele me de libro tuo, si istis nō parcis. Putas ne tu o Moyses plus mi

penitentiis inimicis qui ad finem uideri nequeunt.

** Legendum arbitror excluso nouato Nam is non recipiebat poenitentes*

sericors es, quam ille qui blasphematus manna pluit, qui cōtemptus de petra
 producit aquas. Non tu plus misericors, sed voluit dñs adfectum tuum duci
 bus populi recitari, vt sic arguit circa peccantes, sicut te fecisse cognoscūt, nō
 cito damnent sed volentem dñm condemnare, suis precibus flectant. Audi
 quid cantas. Dixit, inquit, vt disperderet eos, si nō Moses stetit in contra/
 ctione qua cōperat agi populus: Stetit, inquit, in conspectu eius, vt auerteret
 iram eius, ne disperderet eos. Iam si placet, q̄a longus est psalmus, trāseamus
 ad caussam nostram ab historia Iudæorum. Omnia enim nobis ista post ba/
 ptismatis cōsecrationem eueniūt. Incedimus enim per baptismum terram
 fluentem lac, & mel. Et post hęc pro nihilo habemus terram desiderabilem,
 quando polluimus terram corporis nostri. Non enim vere credimus verbis
 dei perpetuum incendium comminātibus propinquis temporalibus factis.
 Et q̄a deo nō credimus murmuramus in tabernaculis mētium nostrarum.
 Quia non exaudimus vocem domini. Qua fronte dicimus deo: Exaudi vo/
 cem nostram, q̄ non exaudimus vocem domini. Insuper etiam cōsecramus
 Bilegor, ventri & libidini seruiētes, aut illos colimus, q̄ colunt ventres no/
 stros, aut illos quorum persona a mūdo suscipitur. Quos cum sciamus, aut
 turpes in factis, aut iniustos in iudicio, tamen q̄a potētum amicitijs copulan/
 tur, aut ipsi potentes sunt, hos in sacerdotio cōsecramus, hos dignos clama/
 mus & iustos, per quos manducamus mortuorū sacrificia. Hij enim q̄ offe/
 runt siue pecunias, siue munera ecclesijs, & mortui sunt in peccatis suis. Pro/
 pterea utiq; offerunt, vt nostris p̄cibus reuiuiscant, nos vero peiora scelera
 committentes. Illa quæ offerunt sacrificia mortui comedimus. Illi autē in sua
 morte perdurant, quia nostro non reuocabūtur exemplo, sic fit vt iritemus
 dominum in his studijs nostris, & multiplicatur super nos ruina. Pereūt vr/
 bes, percunt prouinciæ quia percunt discipline. Superest vt stet Phinees, &
 exoret pro nobis, id est, stet populus martyrum, q̄ non timuerunt sicut phi/
 nees sanguinem fūdere. Vt his orantibus cesseret a nobis quassatio, vt hoc qd̄
 euadimus, quia nostra iustitia nulla est, illorum reputetur iustitiæ, a genera/
 tione & generatione vsq; in æternum. Nunc videndū est, qualiter & nos si/
 cut illi irritamus dominū ad aquam contradictionis, ita vt vexetur Moses
 propter nos, q̄ exacerbamus sp̄m eius. Ita, vt dixi, liquet psalmus hic in hi/
 storia, vt penitus & expositor necessarius non sit. Sed quia a litera ingressi su/
 mus infra literam, Videamus quomodo irritetur dominus ad aquam con/
 tradictionis. Post baptismum vnum, aqua nobis contradictionis exoritur,
 contradicūt nobis aqua baptismatis, vnus enim deus, vna fides, vnū baptil/
 ma. Ibi uexamus Moſen. Moſes lex dei est, vexamus legem eius contemnen/
 tes præcepta eius. Insuper etiam exacerbamus sp̄m eius sanctum, in quo si/
 gnati sumus in die redemptionis. Hoc autem facimus, quando non disper/
 dimus gentes quas dixit dominus, quando nutrimus vitia, amantes ea quæ
 odit dñs, commiscemur inter gentes, similia aut peiora facientes, quam gen/
 tes quæ ignorant deum. Seruimus sculptilibus eorū, deum habentes ventrem
 & gloriam

Sic legen=
 dū cōseo.
 cōminan=
 u pro in=
 quis tēpō=
 rilibus fa=
 cis.
 i nō com=
 manſerit
 et minātib/
 ſ. dei com=
 nat. aut
 p̄b. i. uinnā/
 tib. j.

& gloriam in stercore. Hinc nascit nobis scandalum, id est, libido. Tunc im/
 molamus filios nostros & filias nostras dæmonijs, id est, sensus nostros, q̄ ex
 nobis quasi filij nascunt. Et cogitationes nostras dæmonijs tradimus. Effun/
 dimus sanguinem innocentem, id est, sanguinē animarū simplicium, quæ no/
 stro exemplo delinquūt. Sanguinem utiq; eorum sacrificamus sculptilibus
 Cham, Cham irrisor patris est. Hij ergo qui irrident legem dei nostri, his eos
 sacrificamus qui nostro exemplo delinquūt. Iacent enim ante ora eorum de/
 ipsis loquuntur, de ipsis risus, de ipsis iocus, de ipsis opprobria vniuersa repe/
 riūt. Ille monachus hoc egit, ille clericus hoc, illa sanctimonialis hoc, sic inter/
 ficiūt terra sanguinibus, id est, terrenæ mentes interficiunt hoc ordine, si ille q̄
 sanctus vocat & nonnus sic agit, ego q̄s aut quotus sum vt nō agam, sic in/
 terficiūt vitio nostro terra sanguinibus, & contaminat in operibus nostris.
 Quia fornicamur in obseruatiōibus nostris, id est, in p̄posito sancto positi,
 aut corde, aut opere fornicamur. Ideo irascit dominus sup̄ populum suū, &
 abominatus est hæreditatem suam. Ideo tradidit nos in manu inimicorum,
 & dominantū nostri qui oderūt nos. Et tribulant nos inimici nostri, & humili/
 liant nos sub pedibus suis, sepe diximus: Parce domine, & sepe liberauit nos.
 Nos autem iterū liberati exarsimus in cogitatiōibus nostris. Nihil nobis sin/
 perest, nisi vt de isto corpore exeamus. Si contempsimus quæ passi sumus,
 quæ passuri sumus cōtemnimus. Ibi enim passio linem nō habet, iam ex inte/
 gro pœniteamus. Quia sicut cōtemnentes deum, deum nobis fecimus con/
 temnentem, ita dum pœnitentur ex animo, deū nobis facimus pœnitentē.
 Nos pœnitentur, quia cōtemplimus, ille pœnitēt se dictasse sententiam. Tu
 facta renouas, ille sententiam, tu pœniteris, & ille pœnitēt secundū multitudi/
 nem misericordiæ suæ, & tollens a nobis iram, dat nobis misericordiā, in con/
 spectu omnium q̄ cōperūt nos. Clamamus ergo ad Saluatorem ex animo
 dicentes, Saluos fac nos domine deus noster, & cōgrega nos de nationibus,
 vt vltra nō seruiamus peccato. Nec mores nostri similes sint gentibus, quia
 etiā si in gētibus dispergamur, sicut Daniel & tres pueri, nō sumus inter gen/
 tes, si eis moribus nō miscemur, Quin imo gloriamur in laude eius, cum vi/
 dentes homines opera nostra bona, laudant & benedicūt deum Israel, & di/
 cet omnis populus, fiat fiat, id est, fiat fiat, semper tale opus in quo benedica/
 tur deus, qui regnat in secula seculorū Amen.

Namque
 hoc uer=
 bo Aegy=
 ptio ni fal=
 lor, usus
 est Hier.

Alleluia alleluia.

CVI.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculū
 misericordia eius. Dicant nūc qui redēpti sunt a domino,
 quos redemit de manu inimici, & de regionibus aggrega/
 uit eos. A solis ortu & occasu, ab aq̄lone & mari. Errauerūt in so/
 litudine in inaquoso, triā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. Esurien/
 tes & sitientes, anima eorū in ipsis defecit. Et clamauerūt ad domi/
 num cum

num cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis. Cōfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū.

Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris & in umbra mortis, uinctos in mendicitate & ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei, & consiliū altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorū liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & uincula eorū dirupit. Cōfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū.

Quia cōtriuuit portae greas & uectes ferreos cōfregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eorū, propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escā abominata est anima eorum, & adpropinquauerunt usq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorū. Cōfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis, & annūciant opera eius in exultatiōe. Qui descendūt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus procellae, & exaltati sunt fluctus eius. Ascendūt usq; ad caelos & descendunt usq; ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram, & siluerūt fluctus eius. Et latati sunt quia siluerūt, & deduxit eos in portū uoluntatis eorum. Cōfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū. Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorū laudent eū. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarū in sitim. Terrā fructiferā in saluginē, a malitia inhabitantiū in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esuriētes, & cōstituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerūt agros & plantauerūt uineas, & fecerunt fructū natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati

triplicati sunt nimis, & iumenta eorū non minorauit. Et pauci facti sunt, & uexati sunt a tribulatiōe malorū & dolore. Effusa est cōtentio super principes, & errare fecit eos in inuio & nō in uia. Et adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias. Videbunt retri & latabunt, & omnis iniquitas opilabit os suum. Quis sapiens & custodiet hæc & intelliget misericordias domini.

Tertium alleluia canitur in psalmo centesimo sexto, in quo usus noster cotidianus retexitur. Audi Nouatiane audi de quibus loquitur. vult enim in isto psalmo agere cōtra te specialiter spūs sanctus. Tu enim dicis, qui adhuc non sunt redempti, ipsi possunt ad indulgentiā per pœnitentiā puenire. Nos dicimus: illi per fidem solam ad indulgentiā attingūt. Isti autem qui iam redempti sunt, nō per fidem solam, quia iam crediderunt sed per pœnitentiā, perueniunt ad misericordiā redemptoris. Deniq; audi quid dicat. Dicāt, inquit, Hij qui redempti sunt a domino, quos redemit de manibus inimicorū, utiq; per baptismum de regionibus, cōgregauit eos, utiq; ad fidem, a Solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Hij errauerunt, id est, a recti tenore recesserunt, passi siccitatem in uia, id est, in Christo ambulantes, quia ipse est uia. Passi siccitatem sermonis, dum nullus docet, nullus exhortat, aut nullus est cuius exemplo pfinderentur. Passi siccitatem errauerunt, & ciuitatem habitationis non inuenerunt, non inuenerūt cuius exemplo spiritaliter uiuerent, sed desertum huius mundi passi, esurientes & sitientes anima eorū in ipsis deficit. Quia cibum uerbi dei & boni exempli non habuit, & clamauerunt ad dominū cum tribularētur, id est, dum pœnigerentur. Et de necessitatibus eorum liberauit eos. Reduxit eos in uiam rectam, per pœnitentiā sunt reuocati ad Christum, ut per ipsum pueniant ad ciuitatem habitationis. Et possunt refici sermonibus sanctis. Cōfiteantur domino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū. Quia satiauit animam quę fame peribat, & animā esurientem. Quid esurientem? Bona utiq; quę non habebat esurientē. Ergo bona saturauit bonis pœnitentem, & sedentem non in schematibus mundi, nō in publico gloriantem, sed sedentem in tenebris, & in uinculis in mendicitate & in ferro. Quare hoc, inquit, mundi homines, quid sibi uolunt isti religiosi plorare, sedere in uinculis, sedere in tenebris? Vbi est scriptū: Ecce hic scriptum est, quia illam animam respicit deus, quę sedet in tenebris & in uinculis, pro eo quod exacerbauerit dominum, & consiliū altissimi spreuerit. Qui humiliant in labore & ieiunijs cor suum. Quia ergo cor cōtritum ac humiliatum deus nō despiciet, audi qd sequitur: Clamauerunt, inquit, nō cum epularentur, sed cum tribularentur. Ipsi enim sibi imponunt tribulationis iugum. Ne forte dum pœrita facta ad indulgentiā puenire postulant, incurrāt pœnitentiā. Letus enim animus facile lapsum incurrit, quod tristi & afflictio difficile euenit. Humilietur ergo in labore, ieiunio cor nostrū, nō eū letificent uino, & ostendentes infirmitatem nostram medico celesti, clamemus ad eū.

Ipsa

Tribulati
dicit Grae
ce, pro eo
qui tribu-
latur.

Ipse enim educet nos de tenebris & de umbra mortis. Et vincula nostra dirumpet, ita ut cōfiteamur ei, quia contriuerit nobis portas ereas. Portae creae sūt consuetudines vitiosae, quae sic claudūt nos, ut propemodū etiam arbitrium nostrae libertatis includāt. Namque qui cōsueuimus verbi causa iurare, iurare iam nolumus, sed quasi porta clausa huius cōsuetudinis, volentē egredi non sinūt. Sic enim sit, ut etiā non volens ex ore meo pferre iuramentū. Sic & de vniuersis vitijs dictū puta. Quia in ipsis vitijs velut in portis aereis impingimur, fugientes & volentes egredi non valemus. At vbi tribulantes clamauerimus ad Christū, confringit portas ereas, & vestes ferreos cōminuit. Vestes enim ferrei immundi spūs sunt, quae portas nobis impię cōsuetudinis claudūt. Hic si se subduxerit dñs, libertas ipsa nostri arbitrij euanescit. Sed nō se subducit dominus, nisi in spū tribulanti cum lachrymis exoretur. Mittet enim verbum suū sicut misit ante filiū suum. Mittit eum & sanat nos, & sicut redemit nos de manu inimici, ita nunc eripit nos de interitu nostro. Consiteant ergo domino pluraliter misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum, ut sacrificent sacrificiū laudis. Ideo annunciant opera eius in exultatione, & nō in tribulatione: Hic, inquit, qui descendūt mare in nauibus. Mare descendunt in nauibus, quae in conuersatione sancta in isto mundo degunt. Ipsi enim faciunt operationē in aquis multis, id est, & verbo & exemplo suo, eorum qui eos aut audiunt, aut imitant operationem, in aquis multis facere referunt. Ipsi vidēt opera domini cotidie, ad hoc vacant ut videant opera domini, quae iste mundus sic dum fruitur nō videt. Hic autem non solūt opera dñi vident, sed mirabilia eius in profundo cōsiderant. Verum quia nullus iustus sine tēratione trāsit. Audi quod de eis dicat: Ascendunt, inquit, vsq; ad caelos. Quid est ascendunt? Disce in Petro, ut quod in ipso inueneris, in omnibus cernas. Ascendit Petrus vsq; ad caelos, dicens domino: Etiam si oportuerit me tecū mori, non te negabo. Descendit vsq; ad abyssos, cū negat. Post hęc ita turbatus est & motus est sicut ebrius. Et omnis sapientia eius ita deglutita est, ut nisi clamasset ad dñm cū tribularet, & ploraret amarissime, nō de his necessitatibus euassisset. Fleuit ergo & statuit ei pcellam in auram. Audi dicentem dñm, Petre, ait, petiit sathanas, ut ventilet vos sicut triticū in area. Ego autem intercessi pro te, quasi qui dicat, statui tibi pcellam in auram, & feci ut silcant a te fluctus eius. Legatus est Petrus, quia siluerunt, & deduxit eum in portum voluntatis suae, in ecclesia sine dubio. Vbi exaltant eum in ecclesia populi. Et in cathedra seniorum laudant eum, quia posuit flumina in deserto, id est, in deserto huius saeculi perambulans, quousq; pueniret ad Romam. Predicauit baptismum Iesu Christi, in quo vniuersa flumina benedicunt vsq; hodie a Petro. Ipse posuit exitus aquarum in sitim, ita ut qui exierit foras ab ecclesia Petri, siti pereat. Posuit terrā fructiferā in falluginem. Sicut fallugo terrā a fructu reuocat, ita litera mundi a fructu spiritali reuocat mentes. Sed per Petrum in fallugine literarū positā Romam, fecit eam fructū afferre. Vnde autem ipsa terra falluginem haberet expressit, A malicia, inquit, hominum inhabitantiū in ea. Et adiecit,

adiecit. Posuit, inquit, desertū ab aquis, quae peccata lauant. Posuit in stagno aquarū, abundant aquae baptismatis. Martyrū poenitentiae elemosynarum abundant in deserto isto, quod ante Petri aduentū siccum fuit & aridum, hoc nunc excultum est cum constitueretur in eo ciuitas ecclesiae, in qua cotidie selminantur agri, & plantantur vineae, ut fiat fructus natiuitatis, quos benedixit deus, & fecit ut multiplicarentur. Sed post hęc persecutio facta est, & pauciam attingere meruerunt. Quando effusa est cōtentio super principes mundi, Tunc seduxerunt eos in inuio, & non in via, id est, in idolis & nō in Christo, qui via est. Sed adiuuauit dominus pauperem de mendicitate, & respexit, quia tentationes ferre populus credens ei omnino non poterat. Adiuuauit eum de mendicitate virium, & posuit sicut oues familias in vniuersam faciem terre, statuens eis pastores & pascuas, quae videntes recti letabuntur. Nō recti vero murmurabunt, sed iniquitas omnis aduersus ecclesiam dei, & aduersus oues & pastores iam obstruxit os suum. Qui sapiens est intelligit hęc, & cum intellexerit, nihil aliud intelligit, nisi misericordiam domini, quae regnat in saecula saeculorum Amen.

Canticum psalmi ipsi David

CVII.

Paratum cor meū deus paratum cor meum, cātabo & psallam in gloria mea. Exurge psalteriū & cythara, exurgā diluculo. Confitebor tibi in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Quia magna est super caelos misericordia tua, & usq; ad nubes veritas tua. Exaltare super caelos deus, & super omnē terram gloria tua ut liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua & exaudi me, deus locutus est in sancto suo. Exultabo & diuidā siccimam, & cōuallem tabernaculorū dimictiar. Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Efraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus. Moab lebes spei meae. In Idumeam extendā calciamentū meū, mihi alienigenae amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatē munitā, quis deducet me usq; in Idumeam. Nonne tu deus qui repulisti nos, & nō exhibis deus in uirtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Psalmus centesimus septimus ex duorum psalmorū finibus pbatu esse cōstructus, ex parte quinquagesimisepti & quinquagesiminoni. Quam cōsiderationem, si diligenter sensus spiritalis attendat, vidit satis necessarium deo cor suum, & omnes occasiones mundi ab eo separās, paratum deo alludet in psalmo, & in verbo cōgeminat. Quid est enim dicere deo, Paratū cor meū, nisi hoc, ut dicat ei, Veni domine paratū cor meum, & in rem tibi pparatum

ratam ingredi, ut cantem & psallam in gloria mea. Quam autem sua gloria memoraret adiunxit: Exurge, ait, gloria mea in psalterio & in cythara, ut in ipsam gloriam exurgam diluculo, Mox ut mihi auxilium tuum, suscitans, tenebras a me meorum excluderet peccatorum, tunc & in populis confitebor, & dicam: Quia non sum dignus vocari seruus tuus pro peccatis meis, non me iactabo in superbia, etiam cum me per indulgentiam tuam mundatum agnouero. Sicut ille qui vas electionis factus clamabat dicens: Non sum dignus vocari apostolus. Et haec confessus in populis domino, cepit psalmum dicere inter gentes, quem psalmum cecinit Paulus inter gentes: Hunc sine dubio. Quia magnificata est usque ad caelos misericordia eius. Qui venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus, ait, ego sum. Et haec veritas eius, usque ad nubes peruenit, id est, usque ad Apostolos peruenit veritas, quae est Christus. Iam prophetis silent, soli Apostoli loquuntur, & Apostolorum discipuli. Quid loquuntur? Quia exaltatus est super caelos deus dei filius, & sedens ad dexteram patris, super omnem terram eius gloria predicatur, ut liberentur in toto orbe terrarum, qui sunt dilecti eius, in quibus clamat ecclesia: Saluum me fac dextera tua, & exaudi me. Nisi enim dextera eius traxerit ab inferis animam nostram, id est, ab inferis cogitationibus, non saluamur a descendentibus in lacum, id est, non eripimur, sed a fornicationis laqueo innodamur. Sed sicut non eripimur, nisi per dexteram eius, sic non eripit nos dextera eius, nisi dicamus credentes. Saluum me fac dextera tua & exaudi me. Ad haec deus, inquit, locutus est in sancto suo, id est, in domino Iesu Christo locutus est deus. Exultabo & diuidam Siccimam. Ciuitas est quam Hebraei humiliauerunt in gladio, quia soror eorum ibi corrupta fuerat. Nunc vero quia mens eorum corrupta est, in gentes misit deus filium suum, qui hanc urbem gentium tollat de potestate Hebraeorum. Et diuidam eam Apostolis, & conualles tabernaculorum eius metiar in tres partes, ita ut ipsas tres partes in vno regno coniungam, & sit trinitas dei in trinitate populi Hebraeorum, Graecorum, & Latinorum. Ex his tribus eatur in cunctis partibus mundi, ut nostri sint omnes per fidem, quae sine fide nostri esse non possunt. Sint nostri Galaad & Manasse in gentibus, & Effrem fortitudo capitis nostri in benedictionibus. Sit Iuda rex meus in Christo, sit Moab olla spei meae. Moab filia Loth, ex quo Moabites sunt gentes, quae angelis ducibus euasit pluuia ignea de caelo venientes pro qua rogar, ut non ardeat in Sodomiticis flammis, sed in spiritu ferueat sancto, & cum filiis suis, id est, gentibus quae ignorant deum, sit olla spei meae. In Idumeam, inquit, id est, in habitationem gentium. Ibi extendam calciamentum meum, non inde fugiant discipuli mei, excutientes puluerem de pedibus suis, sed ibi eant extendentes calciamentum suum, ut dicat de eis, Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Haec autem & nobis euenient ut euadamus calores Sodomiticos, & flammis sancti spiritus accedamur. Si Allophylos conemur euincere, & eos quotiescunque contra nos arma corripunt, id est, immundos spiritus subiugare nitamur, ut merito dicamus. Mihi Allophyli subditi sunt. Quibus

subditi

subditis, quis deducet nos in ciuitatem munitam, nisi filius dei. Aut quis deducet nos in Idumeam, nisi dominus Iesus Christus. Ipse enim dat nobis auxilium. Unde nobis dat auxilium: de exultatione, an de tribulatione? De tribulatione, inquit, quasi qui dicat non meretur auxilium consequi, qui se tribulantem non exhibet Christo, & crediderit, quia vana salus est in homine. In deo enim saluamur virtutem. Quam virtutem? Ut vitia per consuetudinem subiugentur, & virtutes animi subleuentur. His incumbentes studiis, in deo faciamus virtutem, & ipse ad nihilum rediget tribulantes nos, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

In finem psalmus David.

CVIII.

Eus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosum super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem & diabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani & uxor eius uidua. Nutantes transferantur filij eius & medicentur, eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur foenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, & disperdat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem & medicum & compunctum corde mortificare, Et dilexit maledictionem & ueniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut uestimentum & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut nescimentum quo operietur & sicut zona qua semper precingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu domine fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.

Libera me quia egenus & pauper sum ego, & cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum, & excussus sum sicut locustae. Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea im-

mutata

mutata est propter oleū. Et ego factus sum opprobriū illis, uiderūt me & mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus meus. saluū me fac propter misericordiā tuam. Et scient quia manus tua hæc, & tu dñe fecisti eā. Maledicent illi & tu benedices, qui insurgunt in me confundantur, seruus aut tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiant sicut diploide cōfusione sua. Confitebor dño nimis in ore meo, & in medio multorū laudabo eū. Qui adstitit a dextris paupis, ut saluā faceret a persequētibus animā meā.

Venimus ad psalmū ceterimū octauū, quem Apostolus Petrus interpretatur in Iudam Iſcharioten. Huius nos pedisequi viam quam ipse aperuit ambulemus, homo perfectus interiorē suū alloquitur, dicens, Deus laudem meam ne tacueris, quasi qui dicat homines uituperationes in me excitant falsas. Tu deus meus laudē meā non taceas. Redi ad conscientiā tuam o homo dei, qui Christū sequeris. Et cū os peccatoris & diaboli super te apertū fuerit, gratulare securus esto. Quia os peccatoris ad uituperationē tuam aperitur in terra, & ad laudem tuā os dei aperitur in celo. Loquātur aduersum te, sicut pharisæi cōtra dominū lingua dolosa, & sermonibus odij circūeant te, & expugnent te gratis. Nota tibi gratis non vitio tuo sit, nō culpa tua sit, sed eorum mendacium veritati tuæ seruiat. Seruit em̄ mendacium veritati, si famā non timeas hominū. Nihil em̄ agit falsus testis, nisi vt ipsam cōmaculet. Si times hoc, seruus effectus es, si non times liber es. Time ergo solū deū & de bona conscientia præsumes, sentiat se propositi tui famā esse ancillā, & eam cōpelle seruire magis quā imperare virtuti. Nam si eam timueris, eris omnium qui obrectare poterūt seruus. Et timebis verū dicere, ne de te falsa cōfingant. Dicas forsitan, Et quid faciā si vulnerauerint opinionē meam. Hoc fac quod iste fecit, cuius carmen exponis, Pro eo, inquit, vt me diligerent detrahebant mihi, ego autē orabam. Ostendit tibi quid facias. Nunc ad maledictiones accedentes, caueamus exitū rerū, ne ad homines ista dirigamus, & putemus nobis hanc regulā datam, quo maledicamus eos qui nos iniquo odio persequuntur. Hoc euangelicus magister omnino prohibuit, vnde ad principē maliciæ currendū est animo. Et quotiescunq; maledictiones cantaueris, ipsi eas quē maledixit dominus decantabis. Ipse enim ponit aduersum nos mala pro bonis, siue dñi bona operamur, quia mala nobis per suū excitat zelū. Siue dñi idola ostendit, mala pro bonis ostendit. Siue dñi cōcupiscentias carnis exagitant, cū sint mala omnia opera concupiscentiæ. Ille ipsa mala pro bonis ostentat, & odiū pro dilectione immittit, ita vt videatur nobis amare ac diligere, cū ad peccatū tribuit facultatē. Cōstitue aduersus eum peccatorem. Quomodo stare potest hoc diligenter ausculta. Aduersum me constituit discipulū meum, aduersus eum constituitur discipulus eius. Et sic persecutor diaboli, qui persecutor extiterat Christi, et stet diabolus a dextris eius

ad con

ad confutandū, & ad conuincendū. Stetit diabolus a dextris Pauli, ita vt iudicans eū Paulus, faceret eum a se exire condemnatū, & totā orationē & consiliū eius statueret in peccatū. Ipse fecit dies eius paucos. Paulo enim gentibus prædicante, non multo tēpore obtinuit principatū in templis. Post hæc cessauit princeps esse super gētes, & magisteriū eius accepit ille qui dicebat, Ego sum magister gentiū, in fide & veritate. Ille enim fuerat magister gentiū, in infidelitate & fallacia. Tunc hij quibus dictū fuerat a dño, Vos de patre diaboli vidua. Sicut enim vni viro desponsata est ecclesia per fidem, sic per infidelitatem non sponsa, sed vxor est potestas incredulitatis, quæ dabat pontificiū dominandi sacerdotibus templorum, siue synagogæ, seu hæreticorum ecclesijs. Hæc potestas deiecto diabolo efficitur vidua, ita vt anathemati filij eius enjantur vt mendicent. Perscrutatur fornicator dominus noster omnē substantiam eius, exigit ab ea, id est, ab ipsa potestate vsuras verbi prudentiæ, quibus illa male vsa est. Diripiunt alieni omnes labores eius, ostenduntur iniuste docuisse, iniuste scripsisse, iniuste fabricasse. Et ista omnia diripiūt alieni a societate eiusdem potestatis, quæ potestas deficiens in ipso diabolo deum adiutorem penitus non habet. Nec est qui misereatur orphani eius in generatione vna, id est, in solo populo Christiano delctur nomen eius. Ibi in memoriam redit iniquitas patrum eius. Cottidie legitur in ecclesia in conspectu dei, Quanta mala fecerunt Christo, apostolis & martyribus, & peccatum matris eius populi, hoc est, peccatum potestatis eius non delet. Sed sit contra dominum semper, & perdet de terra memoriam. Ecce perijt potestas persecutorum, quia ipsi rerum domini serui sunt Christi. Perijt ergo de terra potestas. Illa quæ non est recordata, vt faceret misericordiam, sed persecuta est hominem. Quem hominem: Pauperem, inquit, & mendicum, Christum utiq; & in passione & in suorum martyrio. Dilexit maledictionem Adæ quæ per Christum aufertur, & veniet ei, noluit benedictionem quæ per Christum adfertur, & utiq; elōgabitur ab eo. Nota ex arbitrio euenisse, vt nollet propter heresim, quæ dicit deum alios prædestinasse ad benedictionem, alios ad maledictionem. Hic enim ex dilectione sua maledictionem habere probatur, & nolle suum benedictionis præmiū non habere. Vnde & adiecit, quod ipse se induerit maledictionem, sicut vestimentum. Sicut enim per fidem dicitur nobis, Christum induistis, ita per infidelitatem induit se homo maledictum, id est, diabolum, qui intrat sicut aqua sanctis ad liberandum, ita istis ad necandum. Et sicut oleum sanctis ad exhilarandum, ita impijs ad tribulandum, sitq; eis ipsa maledictio sicut vestimentum quo induti sunt, & sicut zona qua præcinguntur. Hoc opus eorum qui detrahunt fidei catholice, & qui quærūt mala sanctis & orthodoxis definitionibus, quibus dñs facit misericordiā propter nomē suū. Quia & si peccator sit, quicūq; tamē propter hoc quod recte fidei ē, misericordiā cōsequitur. Si cor eius conturbatum fuerit de timore iudicij, & excussus fuerit de manu peccator

q. 2. si sicut

ti sicut locusta, & genera eius infirmenē in ieiunio, & caro eius imutata fuerit a pinguedine destituta, tūc inueniet misericordiā qui licet dicat, & vere dicat Viderūt me, & mouerūt capita sua, sicut pharisæi in Christo, ita dæmonia in Christiano. Dū pateret em Christus, pharisæi mouerūt capita sua insultātes, & dū passionibus præmit Christianus, vident eū dæmones cōsentientē & insultāt ei. Sed argutus dei seruus clamat, Adiuua me dñe, vt sciant quia manus tua mecū, & tu domine fecisti ea. Ea isto loco sic accipe, sicut dixit Pi lato dñs, Non haberes potestāē, nisi data tibi esset desuper, ita paruæ & nos relinquimur tentationi. Et ideo ait, Tu dñe fecisti ea, vt moueāt super me capita sua. Sed quia fidelis es, & nō pateris nos tentari supra quā possumus, fac vt induantur sicut diploidē cōfusionē. Diploidis est siue chlamydis in quadri plici amictu, siue quæcūq; alia species, quæ in ante duplex est, & a tergo duplex. Ergo quadrifariā cōfusionē induunt dæmones, quando nos quadrifariā euāgeliorū liberationē arripimus. In qua cōfitemur dño nimis in ore nostro, & in medio multorū laudamus eū cōfidentes. Et quia ipse est qui stat a dextris pauperis, vt saluet a persequentibus animas nostras Christus filius dei, qui regnat cū patre & spiritu sancto in sæcula sæculorū Amen.

Psalmus ipsi Dauid.

CIX.

Ixit dominus dño meo sede a dextris meis. Donec ponā d inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Virgā virtutis tue emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorū. Tecū principiu in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorū ex utero ante luciferū genui te. Iurauit dominus & non penitebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Domi nusa dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in nati onibus implebit ruinas, cōquassabit capita in terra multorū. De tor rente in uia bibet, propterea exaltabit caput;

Centesimi noni psalmi caput, & a pharisæis Christus inquit, dicēs, Si Da uid in spiritu vocat Christū dominum dicens, Dicit dominus domino meo, sede a dextris meis. Si ergo, inquit, vocat eū dominū Dauid, quomō eius est filius. Interrogantis est ista oppositio, nō negātis. Nos em eū & dei fi lium ante luciferū ex deo deū genitū credimus. Et Dauid eū filiū per partum virginis Mariæ profitemur, qui ascendens in coelis, sedet ad dexterā patris, vnde uenturus est iudex. Habebit inimicos suos scabellum pedū suorum, se cundū quod & Apostolus dicit, Cum euacuauerit omnē principatū, pote statē & virtutē. Tunc oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius. Cuius inimicos si interrogas, respondebit tibi, eius si ne dubio, cuius virgā virtutis misit dñs ex Sion. Virgā virtutis, hominis cor pus est ex uirgine nati, quā virgā ex Sion misit dñs, vt dominetur in medio inimicorū suorum. Nō ergo sicut damnabilis Fotinus credit, ex Mariæ par tu sum

tu sumpsit ex ordinem, sed ante luciferum est ex patris ore progenitus. Hic qui per mysterium panis ac uini sacerdos factus est in æternū, secundum ordinē Melchisedech, qui panem & uinū solus obrulit in sacerdotibus, dum Abra ham uictor reuerteretur de prælio. Videamus nunc quomodo a dextris eius contracti sunt in die iræ eius reges. A dextris domini in cruce positi fixus erat latro, quem sibi uindicabant reges & principes tenebrarum. Hos cōfregit in die iræ iue. In die utiq; iræ, quam patiebatur eorum qui eum crucifigebant. Et contractis his principibus conquassauit capita multa, ita ut capitales crimino si dicerent, homicida per fidem uno uerbo saluatus est. Quare non & nos credamus? In cruce positus ille unus, multos nos in terra numero copioso conuertit. Per illum qui de torrente in uia bibit. De torrente iracundiæ ludeo rum in uia bibit calicem passionis. In uia immaculata ambulans, conquassa uit capita dæmonum in terra in corpore cōstitutus. Et exaltauit caput homi nis dum a confusione erigit, a confusione utiq; primæ præuaricationis. Et nisi filius dei in uia bibisset, non exaltasset caput hominis deiectum ad terras. Non ergo dicas, quia conquassauit capita criminum, Christus ipse exalta uit caput. Non enim dixit exaltauit caput suum, sed simpliciter ait: Propterea inquit, quod dijudicauit deus in nationibus, & impleuit ruinas dæmonum. Vt ubi abundauit iniquitas eorum, superabundauit Christi gratia. Et quia bibit calicem passionis de torrente seditionis, in illa uia in qua dicit ego sum uia, propterea exaltauit caput in libertate ligni crucis, quod fuerat deiectum in præuaricatione ligni concupiscentiæ. Agamus ergo ipsi gratias, qui regnat cum patre unus deus cum spiritu sancto in secula seculorum Amen.

Alleluia.

CX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iusto rum & congregatione. Magna opera domini, exquisita in omnes uolūtates eius. Confessio & magnificentia opus eius & iustitia eius manet in seculū seculi. Memoriam fecit mirabiliū suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in in seculū testamēti sui, uirtutem operum suorum an nunciabit populo suo. Vt det illis hæreditatē gentiū, opera manuū eius, ueritas & iudiciū. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculū seculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionē misit dñs populo suo, mandauit in æternū testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius, initiū sapientiæ timor domini. Intellectus ho nus omnibus facientibus eū, laudatio eius manet in seculū seculi.

Centesimus decimus psalmus in cōsilio sanctorū cōfiteatur magna opera domini natiuitatis, passiōis, resurrectiōis, & in celos ascensionis. Magna hæc opa dñi, magna & exquisita in omnibus uoluntatibus eius. Magna sunt

quidem omnia opera eius ab initio seculi, sed ista non solum magna, sed & exquisita in omnibus que ab initio voluit & fecit. Confessio trinitatis & magnificentia deitatis, opus eius, iustitia eius immutabilis perseverat in secula seculorum, in qua iustitia, memoriam fecit mirabilium suorum, dicens, Hec quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Quando hoc dixit, misericors & miserator dominus? Tunc sine dubio, quando escam dedit corporis sui timentibus se. Et hoc testamentum memor erit dominus in aeternum, per quod virtutem operum suorum annunciauit populo suo. Per quod dedit eis hereditatem gentium, per quod non in phantasmate ut anathemabilis Manichaeus somnians est, sed & in veritate in iudicio, & quecunq; leguntur mandata eius fidelia & sancta sunt. Confirmata in Christo manentia in seculum seculi, quia facta sunt in veritate. In ipso utique domino nostro Iesu Christo completa, & in eius aequitate sunt custodita, quando redemptionem per apostolos misit populo suo dicens, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos custodire omnia, que mandavi vobis. Quia fidelia omnia mandata sunt, in quibus mandatis ita sanctum, & ita terribile est nomen eius, ut initium sapientie huius timor sit domini. Nam qui sine timore est, incidit in malum, qui autem timorem dei habet, caput sapientie habet, per quem intellectum habebit bonum, ita ut laus eius maneat in seculum seculi. Manens imo permanens in timore dei, habebit in Christo laudem, & in ipso laus manet in secula seculorum Amen.

Alleluia reversionis Aggae & Zachariae. CXI.

B Eatus vir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis, Potens in terra erit semine eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus, locutus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia & in aeternum non commouebitur. In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur donec despiciet inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in saeculum saeculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator uidebit & irascetur dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

V Ir dei Helda propheta, cum recapitularet omnem legem, dei nutu que dam adiunxit, Unde etiam Aggae & Zachariae istum titulum concessit. Canamus ergo centesimum undecimum psalmum, & demus laudem eius, quasi in vno viro perfecto omnibus sanctis, ut quod de vno dixerimus, sit de omnibus dictum. Et quod singulariter fuerit explanatum, vniuersalis sanctitas capiat

capiat. Beatus vir qui timet dominum. Finem preteriti psalmi presentis principio collocavit, ut hoc quod dixit in illius fine, laudem timentis dominum manere in saeculum seculi, hic in principio ipsi qui timet dominum, beatitudinem applicaret, cuius beatitudinis & species declararet & facta. Quis ergo qui timet dominum? Sine dubio, qui mandata eius cupit nimis potens erit, semine eius in terra non in petrosa, nec secus uiam, nec inter spinas, sed in terra bona. Potens est & generatio, que ex ipso semine nascitur, semper in benedictione erit. Gloria & diuitiae in domo eius. Audiamus dei sapientiam alloquentem: Et si diuitiae, inquit, diligantur in hac vita, quid sapientia locupletius, que omnia possidet. Qui ergo sapientiam intra domum corporis sui habere meruerit, habet intus gloriam. Habet & diuitias non caducas, non quas tineae exterminat, non quas iures rapiunt, sed illas diuitias, quas memorat in seculum seculi permanere, per quas oriatur in tenebris huius mundi lumen rectis corde, quorum videntes homines opera, glorificent patrem qui est in caelis, sit tantum misericors & miserator homini. Sicut sibi vult homo effici dominum, sit pius, sit iocundus, misereatur & commodat, & in iudicio non personam inopis confundat, & potentis accipiat, quod si non fecerit in aeternum non commouebitur. Memoria autem eius aeterna erit, & dum coeperit tuba sonare de caelo, dum coeperit ignis strepitu gehennae frendentibus globis flammam euomere, hic peccator non timebit. Quare? Quia paratum semper fuit cor eius sperare in domino. Ideoque confirmato corde non commouebitur, donec videat inimicos suos in ipsum mitti incendium. Omnes scilicet immundos spiritus, qui ab inimicis, quam diu sumus in isto corpore, omnino non cessant. Verum quibus applicabitur, quod eiusdem facti similitudinem perpetrarit. Sic dicam in beato Laurentio haec omnia & prophetata & facta. Dispersit enim omnia, & dedit pauperibus, non reposuit, non occultauit, dispersit & dedit pauperibus. Ideo iustitia eius temporalis non est, sed permanet in aeternum, & cornu eius, id est, Christus eius, qui in ipso regnat, exaltatur in gloria. Hoc peccator vidit rex amare & tabescere, sed desiderium peccatoris perijt. Desiderium autem iusti martyris, manet in secula seculorum Amen.

Alleluia alleluia.

CXII.
Audate pueri dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & usque in seculum. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui

sui. Qui habitare facit sterilem in domo, matrē filiorum lætāntem?
Venite pueri, nolite expectare, nolite dicere: nondum senes sumus. Ordo nascendi est, ordo uero moriendi non est. Venite ergo pueri, non ad laborem aliquem, sed ad laudem. Laudate pueri dominū, laudate nomen domini in Christo. In ipso enim nomen domini benedicitur, ex hoc nunc & usque in secula. Non in Iudæa sola, sed in omnē terram a solis ortu usque ad occasum laudabile est factum in Christo nomē domini. Antea enim quot gentes, tot & sectæ tot & dii, sed ab aduentu domini Iesu Christi, ita hæc omnes superstitiones a gentibus renunciatę sunt, & unum laudant deum & confitentur in Christo. Ipse est enim excelsus super omnes gentes dominus, cuius in terra qui dem magna humilitas extitit, sed sup̄ celos magna est gloria eius. Quis enim sicut dominus deus noster qui in altis habitans, & humilia respicit, non sicut de tecto attendit ad terram, sed quū in forma dei esset, non rapinam arbitratu est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui suscipiens ut suscitaret de terra inopem illū cui dixerat iratus: Terra es & in terram ibis. Hunc suscitauit de terra inopem, quia perdiderat diuitias uitæ æternæ & paradisi. Hunc de stercore erigit in Christo, & collocauit eum cum principibus id est, cum Apostolis, qui sunt principes populi dei. Et quis est qui collocauit eum? Ille sine dubio qui eum adsumpsit, filius utique dei filium hominis. ubi collocauit eum cum principibus populi? Sine dubio ubi fecit habitare in domo eam quę sterilis fuerat, habitare in domo, id est, ipsam domum fieri, & dixit ei: Lætare sterilis quę non paris, quia multi filij desertę magis quam eius quæ habet uirum, & fecit eam matrem in filijs exultatem. Sanctam utique ecclesiam, in qua trinitas regnat patris & filij & spiritus sancti, in unitate deitatis, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Alleluia Alleluia,

CXIII.

In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Mare uidit & fugit, Iordanis cōuersus est retrorsum. Montes exaltauerūt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quā fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. A facie dñi mota est terra, a facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & ueritate tua, ne quādo dicant gentes ubi est deus eorum. Deus autem noster in celo, omnia quæcunq; uoluit fecit. Simulachra gentium argentū & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & nō uidebunt. Aures habent & nō audiēt, nares habent

reshabent & non odorabūt. Manus habent & non palpabunt, pedes habent & nō ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Si miles fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidūt in eis. Domus Israel sperauit in domino, adiutor eorū & protector eorū est. Domus Aaron sperauit in domino, adiutor eorū & protector eorū est. Qui timent dominū sperauerunt in domino, adiutor eorū & protector eorū est. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dominū, pusillis cū maioribus. Adiciat dominus super uos, super uos & sup̄ filios uestros. Benedicti uosa domino, qui fecit coelum & terrā. Coelum coeli domino, terram autem dedit filijs hominū. Non mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui descendunt in infernū, Sed nos qui uiuimus benedicimus domino, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Videamus in exitu Israel de Aegypto, quomodo profecta sit domus Iacob de populo barbaro. Quomodo facta sit Iudæa sanctificatio eius. In Bethleē Iudææ nascit̄ Christus, qui sanctificat eos qui fugiunt Pharaonē, & sequentē Moysen, id est, legē dei, veniunt ad aquam, per ipsam transeuntes exeūt ad locū quietis & silentij, qui alio nomine locus desertus dicitur. Desertus utique a sceleribus mundi, ibi inueniūt manna uenientē de coelis. Sane cū uenissent ad mare credētes, mare eos uidit & fugit. Fugit ut præberet creterius post se, & ipse, ut transitū dei populo prepararet. Sine aqua enim nec terra Aegypti fugit, nec terra repromissionis intratur, ut quid tamē mare suū uideamus montes, quare exultant, ut arietes, & colles uelut agni ouium. Nunc quid montes, terra & saxa ipsa exultant. Sed montes sunt prophetæ, qui uident uoces suas impletas in Christo, qui locuti sunt altitudines dei. Gaudēt enim prophetæ ut arietes, in omnibus gaudent, uidentes pastore natum, qui animam suā ponat pro ouibus, & sic gaudent sicut arietes. Colles uero sic gaudent, sicut agni ouium. Hī utique colles sunt, qui humilem scientię locum tenēt, nihil scientiā nisi aut signare frontē, aut nomen domini inuocare, ita gaudent sicut agni ouium. Oues scientiā & sui habēt & uocē pastoris audiunt & cognoscunt eum, & sequuntur eum quocunq; vadit. Agni uero ouium suarū uoces intelligunt, quia adhuc pastore intelligere nequeunt, tamē per oues, id est, matres suas, sequuntur & ipsi pastore dominū Iesum Christū. Ante cuius faciem cōmora est terra, quando conuertit solidam petram in stagna aquæ, id est, saxea corda fecit aquas ex ventre suo producere, salientes ad uitā æternā, & rupē, id est, inaccessibile saxum incredularū gentium pectus conuertit ad fontes

fontes aquarū. Hęc in figura facta sunt, vt historia Exodi loquit, & psalmos iste testatur, sed scripta sunt ista, ait Apostolus, non ad eorum narrationē, sed ad nostram ædificationē, in qua clamamus domino, dicentes, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Nō per merita nostra sed pro misericordia tua concede, ut non dicant increduli, vbi est deus eorū. Exurge a mortuis & ascende in cœlo sursum, quia tu es qui regnas in cœlo & in terra, & omnia quæ volueris operaris. Nam idola gentiū ex quocunq; metallo muta & surda & cœca sunt, similes illis sint confidentes in eis. Nos autē omnes de domo Israel speramus in te domine, vt tu adiutor noster & protector noster esse digneris, qui memor nostri, de cœlo descēdēs benedixisti nos. Benedixisti domū Israel, nascendo ex Maria. Benedixisti domū Aaron, fundēdo sacerdotiū. Benedixisti omnes timētes dominū, eligendo Apostolos pusillos cū maioribus. Ibi erant iacobus & iohannes cū maioribus, vtiq; cum essent pusilli, adijciat dñs super vos. Addat vobis Paulū, super vos & super filios vestros. Addat vobis populū credentiū. Benedicti vos domino, qui fecit cœlū & terrā. Ipsum enim predicatis qui fecit. Cœlū cœli domino, terram dedit filijs hominū. Quicquid cœleste est in actibus, in cogitationibus, hoc domino deputandū est. Quicquid autē terrenū, quasi mortale & miserū cōtempnendū, etiā si culpa careat. Est enim quicquid fuerit de terra mortale, in quibus non dignatur laudari dominus. Nec ab his laudari vult qui descendunt in inferno, id est, qui in inferioribus vitę actibus degunt, sed qui viuimus in eo qui dicit, Ego sum vita, nos benedicimus dominum. Si tamē viuimus recedentes ab omni opere mortali, benedicimus patrem & filium & spiritum sanctum, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Alleluia.

CXIII.

Dilexi, quoniā exaudiet dominus uocem orationis meę. Quia inclinauit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocabo. Circūdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationē & dolorē inueni, & nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam, misericors dominus & iustus, & deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animā meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione uiuorum.

Causas dilectionis domini explicat psalmista in cantico, Dilexi, inquit, dominum, quia cum circūdarēt me dolores mortis, & suggestiones dæmonum circumuallarent me, Ego ad tribulationē iui, ipsam quæsiui, ipsam inueni, & sic nomen domini inuocaui. Nescio quō enim modo, quan-

do læ-

do lætitiā inuenimus, nomen domini de summis labijs inuocamus. Tribulationē vero, aut ipsi nobis per abstinentiam et poenitentia excitantes, aut casu aliquo incurrentes, talis clamor cordis nostri excutit, vt ad ipsas excelsi dei aures attingat. Tamen videamus quid fecit, vt liberationē domini mereatur. Opus est enim nobis qui volumus liberari, scire quid fecerit, qui se liberatum annunciat. Dic nobis, quid fecisti, vt te dominus liberaret? Humiliatus sum, inquit, & liberauit me. Concordat euangelij ista sententia. Dicit enim in euangelij liberationis ipsius magister & dominus, quia omnis qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Tenēda est humilitas, ex qua liberatio & exaltatio æterna conquiruntur. Per ipsam enim eripitur anima a morte, & oculi liberantur a lachrymis, id est, nihil poenitendū admittunt. Et pedes liberantur a lapsu. Stant enim humiles in proposito sanctitatis, qui vt placeant domino in regione uiuorum, perseverant stantes in regione mortalium, vt transeant de morte ad vitam, per dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Alleluia.

CXV.

Redidi propter quod locutus sum, ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. O domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancille tuę. Dirupisti uincula meę, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini in medio tui Hierusalem.

Antequam dicat quid locutus sit, fidem suam exponit, Credidi, inquit, quid credidisti? Natū et passum, & quia credidi, ideo humiliatus sum nimis. Cū autem credidi hoc locutus sum, si dominus rerum exinanit seipsum, & pro me formā serui suscepit. Quid ego miser faciam? Quid retribuā domino pro omnibus quę retribuit mihi? Quantumuis dicat se homo seruire ad vicissitudinē beneficiorum eius. Omnis homo mendax est. Quid enim dignum retribuet homo domino, nisi forte passionē passione compensans? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocem. Preciosa est enim in conspectu domini mors sanctorum eius, si tamen in ipsa morte doceat se seruum dei, & filium ancille eius. Ancilla dei est disciplina sancta. Qui enim in fine corporis dixerit domino veraciter, O domine ego seruus tuus, id est, non cōtempsi, & filius sum ancille tuę, id est, discipline tuę velut filius obtreperavi. Dirumpet dominus vincula eius quibus a diabolo implicat, & sacrificat deo hostiā laudis, ita vt vota sua domino reddat in atrijs domus domini,

r 2 in con

in conspectu omnis populi eius, id est, in eorum conspectu, qui populus dei est, non populus huius mundi, ut videar ab hominibus ad perditionem laboris sancti, sed coram sanctis qui gloriantur in medio tui Hierusalem, in qua imperator est Christus, qui regnat cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum Amen.

Alleluia Alleluia.

CXVI.

Audate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas domini manet in aeternum.

Laudate dominum omnes gentes. Exclusi sunt Iudaei, qui tulerunt clauem regni caelorum, nec ipsi ingrediebantur, nec vos ingredi permittebant. Omnes laudate dominum, qui absque personarum acceptione omnes homines uult saluos fieri. Omnes gentes laudate, quoniam confirmata est super nos misericordia eius: Excluserunt enim merita nostra, & induxit super nos misericordiam suam, quam confirmauit super nos per indulgentiam omnium peccatorum, credentibus et poenitentibus sit promissa. Veritas ipsa domini manet in aeternum. In hoc enim confirmatio misericordiae eius pietas ostenditur, in quo corrigentes a peccato, uenia nos & indulgentia comitantur, nostrumque desinere a peccato, dei indulgere est, cui gloria per omnia secula seculorum Amen.

Alleluia Alleluia.

CXVII.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum, quoniam in saeculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me de latitudine domini. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine domini quia ultus sum in eos. Circumdantes circumdederunt me, & in nomine domini quia ultus sum in eos. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini quia ultus sum in eos. Impulsus euerfus sum ut caderem, & dominus suscepit me, Fortitudo mea et laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit

tauit me, dextera domini fecit uirtutem. Non moriar sed uiuam, & narrabo opera domini. Castigans castigauit me dominus, & meriti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confortabor domino. haec porta domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Haec est dies quem fecit dominus, exultemus & laetemur in ea. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini, deus domini & illuxit nobis. Constituite diem solennem in condensis, usque ad cornu altaris. Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Licet in aeternum regnet misericordia eius, tamen confessio in isto saeculo poterit prodesse peccantibus. Post istud enim saeculum, confessio penitus non ualebit ad ueniam. Itaque cum est tempus confitendi domino factamur. Est enim in isto saeculo paratissima misericordia eius. Si vis discere ita esse, docere te poterit & domus Israel, & domus Aaron. In scripturis omnibus ueteris testamenti ibi legis quia quotiescunque conuersus est populus ad confessionem & poenituit, toties est misericordiam consecutus. Quod si ad legendum incapax esse uideris, require homines qui timent dominum, & ipsi tibi ostendunt quomodo confitentibus parata sit misericordia eius. Nam & ego in tribulatione mea confessus sum, & inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine. Verum quia & nos ipsi nobis hostes sumus, dum contra salutem nostram aliquid concupiscimus, & nihilominus extra nos alios inimicos habemus uisibiles atque inuisibiles, oremus ut dominus nobis adiutor esse dignetur contra inimicitias istas quas memorauimus, & tunc demum non timebimus inimicos nostros. Melius est enim confidere in domino, quam confidere in homine. Nota tibi confidentiam quam teneas Christiane. Noli confidere in te, noli dicere, sic te liberum habere arbitrium, ut tu tibi in te ipso confidas. Habes quidem liberum arbitrium, sed noli de eo presumere, de deo presume, quia uinci non potest, nam liberum arbitrium uinci potest. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine, aut in principibus. Si enim confidas in domino, tunc poteris dicere, Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine domini ultus sum eos. Hoc libertas arbitrii dicere non potest, aut si dixerit, docebo eam aperte mentiri, aut certe ab initio seculi det

mihī qui sine dei auxilio euaserit, siue visibiles, siue inuisibiles inimicos. Atque de etiā in auxilio positus, quid accidat, Impulsus sum, inquit, uersatus sum ut caderē, & dominus suscepit me. Et subiungat si potest, Fortitudo mea & laus mea libertas arbitrii, & ipsa facta est mihi in salutē. Hoc si non potest dicere, Imo quia non potest iuste dicere, dicat se a domino suscipi, & fortitudinem omnem auxilijs diuinis adscribat. Eius enim dextera fecit virtutem, si quam in nobis habemus. Eius dextera exalrat nos ex inferno inferiore. Ipse enim facit ut uiuamus, & nō moriamur, ut narremus opera eius. Ipse castigans castigat nos in misericordia, & morti non tradet nos. Nunc forte audiat me prædestinationem docens, & arbitrium hominum infringens, putet meli/ bertatē arbitrii ita excludere, ut peccantes existimem dei abiectioe peccare. Quod peccamus, nostri arbitrii docebitur, qui contemnimus gratiam. Vi/ de quāta libertas est arbitrii tui, neget a seruo dominus, ut dicat homo deo, nolo tibi credere, & faciat sibi tēplū ubi idoli colat, aut synagogā ubi suum abneget saluatorē. Quod ergo malū facimus, per libertatē incurrimus, quia non dignatur dñs iustus coacta seruitiā. Si vero aliquid boni fecerimus, im/ putabimus largitori, quia bona omnia ad se cōfugientibus præstat, secūdit illud quod ipse dignatus est repromittere. Omnis qui petit accipit, & qui que/ rit inuenit, & pulsanti aperietur. Pulsemus ergo, & cū propheta in isto psal/ mo cantemus, Aperite mihi portas iustitię, & ingressus eas confitebor dño. Hęc nos clamamus amminiculis auxilijsq; diuinis, vñ nobis vox respōsi/ nis eorū videt̄ audiri, Hęc porta quā pulsans nō est homini libertate cōcessa, sed est in dñi auxilio constituta, & soli iusti introibunt per eā. Confiteamur ergo dño, quoniam ipse exaudit nos, & ipse nobis efficitur ī salutē. Veniamus nunc ad lapidē quē reprobauerunt ædificantes. Hic lapis legitur in Daniele excisus sine manibus, id est, sine opere viri natus ex virgine. Aedificātes erāt Iudæi soli super vniuersam faciē terræ. Omnes enim gentes in destructione idolorū morabantur, soli Iudæi sub omnipotenti & vero deo ædificationē legis & prophetiæ tractabant, quibus ab origine mūdi per Moſen quid ege/ rit circa humanū genus, quidue gesserint circa deū homines notū faciens, & hoc notū fecit, quod in nouissimis tēporibus suscitaret eis ex foemore Iudę re/ gem Christū, de quo ipse Moſes diceret, ipsum audietis tanquā me per om/ nia, de quo iurauit deus pater ad Dauid, dicens, De fructu ventris tui ponā super sedē tuā. De quo iurauit ad Abrahā, qd in semine tuo hæreditabo om/ nes gentes, de quo per Esaiā dixit deus, quod virgo in vtero concipiet, & pa/ riet Emanuel. Hęc & his similia multa in veteribus libris inuenies, quę & Iu/ dæi ad ædificationē populi legentes ædificantes nominati sunt. Hij dum ædi/ ficant peruenerunt ad lapidē angularē, qui duos parietes amplecteretur, & duos conderet in semetipso. Et quia ipsi in vno pariete stare volebant, repro/ bauerunt lapidē, qui non erat aptus ad vnū, sed ad duos. Videns deus iniu/ stā reprobationē hominū, ipse quod probauerat illis nolentibus ordinauit, & hunc lapidē ipse per se posuit in capite anguli, ut ex duobus testamentis,

& ex

& ex duobus populis ædificatio surgeret, quā increduli relinquentes a deo derelicti sunt. Credentes autē superædificant supra fundamentū hoc, quod ex angulari lapide in capite anguli positū vtraq; cōstringit & continet, & ipse sum lapidē mirabilē in suis oculis habentes cōfitentur hunc esse diē, cui non succedit nox, quē horæ non diuidunt, quē vmbra non impedit. Exultemus ergo & lætemur in eo, qui a lumine vero nostras tenebras fugaturus illuxit. Benedictus qui venit in nomine domini. Benedixit nos in domo domini, deus dominus & illuxit nobis. Nos ergo constituamus diem dominicam, in confrequentationibus vsq; ad cornua altaris. In qua die dicamus deo, Deus meus es tu, & confitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te. Cōfitebor ge/ mens peccata mea, exultabo gaudens indulgentia tua. Sic deniq; sequitur, Confitebor, quia exaudisti me, & factus es mihi in salutē. Et quasi qui soday/ les hortetur, ut sicut ipsi indultum est confitenti, & illis confitentibus dimittatur, Et vos, inquit, confitemini domino quoniam bonus, quoniam in sæcu/ lum misericordia eius, qui regnat in sæcula sæculorū Amen.

Alleluia.

CXVIII.

b Eatī immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Nō enim qui operantur iniquitatem in uis eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Utinā dirigantur uia meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar cū perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiā, non me derelinquas usq; quaq;.

i In quo corrigit adulescentior uia suam, in custodiendo sermone tuos. In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccē tibi. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In uia testimonio/ rum tuorū delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor, & cōsiderabo uias tuas. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.

r Etribue seruo tuo, uiuifica me & custodiā sermones tuos.

r Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tē/ pore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mādatīs tuis.

r 4 Aufer a

Aufer a me opprobrium & contemptū, quia testimonia tua exquisi-
siui. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur, ser-
uus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testi-
monia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.

Dhæsit pavimento anima mea, uiuifica me secundum uer-
bum tuum. Vias meas euiciaui & exaudisti me, doce me
iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarū instrue
me, & exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ
tædio, confirma me in uerbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me, &
de lege tua miserere mei. Viā ueritatis elegi, iudicia tua nō sum obli-
tus. Adhæsi testimonijs tuis domine, noli me confundere. Viam
mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

I Egem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum,
& exquisiram eam semper. Da mihi intellectum & scruta-
bor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam uolui.
Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Auerte
oculos meos, ne uideant uanitatem, in uia tua uiuifica me. Statue
seruo tuo eloquiū tuū, in timore tuo. Amputa opprobrium meum
quod suspicatus sum, quia iudicia tua iocunda. Ecce cōcupiui mā-
data tua in æquitate tua uiuifica me.

T ueniat super me misericordia tua domine, salutare tuū se-
cundū eloquiū tuū. Et respondebo exprobrantibus mihi
uerbū, quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de
ore meo uerbū ueritatis usq; quaq; quia in iudicijs tuis super speraui.
Et custodiā legē tuā semper, in sæculū & in sæculū sæculi. Et am-
bulabā in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Et loquebar de te-
stimonijs tuis in conspectu regū, & non confundebam. Et medita-
bar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et seuaui manus meas ad manda-
ta tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

Alleluia cū alphabeto inchoat, quod est magisteriū dei in Alleluia, &
eruditio hominibus tradenda in alphabeto. Dicamus ergo beatos &
immaculatos Christi discipulos, q; usq; hodie in uia sunt, q; est Christus. Ip-
se em̄ qui se dixit uia, ipse dixit eis: Manete in me, sicut & ego in uobis. Ergo
manent & isti beati, quia Apostoli immaculati, quia obtēperātes per oīa in
uia, quia in Christo sunt, ambulāt, quia in toto orbe terrarū eorū ambula-
sancta

sancta doctrina, quæ est in lege dñi. Primus beatitudinis gradus in Apostolis
consumatus est. Secundus nobis est reseruatus. Sicut enim in primo psalmo,
Beatus est q; in lege dñi meditabit die ac nocte. Legentē noluit negligentē. Nā
qui legit, si nesciat qd legat, negliget. Deus enim sciri uult omnia suarū myste-
ria literarū. Et sicut quod scriptū nō inuenies, si quæras incurris, sic qd scriptū
est, si nō ingras, argueris. Beatus em̄ pfectus esse nō poteris, nisi scrutatus fue-
ris testimonia eius, & in toto corde exgrunt eū. Nō em̄ militātes, negociātes
terrena cogitātes, his studijs occupari possūt, nō eis vacat, mūdū custodiūt,
eius totas ptes agūt. Tu qd facis Christiane, si militas homini scrutare legem
eius, q; si qd licet iam ignarus incurris, morieris. Nescire enī legē nemini li-
cet, negociator es, ingre pretia cōstituta, q; si nescius licet incurris, nō eua-
ricum aut religiosum pferis, nec tibi forte vacare vis, legē suā deus cui de-
beat delegare respōde. Noui isto loco multos dicere, ergo simplices nō uide-
būt regnū dei, qui scrutari ista nō possunt. Audi charissime, a nullo deus qd
non potest quæret, mutus nō damnabitur de taciturnitate, nec æger culpabi-
tur de labore. Voluntas sola sufficit deo, ubi possibilitas deest, ipsa reū efficit,
ipsa sanctū, de his qbus uere uoluit, & uere non potuit. Ergo excussimus nos
de uicino obiectionis, & a simplicibus utcunq; eruiimus te. Cum modo cau-
sas quas memorauī tractabo, qui nosti discutere, qui nosti species uestiū, spe-
cies uini, species cibi, species argenti. Ista & his similia, etiam si non possideas,
nostī tñ, & quid imposturæ habeāt, & quid ueritatis obtineant discutis. Quid
uicini tui agunt, non te latere uis, quid loquātur extranei, quid iudex ciuita-
tis senserit, quid noui constituerit imperator, quid agant orientales, quid oc-
cidentales, quid rustici per omnia rura quærantur, ista & multa his similia scru-
taris, uenis ad mandata dei, & tolles te & dices: Nihil melius nisi simpliciter
uiuere. Ergo ne astutia ex cōtemptu cōcepta simpliciter uiuit, & quis domini
sui iussa custodit, quæ custodire non poterit, nisi ante didicerit, dicente sancto
spiritu per prophetam. Nisi quis didicerit iusticiam super terram, ueritatem
non faciet. Et sicut maius est uoluntatem dei facereq; nosse, ita prius est nosse
q; facere. Illud merito pcedit hoc ordine. Et fieri potest ut obsequendi uoto
offendat, qui qualiter obsequi debeat ante nō didicit. Nobis ergo desideran-
tibus ad centibus, utinam dirigantur uie meæ ad custodiendum iustifica-
tiones dei. Non confundimur, dum respicimus ad omnia mandata eius. Si
tamen confiteamur domino in directione cordis, in eo quod didicerimus iu-
dicia iusticiæ eius. Tantum enim exigitur quantum sapimus, non quantum
non sapimus, imo quantum sapere possumus, non quantum nō possumus.
Verum quia mandata, inquit, tua custodiri uis nimis, non me derelinquas
usq; quaq;. Non est enim aliud ubi adulescentiæ uias corrigam, nisi in custo-
dia sermonū tuorū. Videamus nunc orationē, qui orat non mentitur deo in
uerbis orationis suæ: In toto inquit, corde meo exquisiui te. Si uerum dicis,
nō te repellat a mādati suis: In corde, inquit, meo abscondi eloquium tuum,
ut non

ut non peccem tibi. Non ergo ideo ad scientiam laboravi pertingere, & præcepta dei memoriter retinere, ut uiderer sciolus, & per scientiam inflatus superbia increpatione aptarer, sed ideo ut non peccarem tibi. Doce ergo me, ait, domine iustificationes tuas. Ad hæc respondebit tibi ille quem oras, ut doceat te iusticias suas: Hæc est, inquit, iusticia mea, ut omnia quæ uis ut faciat tibi homo, eadem tu homini facias. Si amplecteris iustitiã dei dices: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, & in his delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Videamus nũc quid est quod sequitur. In mādatis tuis me exercebo. Sicut tyronia corpus exercet, ita animam diuina præcepta instituunt. Docet enim ea qualiter pugnos caute suscipiat, qualiter fortiter reddat. Et considerabo, ait, vias tuas, id est, attendo qualiter superasti, & ipsa imitabor exempla. Siquidẽ qui nos docuit sic dixit, Imitatores mei estote sicut ego magistri, Nō obliuiscar, inquit, sermones tuos. Vides quia obliuio res uitij est non nature. Retribue, inquit, seruo tuo. Quid tibi uis retribui? A moris, inquit, affectũ ut uiuã. Et si tibi vitã dederò qd facies? Forte dixit uiuã & epuler, letet, edificet, agros excolã, agã caussas, & cætera q̄ cũ tpe pereũt, nō hoc dixit, sed qd ait, uiuã & custodiã sermones tuos. Verum q̄ intra apices tuos thesauros occultos sentio quos inuenire nō possum, tu domine reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Cautè sane accipiendũ est quod adiecit, Incola, id est peregrinus ego sum apud te in terra, id est, nihil terrenum quero, quod quero, hoc mihi noli abscondere. Non abscondas a me mandata tua. Nō enim concupiscit anima mea, nisi desiderare iustificationes tuas. Et quia scio te increpare superbos, aufer a me opprobriũ & contemptũ. Superbi sunt enim, qui contemnũt dominum imperantem, & maledicti sunt qui declinãt a mādatis tuis. Tuis sane, quia nobis pie agentibus, principes aeris huius deiectiones excogitant. Idcirco adiecit. Quod hĩ principes, ait, aduersum me loquebantur. Ego uero seruus tuus exercebar in tuis iustificationibus. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meũ iustificationes tuæ. Videamus quod consiliũ secutus sis in iustificationibus domini: Adhesit, inquit, pauimento anima mea, hoc est, tacui in pauimento, te domine deprecãs, te exorans, uiuifica me secundum uerbum tuũ. Quid enim promisit deus? Promisit, inquit, deus dicens. Quia in me sperauit, ego liberabo eum. Ecce ego sperans in te iam pauimẽto adhesi. Tu qui suscitās de terra inopem, uiuifica me secundum uerbum tuũ. Vias tuas enũciaui, & exaudisti me. Considera qd fecisse dixit, ut exaudiret quid est vias tuas enũciaui? Hoc est quibuscumq; mihi possibilitas loquendi fuit, * hoc illis callide ostendi, quibus parebant vestigia. Per ipsos enim euadit mors, & peruenit ad uitam. Quando ergo vias tuas enunciaui, tunc exaudisti me. Artẽ exaudiendi didicisti Christiane, si exaudiri vis, vias dei nuncia, doce castitatem, humilitatem, cõtemptum mundi, & quicquid petieris exaudiris, & rogans te doceri a domino, quid doceas collibertum, dicito. Ego quia uolo vias tuas enũciare, ut exaudias me, viã iustificationũ tuarum fac, ut intelligam, & exercebor in mirabilibus tuis. Ex-

For. *
Hos illis
calles.

exerceri

exerceri argutari est, Argutus, inquit, ero non piger. Quid tantũ promittis? ecce vna tentatio nascitur, & moueris ita ut dicas, Dormitat anima mea præ tædio. Dormire corporis est non animæ. Quantus sopor tuũ corpus inuapresumpsi. Excita me domine quia dormio. Excitas autem me, si cõfirmaueris me in uerbis tuis. Confirmas autem me in uerbis tuis, si viã iniquitatis, id est, ipsum tentatorem amoueas a me. Nisi enim longe cum feceris a me, in somno animæ, & in mentis meæ tædio permanebo. Tu ergo viã iniquitatis amoue a me, & in uia tua miserere mei. Meum est enim eligere viã ueritatis, tuũ est cõcedere electionis huius effectum. Et quia adhesi testimonijs tuis, credens ut omnis qui petit accipit. Peto domine, noli me confundere. Naturaliter confusio nascit, quando quod poscitur denegat, & ab eo qui prædicat eum quem petiturus est, nihil negare poscenti. Vnde & hic ab hac confusione se liberari desyderans clamat, Domine noli me cõfundere, qd tamen postulas uideamus. Quid curris viã mandatorum? Quid postulas intellectũ ut scruteris legem dei? Quid ducem quæris uie dei? Pande qd postulas, Inclina, inquit, cor meum in testimonia tua, & non in auaritiã. Ideo ergo dormitabat anima tua præ tædio, q̄ de auaritia cogitabas attendens ad ea, quæ uis ut auertat oculos tuos, ne videant istam uanitatẽ siue in ambitionibus mundi, siue in concupiscentijs carnis. Et dic domino, ut statuatur seruo suo eloquiũ suum in timore suo, & amputet opprobrium quod suspicatus es. Quid enim suspicatus es, cum præ tædio dormitares dixisti, Quid manducabo, quid bibam, quid operiar? At ubi inclinauit dominus cor tuum in testimonia sua, liberauit te ab auaritia, & cõpisti quærerere regnũ dei & iustitiã eius, credens quod hæc omnia adponantur tibi. Modo ergo iam rogas, ut huius suspitionis opprobrium amputet a te. Opprobrium est enim, ut credas hominẽ sollicitũ esse de seruo suo, & Deũ negligere seruiẽtem sibi. Peccaui domine, quia ita suspicatus sum, parce, q̄ iudicia tua iucũda sunt. Ecce credo, ecce nihil concupisco nisi mandata tua, fac ut ueniat super me misericordia tua, si salutare tuũ super me uenerit, secundum eloquiũ tuũ quod promissisti. Quærite regnum dei, & ista omnia adponentur uobis. Dum ergo compleueris salutare tuum secundum eloquiũ tuum, ego respondebo exprobrantibus mihi uerbum, q̄ in sermonibus tuis spero. Non ergo auferas ex ore meo uerbum ueritatis usq; quacq; Ecce inficias in deũ vadis. Ergo deus alicui tollit uerbum ueritatis ex ore? Hoc diabolus facit, tollit ueritatem, & mittit mendaciũ. Quid ergo deo loquar ostẽde, Ergo, inquit, uolo respondere exprobrantibus mihi uerbum, q̄ in sermonibus dei sperans, nihil cogitauit de ventre, sed de mente, nihil de terra, sed de cælo. Cũ ergo dicerem deus omnia parat seruis suis, illi, id est, increduli, siue immundi spũs huius prædicationis ueritatem conuertebant in mendaciũ. Tu ergo domine cum compleueris quod de te dũ crederem repromissi, & illis respondebo exprobrantibus mihi uerbum, & nō est ab-

latus

latus ex ore meo sermo ueritatis usquequaque, quia benefeci, ut sperare in ser-
monibus tuis. Non ergo custodiam numeros meos, non diuitias meas, non
gloriam inanem, sed custodiam legem tuam semper in aeternum. Audiuimus
nunc, quid est quod dicat se ambulasse in latitudine, quia mandata dei quae-
siuit, cum latitudo ad mortem ducat. Non ita est latitudo. Vis scire quomodoambu-
lat homo in latitudine? Quia mandata dei exquirunt. Latum ambulat quem affe-
ctus non ligat carnis, spaciatur quem rerum sarcinae non coartant. Loquitur te-
stimonia dei etiam in conspectu regum, & nulla confusione dicitur ei: tu possides
quid contemptum praedicas mundi? Nulla trepidatio, quia nec gloria ab eo nec
censum expectat, sed ad deum solum leuat manus suas, quem solum diligit, &
exercetur in iustificationibus eius, qui regnat in secula seculorum Amen.

Emor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.

m Haec me consolata est in humilitate mea, quia eloquium
tuum uiuificabit me. Superbi inique agebant usquequaque
a lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum a secu-
lo domine, & consolatus sum. Defectio tenuit me, pro peccatoribus de-
relinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuae in
loco peregrinationis meae. Memor fui nocte nominis tui domine, & cu-
stodiuilegem tuam. Haec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

p Oratio mea domine, dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum
faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium
tuum. Cogitauimus uias meas, & conuertimus pedes meos in testi-
monia tua. Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata
tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuae.
Particeps ego sum omnium timentium te, & custodiendum mandata tua.
Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

b Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum uerbum
tuum. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, quia
mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui
propterea eloquium tuum custodiuimus. Bonus es tu, & in bonitate tua
doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas su-
perborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coa-
gulatum est sicut lac cor eorum, ego uero legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Bo-
num mihi lex oris tui, super milia auri & argenti.

Manus

m Anus tuae fecerunt me & blasmauerunt me, da mihi intel-
lectum ut discam mandata tua. Qui timent te uidebunt
me & latabunt, quia in uerba tua super speraui. Cognoui
domine quia aequitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium tuum seruo
tuo. Veniant mihi miserationes tuae & uiuam, quia lex tua medita-
tio mea est. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in
me, ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timen-
tes te, & qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immacula-
tum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

HActenus a capite vnus est sensus. Alter incipit textus orationis, quo ait, Me-
moro domine uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. In hac ora-
tione omne hominum deplorabat genus. Perierat omne genus hominum. in pre-
uaricatione Adae, & promissum fuerat uerbum dei uenturum in carne, & per
ipsum genus nostrum recuperaturum in melius. Clamatur ergo, Memoro uer-
bi tui seruo tuo, id est generi humano, in quo mihi spem dedisti. Haec spes me
consolata est in humilitate mea, dum superbi inique agerent usquequaque, id est,
dum immundi spiritus ita superbe agerent, ut & capitolia sibi & templa alta con-
struerent. Ego memor fui iudiciorum tuorum, quia promissisti uerbum tuum venire
ad destructionem eorum. Hoc memor fui & consolatus sum, tamen in presen-
ti, defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinentibus legem tuam,
& euntibus ad legem demonum, quae agebatur in templis, mihi tamen can-
tabiles erant iustificationes tuae, in loco peregrinationis meae, ubi aduena con-
probabar. Denique tolle subito Christianum, & pone inter Iudaeos aut Gentiles,
nonne aduena uidetur, licet in sua urbe consistat: Ibi, inquit, tamen cantabi-
les mihi erant iustificationes tuae, & iniuste agentibus non tacebam. Memor
eram in nocte nominis tui domine, id est, in tenebrosis hominum conciliis po-
situs, memor eram nominis tui, & custodiuimus legem tuam, nonne exempla mul-
torum a recto tenore reuocabant. Haec denique sola mihi facta est portio, quia
iustificationes tuas exquisiui, cum discerem custodire legem tuam. Haec sola
facta est mihi portio. Cum enim illi sibi diuiderent agros, domus, vineas, glo-
riasque mundi diuersas, Me inermem a suo contubernio reliquerunt dicentes,
Si non in pane uiuere potes, sed in uerbo dei, haec sola sit tibi portio. Et ego
dixi tibi domine miserere mei secundum eloquium tuum. Tu promissisti, ut ni-
hil horum requiramus, non mihi promissionem tuam peccata mea impe-
diant, quia cogitauimus uias tuas. Et conuertimus pedes meos ad testimonia tua.
Nunc autem paratus sum, & non sum turbatus, non me turbet, triticum non
est in horreo, oleum non est in uasculo, nummus, non est in sacco, vesti-
mentum in conditis non est, expeditus sum paratus sum, & in hac paupertate
non sum turbatus. Et ad quid paratus es? Ut custodiam, inquit, mandata
tua, &

For. *
funes diste
dit.

tua, & licet * funes peccatorū tenebrositate * discedit. Ego & funibus peccatorum circūplexus, & in medijs tenebris positus, surgebam ad confitendum tibi, vadens super iudicia iustitiæ tuæ. Desyderabam enim particeps fieri timentium te, & custodientium mandata tua. Cōsiderabam tamen peccata mea, sed misericordiam tuam plenius cogitabam & dicebam, Quia misericordia tua plena est terra. Quid est plena est terra misericordia Dei? Medicamentū est animæ. Medicamentū autem quando vulneribus mittit, nisi impleuerit vulnera non curant. Terra ergo corpus nostrū est, quod per omnia membra spiritalia vulnera contrahendo opus habuit saluatorem, cuius misericordia impleret terra, & saluatos iustificatiōes suas doceret. Denique itaque sequitur, Ut bonitatem & disciplinam & scientiam, inquit, doceas me. Quia mādatis tuis credidi, ego, inquit, qui prius quam tibi humiliarer deliqui. Nunc vero quia misericordia tua plena est terra, propterea eloquia tua custodiui. Et licet multiplicet super me iniquitas superborū, id est, licet multiplicent mihi suggestiones dæmonū, ego tamen in toto corde meo scrutabor legem tuā. Et licet coagulet sicut lac cor eorū. Ego tamen legem tuam meditatus sum. Bonū est enim mihi quod humiliasti me, ut discam mādata tua. Nō est afflictio corporalis in miserijs deputanda, si nobis etiam nolentibus veniat. Vide enim quod dixit bonū, inquit, mihi quia humiliasti me, ut discam mandata tua. Alij possideant & in suis locupletationibus glorient, mihi melior est lex oris tui, super milia auri & argenti. Manus enim tuę fecerūt me, hoc mem or esto, quia cū omnia verbo feceris, me manus tuę ad tuam effigiem plasmauerunt. Da ergo mihi intellectū & discam mandata tua, ista cupientem, ista desyderantē qui timent te videbunt me, & letabunt. Quia in sermonibus tuis speraui. In ipsis enim cognoui, quia equitas iudicia tua. Et veritate humiliasti me, id est, vera causa extitit ut humiliares me. Propter iniquitatem enim corripuisti me. Fiat nūc misericordia tua, ut consolet me, secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuę & viuam, quia lex tua meditatio mea est. Caueendum sane & prouidendum, quia quotiescunque lex dei meditatio nostra est, tunc superbi iniquitates operantur in nobis. Quanto enim nos humiliores propter deum esse voluerimus, Tanto nobis superbi neqores existūt. Confundantur, inquit, superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. Ego autē, ait, non recessi a patientia, sed coeptis insistens, in toto corde meo scrutabar legem tuam. Verum quia orandum est, ut quietam vitam agamus, isti a me auertantur. Et conuertant ad me qui timent te, & qui nouerūt testimonia tua, quia per societatem bonorum efficit cor nostrū mundum. In iustificatiōibus domini, ut nō confundamur. Hoc autem præstat ipse solus, qui est in dextera patris, qui interpellat pro nobis, cui gloria simul cum patre & spū sancto in unitate deitatis, per omnia secula seculorum Amen.

d Efecit in salutaris tuo anima mea, & in uerbum tuū super speraui. Defecerūt oculi mei in eloquium tuum dicentes, quando cōso

do cōsolaberis me. Quia factus sum sicut uter in pruina, iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quando facies de psequentibus me iudicium. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas, iniqui persecuti sunt me adiuua me. Paulominus cōsumauerunt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua. Secundū misericordiam tuam uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui. In eternum domine, uerbum tuū permanet in celo. In generatione & generationē ueritas tua, fundasti terrā & permanet. Ordinatione tua perseverant dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea. In aternū nō obliuiscar iustificatiōes tuas, quia in ipsis uiuificasti me. Tuus sum ego saluū me fac, quoniam iustificatiōes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi. Omnis consumptionis uidi finem, latum mandatum tuum nimis.

q Vomodo dilexi legem tuā domine, tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo, quia in aternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi, quia mādata tua quæsiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua. A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

I Verna pedibus meis uerbum tuū, & lumen semitis meis. Iurauī & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuū. Volūtaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuā non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueū mihi, & de mādatis tuis non erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum, quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatiōes tuas in aternū propter retributionem.

i Niquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus est tu, & in uerbum tuum super speraui. Declinate a me

te a me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum & uiuam, & non confundas me ab expectatione mea. Adiua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

Eci iudiciū & iustitiā, nō tradas me calūniantibus me. Suscipe seruū tuū in bonū, nō calumniē me superbi. Oculi mei defecerūt in salutare tuū, & in eloquium iustitiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuā, & iustificatiōes tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua, Tēpus faciendī dñe, dissipauerunt legē tuā. Ideo dilexi mandata tua sup aurum & topazion. Propterea ad omnia mādata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui.

Irabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi spiritum, quia mādata tua desiderabā. Aspice in me & miserere mei, secundum iudiciū diligentium nō ē tuū. Gressus meos dirige secundū eloquiū tuum, & non dominetur mei omnis iniusticia. Redime me a calumnijs hominum, ut custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificatiōes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuā.

Vstuses domine, & rectum iudiciū tuum. Mādasti iustitiam testimonia tua, & ueritatē tuā nimis. Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitī sunt uerba tua inimici mei. Ignitum eloquiū tuū uehemēter, & seruus tuus dilexit illud. Adulescētulus sum ego & cōtemptus iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua ueritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me, mādata tua meditatio mea est. Aequitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi & uiuam.

Lamaui in toto corde exaudi me dñe, iustificatiōes tuas requirā. Clamaui ad te & saluū me fac, ut custodiam mādata tua, Præueni in maturitate & clamaui, quia in uerba tua

super/

super speraui. Preuenerūt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine, & secundum iudiciū tuum uiuifica me. Appropinquaue runt persequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti sunt. prope esto domine, & omnes uia tuæ ueritas. Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.

Ide humilitatē meā & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudiciū meū & redime me, propter eloquiū tuū uiuifica me. Longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordiæ tuæ multæ domine, secundū iudiciū tuū uiuifica me. Multi qui persequuntur me & tribulant me, a testimonijs tuis non declinaui. Vidi præuaricantes & tabescebā, quia eloquia tua non custodierūt. Vide quoniā mādata tua dilexi dñe, in misericordia tua uiuifica me. Principiū uerborū tuorū ueritas in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Rincipes persecuti sunt me gratis, & a uerbis tuis formidauit cor meū. Læbor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui & abominatus sum, legem autem tuā dilexi. Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum. Expectabā salutare tuum domine, & mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehemēter. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes uia meæ in conspectu tuo.

Propropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo dñe, iuxta eloquiū tuū da mihi intellectū. Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundū eloquiū tuū eripe me. Eructabūt labia mea hymnū, cū docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquiū tuū, quia omnia mādata tua æquitas. Fiat manus tua ut saluet me, quoniā mandata tua elegi. Cōcupiui salutare tuū domine, & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea et laudabit te & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Currit usque ad istū versiculū vnus idē sensus, nūc incipit alius qui ex ipso cursu descendit. Inchoauit itaque in isto sensu omne humanū genus dissens,

in manu tua
ut sit tua dicta.

cens, Memor esto verbi tui, in q̄ mihi recuperādi spem dedisti. Hęc spes nie cōsolata est, quādo superbi inique agebāt in me. Nūc ad hāc eandē expectati onis defectū suū euenisse causatus, iterū clamat, Defecit, inquit, ī salutarī tuo ania mea, & in verbo tuo speraui, defecerūt oculi mei in eloquio tuo, dicen tes, Quādo venies, quādo restaurabis me, quādo cōsolaberis me, Quia per prauaricationē Adē factus sum sicut vter in pruina, intus vacuus, a foris ve ro cōtractus. Iustificaciones ramē tuas nō sum oblitus. Verū quia vita homis parua est super terra, quāti dies restāt mūdo seruo tuo, vt finiat, quādo faci es de persequētibz eū iudiciū. Qui narrāt idolatrę fabulatiōes, sed nō vt lex tua. Iniqui demones persequunt eū. Adiuua eū dñe, ecce mūdi finis prope ē, & in odio minus cōsummabit ipse mūdus in terra. Veni dñe, quia ego qui ī his doleo, id est, chorus omnīū sanctorū, nō dereliqui mādata tua. Vt secun dū misericordiā tuā viuā & custodiā testimonia oris tui. Quibus promisisti, te nobis pereuntibus mittere saluatore. Certus sum em̄, quod in æternū per manebit verbū tuū ī cōelo. Qui licet cū hominibus videat, vt promisisti, de cōelo tamē nunquā abscedit. Sicut nec fluuius cū mare ingreditur, & circuit terras, de sinu sui fontis vnquā est absens, Ita proculdubio verbū tuū, cū ad nos uenerit, de sinu tuo sancte pater, nunquā abscedit. Quid moraris eū mīt tere, q̄ huc veniēs super terrā, de cōelo nunquā abscedit. Veniat vt liberemur repromissio, quę mēiri nō potest. Quia in sēculū sēculi veritas tua. Fundasti terrā & permanet, & homo propter quē terrā fundasti, nō permanet. Ecce et ordinatione tua perseuerāt dies, & homo propter quē dies fecisti nō perseue rat. Ideo autē perseuerāt omnia, quoniā omnia seruiūt tibi, homo autē non perseuerat, quoniā nō sicut omnia seruit tibi. Qui statim vt a seruitio tuo re cessit, tūc quādo prauaricatus a sublimitate bonę cōscientię cadens humiliat us est. Qui ideo habuit perire in ipsa humilitate sua, quoniā his perseueran tia cōcessa est, qui obtēperando recessit ab eo securitas vitę, & sic humiliatus vt putaret se ita perire in humilitate sua, vt vltra genus humanū nō haberet statū. In ipsius nunc deiectione dicitur deo, Tuus sum ego, saluū me fac. Veniat qui saluet eū, quia spiritus ī mūdi expectant, vt perdant eū in perseue rātia idolorū. Et moras faciēte saluatore, veniat consummatio sēculi, sed illis expectantibus vt pereat mūdus. Ego, id est, chorus prophetarū testimonia tua intellexi. Et omī cōsummationi nequissimę vidi finē, mandatū vero tuū latū est nimis. Latū, quia omnia terrę spacia occupat, & corporis & animę fi nes tenet, ducet sibi sursum ad cōelos cōtemnentē deponit ad inferos. Latū ni mis est eius imperiū, siquidē & potētibz simul & regibus & cunctis gētibz imperat. Hoc mandatū ait chorus, vt dixi sanctorū, ego nō timui sed dilexi. Perfecta quippe dilectio foras mittit timorē. Et ita dilexi, ait, vt tota diē medi tatio mea esset. Videamus nūc, quid sibi euenisse referat per amorē mādati, super inimicos meos, inquit, prudētē me fecisti mādato tuo, quia in æternū mihi est. Inimicos hoc loco & inuisibiles & visibiles memorauit. Super oēs docētes me intellexi, quia mādata exquisiui. Nota tibi eruditissime, quia cū

sapiētiōr

sapiētiōr esset docētibz, discipuli formā gerebat. Etiā super series intellexi, quia legē tuā nō sum oblitus. Nullus obliuionē rem naturę existimet, cū ex vitio negligētię oriatur. Quia ergo ait, legē tuā nō sum oblitus. Ab omī via mala prohibui pedes meos, vt custodiā mādata tua, id est, a malo recessi, & ita ad custodiā tuorū accessi. Cūq; accessissem, a iudicijs tuis nō declinaui, quia tu legē posuisti mihi, quā ego volēs in ore meo, super mel habeo dulci orē. Et intelligēs quanta bona mihi per dilectionē legis tuę proveniant, odio cōpi habere omnē viā iniquitatis. Et sicut si lucerna ī tenebris docet pedes ho minis foueas aut offendicula quę declināt, ita ego gressibus vel pedibus cor dis mei, Veluti lucernā pedibus meis, ita verbū tuū sensibus meis. Videns er go me tenebras per eā euasisse diaboli, & lucidas semitas inuenisse, iurauī at q; statui custodire iudicia iustitię tuę. Quid est quod dicitur iurauī: ius cōsti tui, siue regulā posui, ī qua statui custodire iudicia iustitię dei, & propter hoc humiliatus sum vsq; quaq;. Ita humiliatus sum, vt nō liceret mihi, nec seruū contemnentē me lādere, iniuriā passus, tacui. Et passus calumniā quieui, nō tendendo vtiq;, sed omnia quę eueniunt cōtemnendo, humiliatus sum. Non enim hoc quod statuerā custodire, custodire poterā, nisi essem humilis vsq; quaq;, & efficerer tanquā purgamentū huic mundo. Verū quia mortē mi nātur excitātes infamiā, Dñe, ait, viuifica me secūdū verbū tuū, et hoc quod statui, quia voluntario iudicio statui, nō necessitatis imperio, deprecor, ait, vt voluntaria oris mei facias beneplacita dñe, et iudicia tua doceas me. Sit ani ma mea in manibus tuis semper, & legē tuā nō obliuiscar, & hoc stat quod Græci canunt, Anima mea in manibus eius semper, secūdū illā sententiā, Si recorderis, inquit, nouissima tua, in æternū nō peccabis. Ita iste animā su am dū in manibus suis habet, semper eā exiturā cōsyderās, legē dei nō ob liuiscitur, etiā si peccatores laqueos ei posuerint, euadet primo, quia lucernā pedibus habens, legē qua deregunt laquei immundorū, euadit. Adiecit huic bono, vt semel cōprā custodiā etiā iurando firmaret. Et hęc faciēdo euenit mihi, inquit, vt hæreditatē acquirere ī æternū. Non dicitur hæreditas, nisi mortuus fuerit qui hæredē instituit. Ergo mortuo pro me dño, ego hæredita tē acquisiui, testimonia eius in æternū, quia testimonia exultatio cordis mei sunt. Testatus est em̄ mihi, quod perpetuā vitā inueniā & æternā mortē eua dam. Et ego credens iniquos odio habui, & legē tuā dilexi, atq; ideo dixi spi ritibus immundis, Declinate a me maligni, vt scruter mandata dei mei. No ta tibi quomodo scrutatū legis, & ita scrutare, dic & tu immūdis spiritibus, Declinate a me, vt scruter mādata dei mei. Quia ipsi tibi immittunt impedi mentū, quando tuā mentē intentā attendunt. Eueniant itaq; damna rerū, & diuersa aduersa vel prospera. Audi angelos clamantes, Attende animā tuā Loth, ne prospexeris retro. Age quod agis, quia quod reuocarīs transiris, si stare volueris. Noli ergo occupationibus, quę te a scrutatiōe sancta reuocāt acquiescere, sed clama cū propheta ad deū, Adiuua me dñe, & saluus ero, & meditabor in tuis iustificatiōibus semper, id est, diē & nocte, vt ī primo psal

s 2 mo pro/

obliuio nō
est res nē

mo promissum est, Quoniam spreuisti, inquit, omnes qui descendunt a iustitijs tuis. In iusta enim cogitatio eorum Propter hoc ait, preuaricantes reputavi omnes peccatores terrae, quia legem tuam dilexi. Verum quia concupiscit caro aduersus spiritum, ut insigas timori tuo carnes meas exoro. A iudicijs enim tuis timui, nisi enim fixae fuerint carnes meae timore dei, risus nobis nascitur, & dei iudicium non timemus. Et dum non timemus dominum, inimicis ac persecutoribus tradimur. Unde his adiecit, Feci, inquit, iudicium & iustitiam, non tradas me persecutoribus meis. Quod iudicium, quae eius iustitiam expone nobis, Caro, inquit, mea domina volebat fieri animae, ego eam maceraui & seruituti redegei. Ecce iudicium, iustitiam vero feci, animam tradidi dominatum super eam, quia per carnem calumniabant mihi superbi. Elige quae te domine, elige seruum, id est, totum mundum, elige eum in bono, id est, in Christo. Non calumniant ei superbi, id est, imundi spiritus, qui tenent chirographum peccati. Veni domine & dele illud, excludens inimicitias superbiorum. Oculi enim mei defecerunt in salutari tuo. Expectas semper attendet, ut venientem aspiciat, quo orante dicit, Oculi mei defecerunt in expectatione eius. Fac quae te cum seruo tuo, id est, cum saeculo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me. Tempus est ut venias, perdisipata est ab iniquis tuis lex tua, id est, a ludaeis, qui eam accipientes dissipauerunt eam, sua praecipua, sicut arguit dominus, statuentes, & traditiones hominum custodientes, legem vero dei contenebant. Dissipauerunt iniqui legem tuam, nullus credit, omnes declinauerunt. Veni domine, quia tempus faciendi misericordiam conclude omnia in incredulitate, ut omnibus miserearis. Memor esto qui leges, quia vocem diximus hic agi omnium prophetarum, qui & praecordia sua voluerunt ad effectum adduci per aduentum domini, & humano generi subueniri. Hic ergo, id est, prophetarum & sanctorum chorus loquitur, Dilexi, inquit, mandata tua super aurum & topazion, id est, super aurum & lapidem preciosum. Sic receperunt in cetero octauo decimo, sicut in octauo decimo iam praedixit, Et propterea, inquit, ad omnia mandata tua dirigebar. Et omnem viam iniquam odio habui, quia mirabilia testimonia tua. Pingere pingere ante oculos tuos qui haec cantas aliquas fabricas. Quales illas quas mirabantur Apostoli, pingere templum, pingere thermas, pingere fora & moenia in vertice excelso surgentia. Et dum ista consideras, memeto casulae cuiuscumque ex frondi septo contextae. Nunquid non tanto illa tibi erit despectior, quanto ista mirabilia stupueris. Ergo is quicumque legem dei rationem habere vult, totum quasi vile casulam despiciat mundum, & sola mirabilia habens testimonia eius, id est, scrutat ea anima eius, cumque declaratio sermonum eius in rebus aeternis illuminauerit eum, & paruulis considerationibus eius magnam tribuerit intellectum, apperiet os suum in laudibus dei, & attrahit spiritum, id est, suspirijs occupat, quia mandata dei desiderat, et incipit sic desiderare, ut pro desiderio non dormiat, atque esse potius sibi ac letitiam subtrahens pro desiderio sui pectoris clamet, Aspice me & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum, haec totius humani generis oratio funditur. Unde & sequitur, Gressus meos dirige secundum verbum tuum & viam, qui gressus meos in tortum misit per Adam, & mortem inuenit

Tu ve

Tu veni domine, & per te gressus meos dirige secundum verbum tuum, quod ille praeparatus est, & vitam inueniam per te, quam per illum amisi. Expecto domine veni, & non confundas me ab expectatione mea. Si enim veneris, non dominabitur mihi omnis iniquitas, scilicet demonum. Nam increduli homines credentes calumniant dicentes, Quid negatis deos gentium, & virginis filium expectatis, quando habet virgo in utero concipere, & parere vobis Emanuelem. Veni ergo domine & redime me a calumnijs hominum, & custodiam tua mandata, non hominum. Cum faciem tuam illuminaueris super seruum tuum, id est, super saeculum tuum, tunc doces nos per filium tuum iustificationes tuas. Consideremus nunc summum gradum orationis. Summus gradus enim orationis est, quando in oratione positus, preces simul & lachrymas fundis. Impossibile enim est, ut non oculi tui peccatum incurrerint. Omne enim quod in mundo est, ut ait Apostolus, concupiscentia oculorum est, & ambitio saeculi, quae non est apud deum. Dic ergo cum propheta, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Dixi equidem misericordiam tuam, & spes mea omnis in ipsa est. Sed quid faciam, quia scio, quia iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Et mandasti iustitiam tuam, & testimonia tua, quibus comminaris aeternum incendium, & scio in loquela tua veritatem nimis. Ideo ergo fundunt oculi aquas, quae abluant plorando, quod concupiscendo polluerunt. Zelor tamen mundum tuum ab idolis, quia gaudent super eum inimici tui, & ita hinc inde bacchantur, ut obliti sint verba tua, ipsi inimici generis humani. Sciunt enim & intelligunt voces prophetarum, in quibus verba tua pollicentur nostri redemptoris aduentum. Sed tantum moraris domine, ut obliti sint verba ipsa promissionis huius inimici mei. Porro autem ignitum est eloquium tuum vehementer, ignitum est amatorium, excludens amores mortiferos & vitae aeternae amores includens. Adiecit postquam ignitum dixerat, Et seruis tuis, inquit, dilexit illud, adulescentior ego sum, & contempsum ihs, qui pugnant aduersum me, mundo omnino adulescentior pro contempto habeor, dum iustificationes tuas exquiro. Iustitia enim tua certus sum, quod iustitia sit in aeternum. Et scio quia lex tua veritas sit, & ideo me tribulatio et angustiae inuenerunt. Quia mandata tua meditatio mea est. Non enim faciunt tribulationes & angustias demones, nisi his quam maxime qui mandata domini meditantur. Et ideo clamaui, inquit, in toto corde meo, exaudi me domine, iustificationes tuas exquiram. Ita meos mores in tuo amore dispone, ut nihil de hoc mundo quaeram, sed solas tuas iustificationes exquiram. Praeueni enim in maturitate & exclamaui, Fui puer, postea adulescens, itemque iuuenis, nunc ecce iam senex, & vitae meae finem attendens, in hac maturitate positus clamo, & praeveniunt oculi mei ad te diluculo, id est, antequam alius te orare incipiat. Lucem ipsam diei venientem praeveniunt ad te oculi mei, ut vocem meam audias secundum magnam misericordiam tuam, quia prope sunt qui persecuntur me. Iniquitates mihi prope sunt qui a lege tua longefacti sunt, id est, demones in idolis, & spiritus immundi in cogitationibus malis. Hi adpropinquaverunt persequentes

quentes me, putantes te adhuc longe esse, tu autem prope es domine, & omnia mandata tua, quibus mandasti, tuum expectandum aduentum, omnia mandata tua veritas. Ab initio cognoui de testimonijs tuis, quia sic firma sunt promissa tua, ut in aeternum fundaueris ea. Vide ergo humilitatem meam. Chorus sanctorum pro mundo vniuerso exorat. Vide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus, promissam salutem aduentus tui. Iudica iudicium meum, & redime me propter eloquium tuum. Ut verum illud vniuersis non credentibus manifestes, propter eloquium tuum eripe me. Longe est a peccatoribus salus, siue qui venturum non credunt, seu qui iam venisse non credunt. Longe est utique salus ab eis, quia iustitias tuas non exquisierunt. Tuque autem miserationes multae sunt domine, cum non requirentes te requiris, cum contemptores tuos exaudis. Quia ergo illis misericordiam exhibes, qui testimonia tua non exquisierunt, quanto magis & mihi miserere, qui a testimonijs tuis non declinaui. Hoc, ut saepe diximus, chorus sanctorum omnium protestatur, qui & adiecit: Vidi non seruantes pactum, & tabescebam, quia iustitias tuas non custodierunt, quomodo distabit Moses in populo preuaricatore, quomodo Phinees, quomodo Thaleb filius Iephanae, quomodo Iesub Naue filius, quomodo Samuel in Saule. Omnis ergo chorus sanctorum ante aduentum domini, videns non seruantes pactum tabescebat, & dicebat domino, Vide quia dilexi legem tuam, in tua misericordia viuifica me. Hoc autem quod diximus saepe numero sanctorum, ab Abel usque ad Mariam & Ioseph, omnes quidem in lege veteri placuerunt, usque ad Abraham legem naturae seruantes, ab Abraham usque ad Moysen, legem naturae & circumcisionis, a Moysen usque ad dominum Iesum Christum, legem naturae, circumcisionis et legis, omnes huius iam tunc ex semet ipsis fundamentum ecclesiae construerebant, cuius dedicatorem & adimpletorem dominum expectabant, qui compleret quod iurauerat seruo suo Abraham, quod in semine eius hereditaret omnes gentes. Hic chorus omnium sanctorum, iam Dei filium ex ore patris didicerat natum, ut euidenter diceret patri, Principium verborum tuorum veritas. Quid minus hic, quam Euangelia declarauit. In his ergo iam tunc Christus cum patre & spiritu sancto regnabat. Non enim poterat fieri, ut cuperent eum et confiterentur eum, nisi mentis suae oculis eius pulchritudinem aspexissent. In ipsis ergo iam ecclesia Christi, ita quae sunt futura praesentem aspexit, ut praeterita enarrare videatur. Principes, inquit, persecuti sunt me gratis, sed contempta persecutione eorum, a verbis tuis formidauit cor meum. Eis scilicet verbis quibus dixisti: Nolite timere quae occidunt corpus, sed eum quae potest corpus et animam perdere in gehenam. Habes ergo in verbis tuis timorem & letitiam, sicut quae inuenit spolia multa. Tempore quo iniquitatem odio habui, id est, in idolis sacrificare contempsisti, & videns iniquitatem abominatus sum, ita ut supplicij diuersis maceratus excederem. Tunc utique septies in die laudem dixi tibi, cum in septiformi spiritu septem ecclesiarum textum superioris fabricae extruebam. Sicut enim diximus in veteribus sanctis Christum in fundamento ecclesiae operatum, ita in muribus novis operatum, per quos vnius eiusdemque fundamenti, usque ad finem seculi arces exurgunt.

exurgunt. In quibus pax multa diligeribus nomen tuum domine, & non est in illis scandalum. In quibus expectat salus tua domine, & mandata tua custodiunt. In quibus intrat postulatio nostra in conspectu tuo domine, & secundum verbum tuum liberat nos. In quibus eructuant labia nostra hymnum, cum docemur iustificationes tuas. In quibus pronunciat lingua nostra eloquia tua, & docet quod omnia mandata tua sunt equitas. In quibus manus tuae, illae quae in cruce fixae fuerunt, ipsae saluos nos faciunt, si mandata tua diligimus, & concupiscimus salutare tuum, & lex tua meditatio nostra est, Credentes quod etiam corpore nostro viuet anima nostra, & laudet te, credentes quod iudicia tua adiuuent nos. Confitentes quod errauimus, sicut ovis illa quae perijt, rogantes ut requiras eam, & humeris imponens, gregi ad plures permanenti secundum promissum tuum domine Iesu Christe, qui regnas cum patre & spiritu sancto per omnia secula seculorum Amen.

Canticum graduum.

CXIX.

D dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam. Sagitta potentis acutae, cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus cedar, multum incolata fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Cantica graduum, cantica ascensionum sunt. Veluti si alicui qui in foueam cecidit ponatur scala, ut inde ascendere capiat facultatem. In fouea itaque captiuitatis cum populus Israeliticus deuenisset, cum tribularetur clamauit ad dominum, & exauditus est, unde & plorat, dicens, Heu me, quia peregrinatio mea longa facta est. Et adiecit, Habitauit cum habitantibus cedar. Vnus ex filijs Israel fuit qui obtinuit solitudinem in regione orientis quae a deserto Palaestinae usque ad terras Persarum extenditur, in qua parte nunc Saraceni habitant, quorum pater Cedar filius Ismael esse reperitur lectione Geneseos. Huius odientes pacem eo usque probantur, ut nunquam cum gente aliqua foedus inierint pacis, ex quo orti sunt usque ad praesentem diem. Quam gentem ego demonibus comparans, ad meum captiuum accedo, fugiensque moras historice narrationis. Et qui cecidi in peccati foueam, istum psalmum expono, dico ei, tribulare, quia male letatus es. Et cum tribulantem te fecerit poenitentia, clama ad dominum credens quod te exaudiat, dic ei, Libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa, dicunt ei demones. Et cum in cloaca deiecerim peccatorum, interim modo differo clamorem. Restat tibi tempus quo possis ascendere, Hos populos idcirco seminant, ut qui eos audierit, dum sperat expiret. Huius labijs dolosis, & huic linguae nequissime praeparata sagittas potentes, orationibus temperatas, & ieiunijs acutas, cum carbonibus & diuino igni succensis, Adplicata te ad gradum, & pone ascensiones in corde tuo, a conualle

forse quem in cloaca deiecerunt peccatorum

a. cōualle fletus ad montē refugij. Et nō solum tu ipse moras nō innectas, sed illatas excogita. Et flebili voce te moratum in peccatis inter suspiria ingemisce. Heu me quia incolatus meus plongatus est, habitavi cum habitatibus cedar. Cū his habitavi qui mecum v̄bo dei, ne pacem facerem psuadebāt, ibi multū incola fuit anima mea. Bene posuit animā. Caro enī quia de terra est, v̄hicunq; fuerit, in terra sua est. Ego tamē, licet cum his qui oderāt pacē consistere, cum v̄bo tñ dei erā pacificus. Et cum loquebar illis, qđ' vellē ad gradum ascēsis onis accedere, illi expugnabāt me gratis. Mox enī vt cōeperit peccator ad pōnitentiā cōuolare, & a fouea mortis ad vitā superne montē ascendere, expugnatōes demonum qđ' sit passurus, agnoscat, si credit sibi vere a dei sapiētia dictum, Cum accesseris ad seruitutem dei, sta in timore & tremore, & p̄para animā tuā ad tentationē. Quod sciens dñs, in eo sermonē nostrum oratiōis nostrę includit, vt clamemus, ne nos patiatur induci in tentationem, sed liberet nos a malo, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Canticum graduum. CXX.

I Euauī oculos meos in montes, unde ueniat auxilium mihi. Auxiliū meum a dño, qui fecit cœlū & terrā, Non det in commotionē pedem tuū, neq; dormiet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animā tuā dominus. Dominus custodiat introitum & exitum tuum, ex hoc nunc & usq; in seculum.

Centesiori vicesiori psalmi ascēsus patet. Leua oculos tuos ad mōtes. Quid moraris in cōuallibus? Crede quia si leuaueris oculos tuos ad montes, & tuleris eos a * cōparatione eorū de quibus dictū, Oculos suos statuerunt declinare in terrā, id est, statuerunt deorsum terrena despiciere, terram diligere. Nobis autem clamat Apostolus, quę sursum sunt quærite, quę sursum sunt sapite. Et sacerdotalis vox ad p̄cipienda mysteria nobis oibus clamat, sursum cor. Noli ergo timere, nō tuis viribus derelinqueris, si ascēdere cogitaueris, veniet tibi auxiliū a dño, qui fecit cœlū & terrā, tu tātum nō des in cōmotionē pedem tuū, id est, nō volo, nolo ascēdendi consiliū sumās, sed incūctanter ascēde. Quia nō dormit qui custodit te, Ipse etiā p̄tectio tua erit sup manū dexteram tuā, id est, porriget tibi manum ascendere cupienti, p̄stabit tibi vt non vraris a Sole per diem, p̄stabit tibi, vt lux solis non tibi cōcupiscentię ignē exagitet, neq; vraris stimulo. Si enim ex animo ad auxiliū dei cōuolaueris, ipse custodit te ab omni malo, & corpus tuum custodit, custodit etiā & animam tuam dominus. Ipse custodit introitū tuum ad pōnitentiā, & exitū tuum de corpore ex hoc, id est, ex hoc die quo ex fide conuerteris. Ipse iam custodit

Alias *
cōtemplatione.

custodit te dominus Iesus Christus, qui regnat in sæcula sæculorum Amen. Canticum graduum. CXXI.

I Aetatus sum in his quę dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalē. Hierusalē quę ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimoniu Israel ad confitendū nomini domini. Quia illic sederut sedes in iudicio, sedes super domū Dauid. Rogate quę ad pacē sunt Hierusalē, & abundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacē de te. Propter domū dñi dei nostri, quęsiui bona tibi.

Secundū gradū ascendisti, accede ad tertiū. Bona tibi in isto gradu promissa sunt, si credis, sume psalmū & exprime cātīcū. Tūc te scimus credidisse, si letatus fueris, in his quę dicta sunt tibi. Et relinquēs cōuersionē peccantiū, in domū dñi ieris, & ibi stātes fuerint pedes tui in atrijs Hierusalē, vbi ædificatio in muris ciuitatis futurę extruitur. Ad quā ascenderūt tribus domini in testimoniu Israel. Tribus domini duodecim Apostoli cognoscunt, qui priores ascenderūt hos montes ad confitendū nomini dñi Iesu Christi, & ibi sederūt sedes in iudicio, sedes super domū Dauid. Rogantes quę ad pacē sunt Hierusalē, & abundantia diligentibus te, id est, te diligentibus Hierusalem. Ibi em confirmata est pax Christi, quę in toto mundo diffusa est. Ibi eis dictum est, Pacē meā do vobis, ipsi ciuitati dicit dñs Iesus Christus, propter fratres meos & proximos meos, Qui sunt fratres, inquit, mei & proximi mei, nisi isti, inquit, qui faciunt voluntatē patris mei. Propter ipsos ergo loquar pacem de te, promittā in cœlis vbi vere ædificaris vt ciuitas, promittā quod sit mihi participatio in idipsum. Et mecū in ea regnabunt fratres mei & proximi mei. Propter domū etenim dei mei, quęsiui tibi bona. Bona æterna, vt ciues tui tecū nō tēporaliter, sed perpetualiter regnent. Ipsi gloria qui ista re promissit, quicq; regnat cū patre & spiritu sancto in sæcula sæculorū Amen.

Canticum graduum. CXXII.

I De leuauī oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorū in manibus dominorū suorū. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ suæ, ita oculi nostri ad dñm deū nostrū donec misereatur nostri. Miserere nostri dñe miserere nostri, quia multū repleti sumus despectioe. Quia multū repleta est anima nostra, opprobriū abundantibus & despectio superbis.

Paulatim a montibus pertingamus cœlos. Nā si iam leuauimus oculos ad montes, & letati sumus in omnibus quę dicta sunt nobis. Leuemus tunc oculos

nunc oculos nostros ad cœlos, imo ad eū qui habitat in cœlis. Ideo em̄ ascen-
sionū cantica decantamus, vt paulatim a peccatorū foueis ascendamus. Re/
cordemur nos seruos, quia creati ab eo sumus. Seruos, quia creati & redēpti
probamur. Et sicut oculi seruatorū ad dominū, aut sicut oculi ancillę ad domi-
nam, ita oculi nostri ad dominū deū nostrū, donec misereat nostri. Verum
quia in opprobrio iacemus dæmonū superborū, & volentibus nobis eua/
dere crimina, vitia & peccata, nostra opera aduersant. Ideo rogamus misere-
re nostri domine, miserere nostri. Quia multū repleta est anima nostra op/
probrio abundantū eorū qui in malitia exabundāt. Et despectiones nobis
superborū exagitant, quibus necessitatibus tuā credimus solā misericordiā
subuenire, qui regnas in sæcula sæculorum Amen.

Canticum graduum.

CXXIII.

Isi quia dominus erat in nobis dicat nūc Israel, nisi quia do/
minus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos for-
te viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum
in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit ani/
ma nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captiōnem dentibus eo-
rum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium.

Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adiutorium nostrū
in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

Quicquid martyribus in persecutiōibus fecerūt homines increduli, hoc
nobis, si tñ exhibemus deo seruitiū in suis tentationibus, inuisibiles fa-
ciūt inimici. Cū ergo illorū visibiles legeris, pugnas tuas inuisi-
biles cogita. Et ita tu anio cōtradictio spiritui, quod iniustū est suggerēt, sicut
illi homini sacrificiū persuadēt. Vnde illi vicerūt, inde vince. Illorū victoria
mors fuit, tua victoria vita sit, & persuasio ibi & vis operata est, pone qd &
tecū sic agat, & persuasio tecū & violentia præliant, quanq̄ sola persuasio te/
cum agat o magister Christianissime. Si em̄ iusto iudicio tecū loqueris, soli
persuasioni fateberis repugnare, sed concedo & persuasionē tecū & violenti-
tā dæmonū concludari. Habes vnde vincere parata sunt adminicula, inci-
pe præliari dominus tecū. Imo dñs in te sicut in illis fuit, qui post victoriā istū
psalmū domino cecinerunt, dicentes: Nisi quod dominus erat in nobis, di-
cat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Dū insurgerent homines in
nos, forte viuos deglutissent nos. Dū irasceretur animus eorū aduersus nos.
Quare non irascentur? Cur illi suis cōtradictionibus repugnabant, & non ti-
mebant minantes, credentes, torquentes, & ipsam vitā multis & exquisitis
supplicijs auferentes. Pone quod & tecū sic agatur, Ferio vngulā cordis, fe-
rio mentis iniurias, non cōsentio clama. Illi enim offerunt oportunitatē pec-
candi, suauitatē alloquij, elegantiam mulieris, occasiones lucrorū, pietatē actio-
nis car-

nis carnalis. Piū est vt iudicē videas, vt causam defendas, vt libellū porrigas
preces effundas, interim prandeas, hodie letus dies sit, hac nocte non sunt vi-
gilie, & cætera quibus inermis efficitur præliator. Noli credere, seduceris,
experto crede quod loquitur, ora, vigila, clama, tene propositū, martyrū pe-
dissequi profiteris. Clama ad singula, nō consentio, & erit dñs tecū, per quē
anima tua eripitur de laqueo venantiū, vt cū sanctis suauiter psallas. Laque-
us cōtritus est, & nos liberati sumus, Adiutorium nostrū in nomine dñi, qui se-
cit cœlū & terrā, ipsi gloria qui regnat in sæcula sæculorū Amen.

Canticum graduum.

CXXIII.

Vi confidunt in dño sicut mons Sion, non commouebitur
in eternū qui habitat in Hierusalē. Mōtes in circuitu eius,
& dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usq̄ in se-
culū. Quia non relinquet dñs uirgā peccatorū super sortem iusto-
rum, ut non extendant iusti ad iniquitatē manus suas. Benefac do-
mine bonis & rectis corde. Declinantes autē in obligationes addu-
cet dñs cū operantibus iniquitatē, pax super Israel.

Qui confidit in imperatorē, militet in circuitu eius, qui confidit in pote-
statibus mundi, adparitores in tuitione eius, qui cōfidit in facultatibus
suis, nummi in manu eius. Qui confidit autē in domino, mon-
tes sunt in circuitu eius, qui sic confidit sicut mons Sion, qui secundū legē dei
De Sion enim procedit lex. Ergo qui catholicā fidē tenens, confidit nō com-
mouebitur in æternū, nulla secta, nulla hæresis, nullus disputator eū a recti-
tenore detorquet, montes sunt in circuitu eius. Et dominus in circuitu popu-
li sui, hoc est, testimonia scripturarū sanctarū in circuitu eius, pro defensione
simplicis populi, quē Christus suo sanguine cōparauit. Ipse dominus in circui-
tu populi sui ex hoc tempore, quo pro eis passus est, vt ipse ait, Vsq̄ ad con-
sumationem sæculi, ipse non derelinquet uirgam hæreticorum, super sortē
catholicorum. Egreditur enim virga legis nostræ de manu legislatoris, & ef-
fecta draco deuorauit uirgā eorum, vt non extendant orthodoxi ad here-
sem vanam sanctas manus suas, id est, opera sua hereticis nō extendant. Ve-
rum quia sunt aliqui quorum cor illi peruertunt, sanctus spiritus pro rectis
corde orat. Declinantes autem in anathematis obligationem adducet in diē
iudicij cum operantibus iniquitatem. Sit pax in Israel per dominum nostrū
Iesum Christum, qui regnat in vnitatē deitatis cum patre & spiritu sancto,
per vniuersa sæcula sæculorum Amen.

Canticum graduum.

CXXV.

Non conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus si-
cut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, &
lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, ma-
gnifica-

t 2 gnifica

gnificauit dominus facere cū eis. Magnificauit dominus facere nobiscū, facti sumus lætantes. Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Qui semināt in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autē uenient cū exultatione, portantes manipulos suos.

CAntica graduum sunt portæ coeli patentis. Iacob requiescens, videt in visione sua dominū super caput, coelis patentibus accubantē, cuius superiora in coelū incumbunt, per quæ respicit dñs, inferiora in terra sunt ubi dormiuit homo. Quid istius scalæ ascensus ad dñm docuit? Benefac dñe bonis & rectis corde. Audierunt em̄ sibi a sacerdotibus clamari, strisum cor, & dixerunt deo, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in coelo, ascendite, quia benefacit dñs bonis & rectis corde. Declinantes autē & discedentes a deo adducit in obligationē, & deputat cum operantibus iniquitatem. Surge Israel, qui dormisti euigila. Vngue lapidē angularē oleo lætitiæ, pax tecū. Filij em̄ tui de captiuitate liberati per Christū, istum canticum graduum cecinerunt, dicentes, In conuertendo dominus captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati. Gradatim a tribulatione primi cantici ad gaudiū ascēdimus, et qui ibi seminauimus lachrymas, hic gaudia metemus, & qui ibi captiui gemebamus, dicentes, Heu me quid incolatus meus prolongatus est, hic replet gaudio os nostrū, & lingua nostra exultatione. Ecce em̄ dicunt inter gentes, Magnificauit dñs facere cū illis, magnificauit dñs facere nobiscū, facti sumus lætantes. Memores esse debemus, quia diximus ædificationis nostrę adplicare omnia, quę mystico tractu, aut ad dñm ducunt, aut ad eius martyres trahūt. Notum est enim omnibus sanctis ista competere. Ad nos uero ab eorū passione riuum ducentes, captiuitatem nostram per poenitentiam euāsisse gratulemur, credentes quod magnificet dominus facere nobiscum. Et unde nos ei exhibuimus flentes atq; tristantes, inde nos faciat ipse lætantes atq; gaudentes. Si enim lachrymas seminauimus poenitentię, fecunda sine dubio melis nobis indulgentię orietur, ex qua exeuntes de corpore, venientes ad dominum in exultatione, Erimus cum sanctis portantes manipulos nostros. Nam ubi illi gaudebunt coronati, nos exultabimus liberati, per dominum nostrum Iesum Christum, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Canticum graduum Salomonis.

CXXVI.

Isi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilat, qui custodit eam. Vanū est uobis ante lucem surgere, surgite postq; sederitis qui māducatis panem doloris. Cū dederit dilectis suis somnum ecce hæreditas dñi, filij merces fructus uentris. Sicut sagitta in manu potētis, ita filij excussorum. Beatus uir qui

uir qui impleuit desyderium suum ex ipsis, nō confundet cū loquetur inimicis suis in porta.

Multi istius psalmi male explanantes principia, ocium pdicant pro labore. Aiunt nanq; casto certamine sanctis homines studijs occupari. Sed & uana spe suis aliqd hominem nisibus impetrare, & ex medicamento uulnus faciunt, hoc modo dicentes, Nisi dominus ædificauerit, in uanum edificas. Nisi dominus custodierit, in uanum uigilas. Poteram laciniosa disputatione ædificationis huius, & fundamenta & parietes & tecta & mœnia demostrare, sed alio pposito res agitur. Egimus enim ab initio, ut breuiter strictim q̄ loqueremur, tamē pariter circumueo, & cito ad te redeam qui psalmū expectas. Ab initio seculi quicq; sancte vixerunt, ciuitatem domino cōstruxerunt. Siquidem ciuitatis future mœnia sancti erūt. Aedificauit Abel, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, Iesu Naue, & omnes sancti edificauerunt domum, & custodierūt ciuitatem. Sed nisi dominus, id est, dei filius ueniens ædificasset omnia quæ illi ædificauerant (Probata est uox eius, dicentis, Non ueni destruere, sed adimplere) Si ergo illis fundamenta mitteret, & parietes ædificantibus nō uenisset, qui tecta cōstrueret, & omnia intus ornaret, illi in uanum laborauerant ædificantes domum. Deniq; hodie synagoga ideo uana est, q̄ ædificia parietum habet, & tectum non habet, et in ptectione dei coeli non commoratur. Habet parietes quos edificauerunt sancti, sed tectum nō habet, quod Christus expleuit. Habent limen, sed in limine agni sanguinem nō habet. Dum coeperit pluere sup peccatores laqueum ignis & sulphuris, isti sine tecto patet huic pluuię. Dum coeperit angelus percutere primitias, isti sine sanguine agni percussorem angelum non euadunt. Quid ergo edificatis iudei? Quid hæretici uigilatis? Sine causa hæc facitis, quia uobiscum nec edificat, nec uigilat dominus. Vos autem orthodoxi Christū in incorruptiōe amantes, nolite timere, securi edificatę, quia uobiscum edificat dominus. Dei enim estis ædificatio, dei cultura estis, uigilate, quia non solum uobiscum uigilat, sed & dormientes excitat, dicens, Uigilate mecum, uigilate & orate, ne intretis in tentationem. Tale est quale si dicat in uanū uigilaretis, si ego non uigilarem uobiscū. Nunc autem satis iniquū est, ut me uigilante uobiscū, uos somno occupemini. Unde & Apostolus clamat, Aedificate alterutrū. Vana ergo esset ædificatio, si dñs non edificaret. Vanę uigilię si dominus nō custodiret, dñs custodit, & vanę nō sunt. In uanum est uobis ante lucē surgere, id est, lux, Christus est, & uos qui ante eum surgitis, uanū est uobis ante eum surgere, qui māducatis panem doloris. Nisi enim ille uenerit qui panē gaudiij tribuat, uos in uanū surrexistis. Quādo autē ueniet? Cū dederit, inquit, dilectis suis somnū, hoc est, tunc ueniet, quādo isti qui nunc sancti sunt, somnū pacis acceperint. Ut quid ueniet? ut in resurrectione hæreditas dñi demonstraret, in qua oēs filij dei accipiūt hæreditatē, si tamen filij uentris eius fuerint, id est, si in fonte catholice fidei fuerint baptizati. Ubi est uenter ecclesię, qui illi filios parit, q̄ sicut sagitta de manu potētis excussa, sic uul-

nerant inimicum, quando implent desiderium suum in bonis, vt nō cōfundantur dum exeunt de corpore. Tunc enim inueniunt inimicos suos in porta, cū ingrediuntur corpus in quo diabolus superarunt. Notandū tamē est, q̄a in titulo sic habet, canticū ascēsus domus Salomonis, vt historicū sensum teneas, tu hodie dictum tūc Salomoni, O prudentissime Salomon, fabri/cas quidem domum deo, sed nisi dominus edificauerit domum, sicut ipse dixisti, quia edificat sapientia sibi domum, & ponet columnas septem. Nisi ergo ipse qui sapiētia dicit, edificauerit domum, tu in vanum laborasti. Nam in domum quam edificasti, lapis super lapidem non relinquet. Domus autē quam edificat dominus, ascendit in cœlos, & in ea gloriabit rex dominus in secula seculorum Amen.

Canticum graduum.

CXXVII.

Eati omnes qui timent dñm, qui ambulant in uis eius. Labores manuū tuarum q̄a manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicet homo, qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex Sion, & uideas bona Hierusalem omnibus diebus uite tuę. Et uideas filios filiorum tuorum pacem super Israel.

Nilhil valet si timeas dominum, quia & dæmones eum timēt. Sed beatus eris si sic timeas dominum, vt ambules viam eius. Si enim ambulaueris in viam eius, id est, in fidem catholicam, ibi labores fructuum tuorū manducabis, carnem filij hominis, vt habens vitam manentem in te, beatus sis, & bene tibi erit. Tunc vxor tua, id est, caro tua, sicut uitis abundat in lateribus domus tuæ. tūc, inquam, quomodo uitis profert botryones, ita ex actibus corporis tui pficiunt filij tui, & te sicut vite proficiente in sanguine Christi. Illi sicut nouellæ oliuarum pficiunt in circuitu mensæ tuæ, vbi cūcōi uium illis uerbi dei exhibueris. Sic enim benedicetur omnis homo qui timet dominum, id est, qui sic egerit, sic benedicet, vt dicatur ei ab spū sancto, Benedicat te dominus ex Sion, id est, ex ecclesia sua, & uideas bona Hierusalem omnibus diebus uite tuę. Et sicut tu deo filios genuisti, ita filij tui generent, vt uideas in conspectu domini filios filiorum tuorū, cum acceperit pacē Israel, cum acceperit * tempus hoc belli & uenerit tempus pacis, gloria æterno, qui regnat in secula seculorum.

Canticū graduum

CXXVIII.

Aepe expugnauerūt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel. Sape expugnauerūt me a iuuentute mea, etenim nō poterunt mihi. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores, & plongauerunt iniquitatem suā. Dominus iustus cōcidet ceruices peccatorū

Fere. *
et scesse
rit.

peccatorū, cōfundant & cōuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fornax tectorum, quod priusquam euellatur exaruit, De quo nō impleuit manū suam qui metet, & sinum suū qui manipulos colligit. Et nō dixerūt qui p̄teribant, benedictio dñi super uos, benediximus uobis in nomine domini.

Non patit pugnā, nisi in iuuentute positus. Tu ergo qui te secundū explanationē nominis Israel, videre incipis deū per mūditiā cordis, pugnas necesse est vt demonū patiaris. Sed securus esto, q̄a sic pro te dñs pugnat, vt concidat ceruices eorū, si tamen tu nō cessaueris p̄liari, vt possis dicere: Non potuerūt mihi, licet sup dorsum meū fabricauerūt peccatores, id est, licet p̄dera grauia tribulationū sup me ponētes, incuruauerint me, & plongauerint iniquitates suas, id est, moras fecerint in afflictionibus suis, q̄bus me tribularunt. Dominus autē iusto iudicio suo cōcidet ceruices eorū. Habeant partē cū eis pharisei & heretici oēs, qui odiūt Sion, id est, qui odiūt ecclesiam Christi. Fiant sicut fornax tectorū, quod priusq̄ euellat arefcit. Hoc loco tectum vel edificitiū nominat, q̄a maxime partes hæreticorū ad p̄sonas altas uadūt, vbi quasi falces scena secantium sacerdotū euadant, sed sic ibi antequam euellant arefcit. Non enim implet manum suam ex eis qui metet uerba eorum, nec sinus suos implent hij, qui manipulos eorū colligunt. Ex omnibus enim qui p̄terierunt ab Apostolis sancti vsq̄ hodie, siue qui sunt, seu qui p̄terierūt, nullus eos benedixit in nomine dñi. Et q̄a beato Apostolo Petro, aut ab apostolis, uel a posteris eorū benedictionem non accepit, & sic plebeculas docuit quas decepit, q̄a benedictionē usurpauit, maledictionē incurrit, per quam priusquam euellat, id est, priusquam moriatur arefcit, id est, dum uiuere uidetur in corpore, iam in spū aruit, a q̄bus nos separati, fidem catholicam integerrime cōtinentes, vitam inuenimus eternam, per Iesum Christum dñm nostrum, qui regnat in secula seculorum Amen.

Canticum graduum.

CXXIX.

Profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi uocem meam.

Fiant aures tuę intendētes in uocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris dñe, domine quis sustinebit.

Quia apud te ppitiatio est, & propter legem tuā sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in domino. A custodia matutina usq̄ ad noctē, speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Penitens meus in bono iam positus p̄teritos clamores recolat. Audit em̄ sibi uirum sapientem dicentē: Fili peccasti, ne adicias iterum, sed & pristinis deprecare. Ille seruus uilis est, qui culpas suas semper recolat. Nō em̄ audi inthere. bonam ad penit.

bonam patientiam & misericordiam dñi sui aliter memorabit, nisi suā im-
 patientiam & iniquitatem fuerit recordatus, illud feci, illud gessi, cōtra iussio-
 nem dñi mei, domine si velles cōsiderare cōtempnū nostrum, olim delesses
 mundū, sed satis apud te, ppiciatio est, propter legem tuam sustinui te dñe.
 Nam recesseram a te, non te expectaram, sed lex tua mihi dixit de te, q̄a nul-
 lum perire vis, sed oēs homines saluos vis facere. Propterea sustinuit animā
 mea verbū tuū, id est, venientē filiū tuū qui promittit ad hoc venire, vt tol-
 lat peccata mūdi. Hic veniet a custodia matutina. Custodia vna, quarta pars
 noctis est. Ergo prima custodia a vespere incipit. Secūda ad medium noctis
 attingit. Tertia pullorum cantus transit. Quarta vigilia matutina, quæ in or-
 rum luminis adimpletur, in qua custodia matutina natū dñm nostrū angeli
 pastoribus nūciarunt, sed nos dicamus vigiliā matutinā luce nascente memo-
 ratam, in qua luce vsq̄ ad noctem, id est, vsq̄ cū finē accipiat sēculi, vsq̄ tūc
 speret Israel in dño, vel quamdiu ipse homo est in corpore speret, quia est
 apud deū misericordia. Agat pœnitentiā, cesset a peccato vsq̄ ad vesp̄um
 sui ab hora matutina, ex quo ei illuminatio orta est Saluatoris. Nullo modo
 periet si cessauerit a peccato & pœnituerit, quia gr̄adis apud deum misericor-
 dia, & ipse redimet Israel. Aliū em̄ nō redimet, nisi Israelem, id est, nisi bapti-
 satum nō redimet. Nam si forte pœniteatur in malis factis quispiā & in bo-
 nis opibus se mirificū p̄beat, hic si Israel nō fuerit, si nō baptizatus fuerit, non
 redimitur ab iniquitatibus suis. Sunt enim quidā qui putant se sine Christo
 Christianos, cū homo quod bonū fecerit ad honorem suū fecisse doceatur,
 quod autem bene crediderit, ad honorem ptinet dei. Magnus ille seruus est,
 qui de honore suo fortiter gessit, & domini sui honorem neglexit, huic p̄po-
 netur peccator vltissimus Christianus, qui se credit per fidem ad misericor-
 diam peruenire eius, qui regnat in sēcula sēculorū. Amen.

CXXX.
 Canticum graduum

Om̄ine non est exaltatum cor meum, neq̄ elati sunt oculi
 mei. Neq̄ ambulavi in magnis, neq̄ in mirabilibus super
 me. Si nō humiliter sentiebam, sed exaltaui animā meam.
 Sicut ablactatus est sup̄ matrem suam, ita retributio in animā meā.
 Speret Israel in domino, ex hoc nunc & usq̄ in sēculum.

Visitata vulgo sententia est quæ dicit, iuxta mores dñi familiam constitu-
 tam. Hęc sentētia sicut inter dominos & seruos, sic inter Christū & Chri-
 stianos, si haberet effectum, iure nos Christi famulos diceremus. Ille cū dñs
 cœli & terre esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem dco, sed semet-
 ipsum exinanivit, & formā serui suscipiens dicit, Dñe non est exaltatum cor
 meū. Age seruus iuxta mores domini tui, cū sis natura humilis, quid exalta-
 ris: ludex ille referit humilis, nos superbi, ille ingloriosus, nos ē contrario glo-
 riosi, ille in magnis nō ambulat, nos in magnis p̄sonis ambimus, & in eo qd̄
 non adorāt, aut diligunt nobiles gloriamur, si tamen diligūt, & nō ridiculo
 abutuntur,

abutuntur quasi ignoremns illud: * Os quod nos occultatum est venientes, * *Dictum*
 in quantum nos laceret abscedentes. Nos autem exhoramus pauperem, *est vulga-*
 cuius in se personam Christus excepit, & non ambulamus in paruis, sed in *tum de eo*
 magnis & mirabilibus super nos, & cantamus humiliter sentire nos, & non *qui subdo*
 exaltare animam nostram, immemores Apostoli hortantis atq̄ dicentis, *le laudat*
 Tanq̄ paruuli lac concupiscite, vt in eo crescatis, quod si faceremus, eramus *coram, &*
 profecto quasi ablactati super matre sua. Agnoscebat in nobis sua nutrimen- *ridet ab-*
 ta mater ecclesia, & quasi ablactato ecclesiæ suæ, ita retribuebat nobis suæ *sentem.*
 Christus charitatus effectum, in quo sperat Israel, id est, mundus corde, quia
 ipse est Israel, quod interpretatur videns deum. Spes enim eius alia non est,
 nisi vt ad adsp̄ctum diuinum attingat. Tunc enim satiabitur, cum ei adpa-
 ruerit gloria eius, qui regnat in sēcula sēculorū Amen.

Canticum graduum.

CXXXI.

Em̄to domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Si/
 m cut iurauit domino, uotū uouit deo Iacob. Si introiero in
 tabernaculū domus meę, si ascendero in lectum strati mei.

Si dederō somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.
 Et requiem temporibus meis donec inueniā locum domino, taber-
 naculū deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Effrata, inuenimus eam
 in campis siluę. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in
 loco ubi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem tuā, tu &
 arca sanctificationis tuę. Sacerdotes tui induantur iustitiam, et san-
 cti tui exultent. Propter Dauid seruū tuum non auertas faciē Chri-
 sti tui. Iurauit dominus Dauid ueritatē, & non frustrabitur eum,
 de fructu uentris tui ponā super sedem tuā. Si custodierint filij tui
 testamentū meū, & testimonia tua hæc quæ docebo eos, Et filij eo-
 rum usq̄ in sēculū, sedebunt super sedem tuā. Quoniā elegit domi-
 nus Sion, elegit eā in habitationem sibi. Hęc requies mea in sēcu-
 lum sēculi, hic habitabo quoniā elegi eā. Viduam eius benedicens
 benedicā, pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induā
 salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producā cornu
 Dauid, parauit lucernā Christo meo. Inimicos eius induā confusio-
 ne, super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Memento dñe Dauid, nō vt ab obliuione ad memoriā redeat. Deus ab
 homine cōmonetur, sed docet homo qualiter diuinitas votis delectet
 humanis. Vt deposita feritate, quæ iracundias generat, discordias nutrit, su-
 perbiā gignit, sub onus dñi mansuescat. Leue onus est, porta māfue-
 te iugū
 v suaue

suauē, trahē Christiane hoc. In te recordabit dñs, quod ad portāda p̄cepta eius, mansuetū pecus tuū, id est, corpus tuū, & nō recalcitrātē exhibes Christo. Memor erit tui dñs, si māsuētudines tuæ eius memoriā īterpellatiōe sancta pulsauerint, si profecisti de mansuetudine, profice de deuotionē, iurauit, inquit, dño, & votū vouit de Iacob. Audi sollicitudinē uouētis, & ita demū te participē psallētis ostēde. Postea em̄ quā votū uouit deo, nō intrauit tabernaculū domus sue, nō ascēdit lectū stratus sui, nō dedit somnū oculis, nō dormitacionē palpebris suis, donec inueniret locū dño tabernaculū deo Iacob. Sollicitudo integra & perfecta tam diu est deo a promittēte seruāda, quā diu inueniat locū domino. Dñs æternus est & locus eius tēporalis nō potest esse. Quid querimus tēporalia loca, qui æternū habitatorē inquirimus. Si uero æternū est, quod sollicite & uigilanter inquirimus perpetuū cōprobat, non cessemus strenuissime quærere, quousq; qd querimus inuenire mereamur. Quid tamē querit Psalmista sanctissimus uideamus, Locū, inquit, ubi habitat deus Iacob. Et adiecit, Hanc habitacionē, ait, audiuius in Effrata, Effrate us Helcana qui caput regaliū voluminū tenet, pater est Samuelis, in quo audiuius uocē dñi, dicētis, Suscitabo mihi sacerdotē fidelē, qui iuxta cor meū omnia faciat, & ipsi edificabo domū & ambulabit corā Christo in æternū. Hanc ergo uocē quā tunc in Effrateo audiuius, nunc inuenimus in cāpis siluæ, ubi pastores ouium angeli allocuti sunt, dicētes, Nūciamus uobis gau diū magnū, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie dñs, qui est saluator omniū, & hoc uobis signū erit, Inuenietis puerū inuolutū pannis, & positū in p̄sep̄io. Hanc ergo habitacionē ubi in æternū habitat deus, indi cantibus angelis pastores adepti sunt, et nō pastores taliū qualiū pecudū, sed ouiu tantū, nec dormientiū, sed uigilantiū, & qui nō dormiētes, sed uigilantes inuenti sunt, neq; negligentes, sed solliciti, neq; remissi, sed timentes. Deniq; inde angelus cœpit alloqui, ubi timoris agnoscebat terrore, Nolite, inquit, timere, quasi qui dicat, quia uigilatis & estis solliciti circa gregē māsuētudinis, & pascitis in cāpis pectoris uestri, Ibi sunt em̄ campi siluæ. Quia ergo custoditis gregē uigilāter, pernoctāter, ne ouē mansuetā, siue patientiā, siue charitatē, siue hospitalitatē, siue castitatē, & cæteras socias earū, quas pascitis uerbo dei, quia timetis dñm gregis, & solliciti estis, ne quid uobis feritas luporū inuadat, iā nolite timere, quia talis pastor natus est, qui animā suā ponat pro ouibus suis. Nunc interrogamus uos o pastores, dicite nobis, si inuenistis puerū sicut uobis angeli indicarūt. Ad hęc illi respondentes dixerūt, Introiimus in tabernaculū eius, adorauimus in locū ubi steterūt pedes eius. Certe iacentē in p̄sep̄io uisari perrexiistis, quomodo stantē uos uidisse testamini, Nos, inquit, credentes, stantē uidimus nō iacentē, incredulis & dubijs iacens & pannis inuolutus ostenditur, credentibus rex diadematus demonstratur. Deniq; tantā coruscationē regiæ eius dignitatis adspeximus, ut nō auderemus ipsum adorare, sed uestigia illa adorauimus, in quibus steterunt pedes eius, Quid ergo terrā adorastis? Terrā, inquit, sanctā corporis Iesu

Iesu Christi, in qua terra nobis sunt ostēsa uestigia dei, dū uirgineo foetu edictum uideremus infantē, cui angeli choros ducebant, cœlo terręq; per eū pacem fore cantantes. Huic dicimus quotidie, Exurge domine in requiē tuam. Requies dei in Iesu euidēs & specialis est, in quo est arca, id est, arcanū sanctificationis eius, per quē Apostoli sunt induti iustitia, & sancti omnes exultant propter Dauid seruū dei, quia de fructu vētris eius posuit deus super sedem suā, per quem custodiunt filij eius testamētum dei, id est, Apostoli ex foemore ludæ secundū carnem uenientes, qui non solum custodierunt testamētum domini nostri Iesu Christi, sed & testimonia eius quæ docuit eos. Nunc filij eorū vsq; hodie sedent super sedē eorū, habentes & ipsi soluendi, ligandi potestātē. Hoc autē eis concessum est, quia recusauit dominus synagogā falsitatis, & legit Sion sanctā, scilicet fidei rectæ ecclesiā, quam prælegit præsciū in habitacionē sibi, in qua est requies dei in sæculū sæculi, in qua habitat, quoniā prælegit eam, in qua uiduę benedicentē in castitate, in qua pauperes satiantur panibus pietatis, in qua sacerdotes induuntur iustitia, in qua sancti exultatione exultant, in qua productū est cornu. Ideo sit regnū Dauid. Ipsa est lucerna quæ super candelabra posita, lucet omnibus qui in domo sunt, id est, qui in fide sunt Iesu Christi, ut ecōtrario omnis adsertio præter hanc, lucet quidē in uerbis, & habet materias adclamationis & admirationis humanę, sed sub modio posita nō lucet qui in domo sunt, sed quos inuenit subtus modiu. Subtus modiu em̄ degunt, qui mensurā recte fidei utunt inuersam, qui sunt inimici lucernę nostrę, quā spiritus sanctus per Apostolos parauit Christo suo dño nostro. Inimicos ergo eius induit cōfusione anathematis, et super Christū floriet sanctificatio eius, per omnia sæcula sæculorū Amen.

Canticum graduum.

CXXXII.

Cce quā bonū & quā iocundū, habitare fratres in unū. Sicut unguentū in capite, quod descēdit in barbā, barbā Aaron. Quod descendit in orā uestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montē Sion. Quoniā illic mandauit dominus benedictionem, & uitam usq; in sæculum.

In primo cantico gradū positi in captiuitate clamamus tribulantes ad deum, & exaudit nos. In secūdo gradu ad montes oculos leuauimus, unde uenit auxiliū dñi, quo custodimur ab omni malo. Tertio gradu ascēdētes uenimus ad domū dñi. Quartū gradum aggressi, oculos quos ad mōtes leuaueramus, tūc leuauimus ad cœlos. In quinto inuenimus persecutiones hominū, & defensionē dei. In sexto hereticos declinātes in obligatiōe præcipit dñs tradi. In septimo gradu, facti sumus letantes qui fueramus ante plorantes. In octauo gradu ædificantē domū sanctam non habentem maculā neq; rugā inuenimus Christū. In nono gradu uidimus timentes dominum, & ambulantes in uis eius. In decimo gradu passi sumus pugnas, & in adiutorio dei uictoriā cepimus. In undecimo gradu tantā misericordiā dei inuenimus,

V 2 ut per

vt per ipsam redimeremur ab omnibus iniquitatibus nostris. In duodecimo gradu inuenimus contemptum mundi, in quo non exaltatur cor nostrum. In tertio decimo gradu illum quem in Effrata audieramus, inuenimus in capis siluæ. Ibi inuenimus filium dei cum sanctis suis exultatione exultantem. Ibi paratam lucernam plenam oleo letitiæ, vincens obscuritatem mundi, ut qui erant tenebris virginitatibus disuncti, & per edificationem superbe turris a se inuicem separati. Nunc omnes conueniunt in unum, ut illud malum consilium, dei consilio probaretur esse correctum. Videns sanctus spiritus exclamauit, Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. Habent enim unguentum chrisimatis, quod descendit de capite in barbam, hoc est, de Christo in virtutibus. Sicut enim capilli capitis, & barbæ unguento infunduntur, sic virtutes omnes, quæ contra vitia luctantur quotidie, & vincere valeant Christi infunduntur auxilio. Nota tamen chrisimatis sacramento in unguento capitis, & ros Hermon descendentem in montem Sion, ad fontis undam aquæ perennis extendere. Ibi enim mandauit dominus benedictionem, & æternam vitam usque in sæcula sæculorum Amen.

Canticum graduum.

CXXXIII.

Ecce nunc benedicite domino omnes serui domini. Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite domino. Benedicat dominus te ex Sion, qui fecit coelum & terram.

Peruenit gradus ad charitatem, & ubi superius iret non inuenit. Nam quicquid egit quartusdecimus gradus, in quintodecimo proficit ascendentibus. Ad charitatem enim a discordia fraternitas diuisa reuertitur, & fiunt omnes boni qui fuerant omnes mali. Modo dicite mihi, quid conuenistis omnes in unum vos, qui fratres nominamini, aut unde estis omnes fratres ostendite. De vno, inquit, patre Christo, & de vna matre ecclesia. Ideo ergo conuenimus in unum, quia nos seruos agnouimus domini. Datur nobis responsum, & dicitur, Nunc ergo quia in unum conuenistis omnes, benedicite domino, omnes, inquit, serui domini. Et quia potest dici, omnes homines serui domini sunt, respondet, Ego vobis seruis dico, qui statis in domo domini, qui meruistis ingredi domum, in qua requiescit deus cum amicis suis, & epulat cum Apostolis suis. Soli ergo hi benedicent domino, qui intus in domo sunt. Non, inquit, soli ipsi, sed & hi, qui adhuc in atrijs domus consistunt. Et vos o cathecumini, & vos, inquit, qui in atrijs domus dei nostri statis, & intus ingredi non audetis, & vos simul extollite manus uestras intus in sancta sanctorum, & simul benedicite dominum, in vexillo crucis leuantes sanctas manus, sine ira & disceptatione, in nocte huius sæculi, tanquam luminaria lucentes, ut per vos benedicatur dominus ex Sion, qui fecit coelum & terram, qui regnat in sæcula sæculorum Amen.

Alleluia.

CXXXIII.

Laudate

Audate nomen domini, laudate serui dominum. Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus dominus, psallite nomini eius quoniam suaue. Quoniam iacob elegit sibi dominus Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui quod magnus est dominus, & deus noster pre omnibus dijs. Omnia quaecumque uoluit dominus fecit in coelo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluiam fecit. Qui produxit uentos de thesauris suis, qui percussit primogenita Aegypti, ab homine usque ad pecus. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Seon regem Amorreorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israel populo suo. Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum in generationem & generationem. Quia iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent et non loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum. Si miles illis fiat qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum, benedicite domino. Benedicetur dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Scala ista cuius caput pertingit in coelum quindecim gradus habet in quatuordecim gradibus Mosi, & in decem preceptis legis. Ibi lapis ad caput iacob unctus est, hic ipsum caput unctum ad ros Hermon destinatum est, non ad omne ros Hermon. Ros enim montis per circuitum habet descensus, nos ad illud ros attingimus, quod descendit in montem Sion, solum huius roris fontem post unguentum chrisimatis requireres, qui in montem Sion, id est, in altitudinem situs ecclesie profluit uenis, & ita trinitatem in vna deitate coniungit, ut & tres vere dicam esse personas, & vnam vere dicam esse substantiam. Sic enim laudatur a seruis dominus. Sic nomen eius vere laudabile predicat, cum in trinitate unitas, & in unitate trinitas ore dicitur, & pectore continetur, tunc asserimus, quoniam bonus & benignus est dominus, nam si sibi maiorem partem deitatis dicat pater assumere, aut gradum sibi supra filium hominis vindicare, non ut bonus laudat, sed ut æmulus blasphemat. Nihil ergo in deo maius est, quia nunquam senescit pater. Nihil minus in filio, quia nunquam crescit. Vbi enim maius aliquid & minus

v 3 est, &

est, & maiori defectum minatur gr̄aduitas, & pollicetur etas minori profectum. Hos gradus diuinitas caret, quia nō est deus tēporū posterior. Si enim tempora aliqua ante deū fuerunt, faciunt eū maiorem qui pater est, & minorem eū qui filius. Si vero ante oīa genitus, tēpus illi nequaquam potuit necessitatē imponere, quia vt esset, tēpus ab eo sumpsit exordiū. Sic ergo laus domini celebratur, in qua laude canendū est. Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Hunc, inquit, elegit, qui supplantat voluptuosum cōsiliū, & hunc habet in possessionē, qui mūdo corde studet deū videre. Sicut enim Iacob supplantator dicitur, sic Israel videns deum. Tunc cognoscit quod magnus est dñs, cum habuerit mundissimū pectus. Quod si mundum non fuerit, magnū illi videtur hoc s̄culū, & aut p̄sonas mirabitur, aut pulchritudines illicitas subiebit. Cum vero mūdo fuerit animus, nihil iudicat admirandum, nisi solum deum, & hūc p̄ omnibus dñs admirabitur deum. Quomodo p̄ omnibus dñs? Cautus cātator auscultat. Dñs gentiū d̄monia, hñ mirari nos volunt pulchritudines periturās, verbi causa in mōnīs, in personis, in glorijs mundi, in cōcupiscentijs fugitiuis. Cum ergo p̄ omnibus hunc deum nostrum gr̄ena nobis ostendentem amplectimur, tunc eum p̄ omnibus dñs honoramus, illorum scilicet consilia respuentes, & dei consilia amplectentes, Ipse enī oīa q̄cunq; voluit fecit in cōelo & in terra, in mari, & in abyssis. Ipse nobis produxit nubes ab extremis terrē, id est, sinem facientes terrenis occupationibus, hos veluti nubes exhibet mūdo, propter quod & fulgura in pluuuam fecit, id est, vt in igne fulgureo interficiat inimicū, & vnda pluuię abluat peccatorem. Et quis hoc facit? Ille sine dubio qui producit ventos de thesauris suis, id est, apostolos de sensibus suis, sicut enī ventis nauibus, ita apostoli animabus. Ventis flantibus, naues ad desiderata pertingūt, & Apostolis p̄dicatibus, animę ad Christū, qui est vere portus, perueniūt. Qui percussit primogenita Aegypti, id est, diaboli primogenita in cruce positus, & ita percussit, vt non homini, non pecudi crederet esse parcendum. Quicquid enim Aegyptiū est, simul cum principe Aegypti fluctibus mergit, pereat cū Pharaone, & cū omnibus seruis eius. Cū ergo ventū esset ad aquam, quę nobis salutis viam aperuit, & omēs qui nos persequebant̄ operuit, tunc confessi sumus nomen dñi eternū, & suscipimus memoriale eius, vt sit in nobis in s̄culum s̄culi, credētes venturū iudicium, in quo cum iudicauerit viuos & mortuos, in solis suis consolabit̄ seruis, Melior enim ibi inueniet̄ fornicator Christianus, quam castissimus idolatra. Simulachra em̄ in q̄bus spem habuit, habentia mēbra oīa sine sensu, & capsum sine spū. Similes illis erāt confidētes in eis, id est, simili incēdio constabunt, nō vt in aliquibus formis deducant̄, sed vt eterno consumant̄ incendio. Sola domus Israel in hīs q̄ mundo corde vident deum, id est, in Apostolis fundata ipsa liberabit̄, in qua domo benedixit Aaron in sacerdotibus, & Leui in ministris cū his q̄ timent dñm, id est, cū omni populo Christiano, qui in cāticis Dauidicis psallit alleluia, benedicens dñm ex Sion, qui habitat in Hierusalem. Illam venturam de cōelis, propheta

*De velone
currit sup
eij p̄ ap̄to
et in omē
hinc est
fons s̄culi
32.*

is & Apostolis cōcionantibus credimus, in qua regnat pater cū filio & spū sancto per vniuersa s̄cula s̄culorum Amen.

Alleluia Alleluia.

CXXXV.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in eternū misericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam.

Confitemini domino dominorū, quoniam. Qui facit mirabilia magna solus, quoniam. Qui fecit cōelos in intellectu, quoniam.

Qui firmavit terrā super aquas, quoniam. Qui fecit luminaria magna, quoniam. Solē in potestate diei, quoniam. Lunā & stellas in potestatem noctis, qm̄. Qui percussit Aegyptū cū primogenitis eorū, quoniam. Qui eduxit Israel de medio eorū, qm̄. In manu potenti & brachio excelso, quoniam. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones, quoniam. Et eduxit Israel per mediū eius, quoniam. Et excussit Pharaonē & uirtutem eius in mari rubro, quoniam. Qui traduxit populū suū per desertum, quoniam. Qui percussit reges magnos, qm̄. Et occidit reges fortes, quoniam. Seon regem Amorreorum, quoniam. Et Og regem Basan, quoniam. Et dedit terram eorum h̄ereditatem, quoniam. H̄ereditatem Israel seruo suo, quoniam. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam. Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam. Qui dat escam omni carni, quoniam. Confitemini deo cōeli, quoniam. Confitemini domino dominorū, quoniam in aeternum misericordia eius.

VEnimus ad Alleluia, quod duplex scribit̄, in quo illud cōsidero, quod nec caro sine anima, nec anima sine carne poterit dño cōfiteri. Duo ergo in vnū duo alleluia decātent, vt dum sūt in vno vitę huius trāsitu, confitendi ordinem teneant, dicat caro alleluia suū, dicat anīa suū. Duplex homo est, duplex alleluia est. Vterq; cōfitemini dño, primo quoniam bonus, & postea bona fuerit cōfessio fidei nostrę. Tūc dicamus, ī s̄culū misericordia eius. Nō potest perire cōfessio eius, q̄ in isto s̄culo suā delicta accusat. Inueniet si ne dubio pietatē dei, qui suam ei cōfessionē obtulerit, si quotidie accipiat cōfessionē nostrā, quotidie suā nobis bonitatē impartit. Et si nos in cōfiteōdo nō deficiamus, quomodo ille in miserendo cessabit? Peccauimus, negare non possumus, habemus multa peccata. Aliter ea non carebimus, nisi quotidie vt nobis dimittantur dominū exoremus. Siquidē eius doctrina sit, Dimitte nobis debita nostra. cōfiteamur nos debitores debitori, nā & nos debitores sumus deo, & deus est nobis debitor. Rogemus ne exigamur qd̄ debemus. Rogemus ne reddat qd̄ debet. Vt ergo nobis, si qd̄ debemus exegerit. Nihil dicis, quasi non deus omnipotens & regna cōelorum debeat quę pm̄isit. Vt

nobis,

nobis, si quod debet reddiderit. Verum quia pius est, & deus deorum est, & dominus dominorum, quasi qui nihil indiget, rogandus est ut dimittat. Sane tu qui misericordiam flagitas, scias quia non eam inuenies, nisi recte fidei fueris, confessione decoratus. Confitere ergo hunc esse deum tuum, qui fecit caelos. In intellectu nostro ut ipsorum nobis solus pulchrescat aspectus, qui fundauit terram super aquas, ut corpus nostrum vnda sacri baptismatis abluatur, qui fecit lumina duo magna solus, vnum in die noui testamenti, quod dicitur sicut Sol radiat in lumine agentibus, aliud in nocte iudaica conuersantibus. In nouo enim aperte quod legitur, sicut in die in ipsa litera perlustrat a Christo, qui est sol verus iustitiae. In veteri autem sub literae tegmine, quasi in nocte positum, a luna, id est, ab ecclesia manifestatur. Ipsa est enim luna quae crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, suis lucet in tenebris ignorantiae positus, habet & stellas in gradibus suis. Aliter enim lucet in episcopo, aliter in presbytero, aliter in diacono, & caeteris clericis, in quibus praedicat dominus, qui percussit Aegyptum cum primitiuis eorum, terram scilicet superstitionibus plenam cum demonibus, qui in ea degunt, qui ideo primogeniti dicuntur, quia nullus vetustior aut prior in peccato demonibus. Quibus percussis, educitur Israel de medio eorum. Quicumque enim viderit deum in Christo mundum conciliantem sibi, Israel factus, utpote deum videns. Educitur de terra Aegypti quam percussit dominus, & quomodo eicitur: In manu, inque, forti & brachio excelso. Vtique in altitudine crucis eleuato brachio, quo excussit Pharaonem & exercitum eius, id est, in abyssu, ubi aeternae tenebrae commorantur in sinu. Et transducit populum suum in desertum, videlicet ad consilium ab omnibus curis secularibus alienam, ibi & educit aquam de petra rupis, & percutit aduersus eum armatas gentes multas, id est, cogitationes iniquas, & reges fortes, id est, principes aeris huius mundi. Et Seon regem Amorreorum. Amorreos Hebraico sermone extraneos interpretantur. Regem ergo Amorreorum, id est, extraneorum interficit dominus. Et regem Basan. Basan profundum Hebraei dicunt. Et regem ergo profundum, qui nos de superioribus ad inferiora vult ducere, & hunc interficit Christus & omnia regna eius, qui est irrisor interficit. Cham enim irrisor exponitur. Ergo cum hos omnes interfecerit nobis dominus, tunc dat terram eorum, id est, corpora nostra, in quibus illi regnabant, dat eam nobis in hereditatem, si tamen facti Israelicum videre per fidem, & non per speciem cupiamus. Videat post haec humilitatem nostram, & liberat nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Sic enim & in alio psalmo ait, qui liberatum se esse contulit, Humiliatus sum, inquit, & liberauit me. Videamus isti duo versiculi qui supersunt, quo intendat. Qui dat escam omni carni. Et confitemini deo caeli, quasi qui dicat, caeli testes estis, quia omnis caro alitum, hominum, pecudum, atque reptantium a deo pascitur, hoc confitemini vos o caeli domini, dare escam omni carni, aut vos homines deum caeli credite creasse vniuersa, & pascere omnia, quod anathemabilis Manicheus denegans, carnem omnem diabolo dicit authore constare, & eius ministerio ad pinguedinem saginari. Nos autem confiteamur hunc deum esse caeli, qui dat escam
omni

omni carni, & sicut iste psalmus fecit, ita faciamus, ut per singula verba confessionis nostrae cantemus, Quoniam in saeculum misericordia eius, id est, dei nostri patris & filii, qui regnat in vnitrate deitatis, ante omnia, & nunc et semper, & per omnia saecula saeculorum Amen.

Alleluia psalmus David.

CXXXVI.

Vper flumina Babilonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalem obliuioni detur dextera mea. Ahareat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem, in principio laetitiae meae. Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem. Qui dicunt exinanite exinanite, usque ad fundamentum in ea. Filia Babilonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet, paruulos suos ad petram.

Babylon confusio interpretatur, & prima confusio non fuit, nisi in parentibus nostris secundum carnem, id est, in Adama & in muliere eius. In ipsis nostrorum eius auferret. Haec quidem cum dicimus non facimus praedictum prophetae praedicanti absque Assyriorum rabiem & barbaricam feritatem, quam captiuus ducendi erant. Factum est & ducti in Babyloniam, & omnia quae Hierusalem vir sanctus scripsit. Nobis tamen quando captiuitas euenit peccatorum, cessamus ab omni usu illo psallendi. Confusi enim sumus, & Babylonia oblidet nos, & non est nobis fiducia aperiendi os in laudibus dei. Ibi suspendimus organa nostra super flumina Babylonis, super adfluentias facinororum. Ibi sunt salices in medio fluminum, virgulta quae ad ligandum faciunt, unde ligantur vites fructiferae. O domine, dirupe vincula nostra, ut possimus hostiam tibi laudis offerre, quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum. Aperiamus oculos mentis, et uideamus nobis demonia insultantes post peccatum, & quasi in his uerbis insultationum suarum uoces adhibere, Cantate sicut solebatis, psallite sicut solitum uobis erat. His nos miseri uel sic nobis dolet flentes oculos ostendamus si uoces proferre non possumus. Videant nos plorantes, si non possunt nos audire cantantibus, Illic, inquit, sedimus & fleuimus. Ploremus quantum possumus, ut fluminibus lachrymarum nostrarum flumina Babylonia superemus. Suspensa sunt enim organa nostra, defecit uox gaudij, & non possumus cantare canticum domino in terra aliena positi. Aliena ei a deo facta sunt corpora nostra, per eos
x qui ca

qui captiuos duxerunt nos. Veniat nobis in mentē mater nostra Hierusalē, dulcis in castitate, pura in simplicitate, lenis in correptione, munda in cōuer-
satione. Videamus animo quid perdidimus quid inuenimus, & inter lachry-
mas exclamemus, dicentes. Si oblitus fuero tui Hierusalē, obliuioni detur dex-
tera mea. Adhæreat lingua mea gutturi meo, si nō meminero tui. Non ha-
bebit principiū lætitiā mea, nisi ad te rediero. Et his dictis, mugitū imi cordis
gemitūq; reddētes, clamemus ad deū dicentes, Memento domine filiorum
Edom, id est, filiorū Esau. Inimici tui sunt qui insurrexerunt super nos. Hæc
res nobis cōsolationē præbet, quia qui nos captiuos duxerunt, tu eos nunq;
dilexisti. Iacob dilexisti semper & Esau odio habuisti, id est, seruos tuos dili-
ges in specie Iacob quē dilexisti, & filios Edom exhorres in specie Esau quē
horruisti. Ecce hī quos odisti & odis, sup̄ eos quos dilexisti & diligis regnāt.
Exurge domine, memor esto impietatis eorū, quibus dicunt sibi inuicē de
Hierusalē tua, quē in nobis suā charitatē inluderat, hī inuicē secū agunt dicen-
tes, Exinanite, exinanite vsq; ad fundamentū, id est vsq; ad fidē eorū pertin-
gite, ne iterū edificent res fortitudinis a facie inimici. Veni beate, veni domi-
ne Iesu Christi, veni inuisibiliter contra inuisibiles, & retribue eis retributio-
nem, quā retribuerunt nobis, & tene & allide, non solū ipsos bellatores gi-
gantes, sed & paruulos eorū ad petrā tuam, supra quam fundasti ecclesiam,
ita vt nō solū crimina ille ingentia, sed etiā paruulū, Et quod minus omni-
bus peccatis esse videtur, etiā hoc mortifices in nobis dans nobis consilia, vt
peccata statim ubi nata fuerint, allidamus ad petrā, & eadē crescere non sin-
amus, ne dum creuerint, iterato nobis barbaricum generent. Faciemus hæc,
si ipse qui est virtus nostra suis ita veris mentes figet definitionibus nostris,
cupidem crucis suæ, vt quoties ad nos peuenerint suggerentes, confundent
res abscedant. Si enim ad statuas regum aereas confugientes persequentes
euadunt, quantomagis ad crucem confugientes domini Iesu Christi, a suis
aduersarijs teneri nō possunt, sed per ipsum magis, qui vicit in cruce, & ipsi
victores existunt, ipsi gloria & imperiū per omnia sæcula sæculorū Amen.

Psalmus ipsi David.

CXXXVII.

Onfitebor tibi domine in toto corde meo, quoniā audisti
omnia uerba oris mei In conspectu angelorū psallam tibi,
adorabo ad templū sanctū tuum, & cōfitebor nomini tuo.
Super misericordiā tua, & ueritate tua, quoniā magnificasti super
omne nomen sanctū tuū. In quacūq; die inuocauero te, uelociter
exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutē. Confiteamur tibi
domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia uerba oris tui.
Et cantent in uīs domini, quoniā magna est gloria domini. Quo-
niā excelsus dominus & humiliare spicit & alta a longe cognoscit.

Siambu

Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, & super irā
inimicorū meorū extendisti manū tuā, & saluū me fecit dextera tua
Dominus retribuet pro me, domine misericordiā tua in sæculum,
opera manuum tuarum ne despicias.

Confiteri in toto corde ille se cōprobat Christo, qui totas duodecim un-
cias cordis sui ipsi tradiderit, & superfluis ac labentibus rebus nullā suæ
mentis concesserit partē, Huius confessio peruenit ad diuinū auditū. Et quī
pure in conspectu hominū deo laudes obtulerat, incipit post depositionem
corporis in conspectu psallere angelorū, & adorare templū sanctū, id est, do-
minū Iesum Christū, in quo plenitudo deitatis inhabitat. Cōfiteatur nomini
eius, quia in nomine Iesu omne genua flectit cœlestiū terrestriū, & inferorū.
Quid cōfiteatur nomini sancto: Misericordiā, inquit, tuā et ueritatē tuā. Nihil
aliud cōfiteatur anima deo in cōspectu angelorū, nisi misericordiam qua re-
demptus est, & qua eruditus est, ueritatē. Quā ueritatē: Hanc sine dubio, in
qua magnificatū est super omnia nomen eius sanctū. Nomē ei est hoc quod
est super omne nomē. Videamus nunc quo ordine ad hoc possit attingi, In
quacūq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Et quia p̄ infirmi-
terit seipsa eruere anima de decipulis occultatis, & de foueis cæcis, in quibus
regnant uitia super eos, qui inciderunt in eis. Vt ergo dño uirtorum eripi-
amur, in uirtute domini cōfidamus, vt ipse multiplicet animā nostrā in uir-
tute sua. Cōfiteant tibi dñe omnes reges terræ, id est, omnes Apostoli, quia
terrenis uoluptatibus imperant. Reges terræ hoc loco dicti sunt ipsi, qui au-
dierunt uerba ex ore tuo dñe Iesu Christe. Ipsi etiā cantant in canticis domi-
no canticū. Duas res canit, unius partis uictoriā, alterius perditionē. Cantet
ergo, quia magna est gloria domini, quando in altis crucis habitans, respe-
xit humilia inferorū, & alta de longe cognouit. Postea em̄ uidit inferos & lō-
ge factus est, nō solū a cœlis, sed & ab ipsa terra abyssi profunda descendens
scidit, & quia inde reuertentē ad superos, & quia a superis remearet ad cœlos
Sic ergo alta de longe cognouit, quando ambulantes nos in medio tribula-
tionis uiuificare dignatus est uisitando, & super iras inimicorū nostrorū ex-
tendit manus suas, crucis patibulū perferendo, quādo saluauit nos dextera
eius, Ipsi dicimus, domine retribue propter me. Propter me em̄ & natus &
passus es, dñe misericordiā tua in æternū. Non em̄ temporali nos beneficio
redemisti, sed æterno auxilio tuæ misericordiæ liberaisti. Opera manū tua-
rū nō omittas. Opera manū tuarū sumus, quia factura tua sumus, & quia
opera manū tuarū per opera manū nostrarū fuerant interempta, manus
tuæ pro peccatis nostris cruci affixe sunt, vt opera sua quæ per lignū cōcupi-
scentiæ perierant ipse manus quæ tunc creauerat, ipse nunc per crucis lignū ite-
rū repararent in passione domini nostri Iesu Christi, qui regnat cum patre et
spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum Amen.

x : In finē

Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam et funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas praeuidisti, quia non est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam. Si ascendero in caelum tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebrae conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delictis meis. Quia tenebrae non obscurabunt a te, & nox sicut dies illuminabit, sicut tenebrae eius ita & lumen eius. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de utero matris meae. Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua & anima mea cognoscat nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto, et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribebant, dies formabunt & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dimumerabo eos & super arenam multiplicabunt; exurrexi & adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores, uiri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione, accipiant in uanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderant, & super inimicos tuos tabescebant. Perfecto odio oderant illos, inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uiam aeternam.

Domine probasti me, quando ad militiam tuam accessi, et cognouisti me militem tuum esse, quando pugnaui. Quis autem sit miles dei indicat beatissimus Paulus cum illum approbat dei esse militem, qui se a negotiis secularibus tollit. Verum quoniam de moralibus pene omnibus psalmis institimus mysticum. Nunc in Petro apostolo declarem adfectum. Domine probasti me, me quando uocasti cognouisti, cognouisti quando praesumpsi & ausus fui dicere, Etenim si me oportet mori tecum non te negabo. Tu autem cognouisti omnes cogitationes meas a longe antequam eas cogitarem. Semitam meam & directionem meam inuestigasti, & omnes vias meas praeuidisti & probasti, quia non erat

dolus in

dolus in lingua mea cum dicerem, Etenim si me oportet mori tecum non te negabo. Tu autem firmasti me & posuisti super me manum tuam. Firmasti me de tua presentia. Quasi essem negaturus, & posuisti manum tuam super me, ut peccatum lachrymarum sequerentur. Mirabilis facta est praescientia tua, ex me confortata est, non potero ad eam, conatus sum non negare, promisi me etiam mori magis eligere, quam negantis crimen incurrere, sed praescientia tua ita confortata est, ut non potuissem ad eam. Quid nunc faciam? Negavi dominum & magistrum, nec ut quidam opinantur, hominem negavi, ego illum negavi, cui dixi, Tu es Christus filius dei, illum negavi quem pedibus ambulans super undas expertus sum, illum quem uoce sola uidi uocantem mortuos de sepulchro, illum quem caelis patentibus uidi cum Moysen & Helian, & uocem super eum patris de caelo, Hic est filius meus ipsum audite, illum qui caecos tactu suo illuminauit, qui uerbo leprosos mundauit, qui iussu daemonia expulit, & multas uirtutes suae deitatis ostendit. Quid nunc facimus Nouatiane, praedicamus apostolum Petrum, an recipimus reuertentem ad Christum? Ecce Christus enim recepit tu enjicis. Sed clamat contra te Paulus: Si deus iuueniri. Ecce Apostolo poenitenti succurritur, qui est episcopus & episcopus, & maior gradus redditur ploranti quam sublatus est deneganti. Quod ut doceam illud ostendo, quod nullus Apostolorum nomen pastoris accepit. Solus enim dominus Iesus Christus dicebat, Ego sum pastor bonus. Et iterum, Me inquit, sequuntur oues meae. Hoc ergo nomen sanctum, & ipsius nominis potestatem post resurrectionem suam Petro poenitenti concessit, & ter negatus negatori suo hanc quam solus habuit, tribuit potestatem, ut non solum recuperasse quod amiserat probaretur, uerum etiam & multo amplius poenitendo quam negando praediderat, acquisisse. Hoc magister bonus in electo. Discipulus Christi sicut integro animo peccet oportet ut reuatur, ita integro animo poeniteat si euenit ut delinquat. Nec sibi noxiam permittere debet, ut crescat, & quae tanto citius vincit quanto & citius repugnatur. Certe omnis sanctitas ad Deum ducit, & omne peccatum ad diabolum, & sub domino bono positi, quomodo credimus nobis possibilitatem ad diabolum eundi concessam, & reuertendi ad dominum denegatam. Addo aliud. Certe hominem per peccatum a se recedere deus non uult, et peccatorem ad se venire deus uult. Si illud potuit fieri quod deus non uult, quanto magis hoc poterit fieri, quod deus uult. Ideo denique cogitatio peccati non est a deo prohibita per naturam, sed per imperium praecceptorum, ut laboris ei pugna incumbente, praemium de certamine proueniret. Voluit enim deus homini operis fatigationem relinquere, ne in aliqua detrimenti parte praemium impediret. Duos certe bonorum & malorum populos esse nemo qui nesciat. Bonos dicimus credentes, & pessimos non credentes. Non credentes esse sub diabolo, & credentes esse sub deo. Magna praedicatio tua O Nouatiane, qui seruum diaboli ad te uocas, & seruum Dei a te repellis, quasi qui uelis deum lucrare quod non habet, & perdere quod habet. Hoc adicias & illud, quod posuit deus mortuos suscitare, & infirmos saluare non possit. Nam increduli mortui sunt,

petri deum, nemo hominum negant.

ARNOBIUS COMMEN

tui sunt, & credentes, licet peccatores sint, viuunt in infirmitate sua, & si Saluator noster habet, imo quia habet peritiam mortuos suscitandi, quomodo non habet quocumque fuerint infirmitates curandi. Ex utroque latere blasphematur vobis, qui poenitentibus negatis effectum. Si enim posse esse docetis infirmitates animae curare, sed nolle impiu arguitis, si velle & non posse esse forsitan dixeritis, a deitate excluditis, & manet vobis ex utroque latere condemnatio, cum negatis familiae dei pereunti posse succurri. Haecenus cum Nouatiano sim locutus. Reuertamur ad Apostolum poenitentem, & flentem amarissime atque dicentem, Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Scio quia tu es Christus filius dei, quam scientiam non mihi reuelauit caro & sanguis, sed pater tuus qui in caelis est. Quo fugiam, qui te deum noui & omnipotentem agnoui, si in caelos ascendero tu illic es, si descendero in infernum ades. Ibi enim per passionem specialiter descendisti, ubi per potentiam tuam, sicut ubique generaliter praesto es. Si sumptu pennas meas ante lucem. Pennas hoc loco per cogitationibus posuit, quae repente volatu ubique sunt, in caelo, in terra, in abyssis, & ubique finiunt maria. Si ergo, inquit, & ibi ante lucem resurrectionis tuae vadam ubique inaccessibilitas solet fugitiu abscondere. Ut illuc ire possim manus tua deducet me, & quasi fugitiu tenebit me dextera tua. Ante lucem hic ante resurrectionem posuit Saluatoris. Quia in tenebris fuit omne saeculum iacente domino in sepulchro, in quo tempore poenitentia Petri Apostoli agebatur, in qua etiam dixit forsitan: Tenebrae conculcabunt me. Et tribus negationibus suis tres fugare partes clausas esse, si ibi fugeret memorabat, in caelo, in inferno, & in postremis maris. Ergo tenebrae negare sunt, & fugere conculcatio tenebrarum. Hoc timens ne ab eis comprehensus, ab ipsis tenebris calcaretur, quasi tenebris subiectus, opibus esset deditus tenebrarum, habens reatum perenne, iuges lachrymas, dolores aeternos. Hoc enim modo conculcabunt tenebrae mortis huius, qua corporaliter morimur. Si vero moriens, inquit, non conculabor a tenebris, sed ad delicias sanctorum attingo, nox ipsa mortis illuminatio mea erit in delictis meis. Ibi enim habebis lucem meam Christum meum, qui non patitur obscuritatem tenebrarum, in cuius conspectu nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Hoc contra Manichaeum, qui dicit alterius principis sunt tenebrae, alterius principis lux est. De nostro autem deo & caetamus & credimus, quia sicut tenebrae eius sunt, ita & lumen eius est. Tenebrae enim non omnibus creaturis obscurum faciunt. Siquidem & ferre pene omnes, sed & caeterae noctiu nullum patiuntur obscurum, sed & aues multae sunt, quae in noctibus volant. Unde docemur naturam oculos nostros a creatore hanc esse sortitos, ut in tenebris videre non possint. Deus enim ad requiem hominum noctes instituit, ut generationis humanae quieti possit esse consultum. Ipsius ergo sunt tenebrae, cuius est lux, quod Manichaeus negat. Ipse est etiam creator corporum nostrorum, contra quod suscipit, cui in praesenti poenitens Petrus dicit, Tu possedisti renes meos, qui suscepisti me ex utero matris meae. Sicut in ore dum loquimur, & in opere aliquo dum operamur, cordis nostri cogitata ostendimus, ita quod

TARIUS IN PSALMOS.

ita quod in corde cogitamus, antequam dicendo vel operando praedatur, a renibus gignitur secundum illud, quod in alio psalmo dicimus deo, quod non solum corda sed & renes scrutetur. Cum ergo dicit poenitens deo: Quonia tu possedisti renes meos. Dicit ei, Quia ita tibi in me nihil occultum est, ut non solum cogitata quae sunt in corde consideres, sed & cogitanda quae sunt in renibus certu meo semisonis balbutientis infantis verbis aliquid forte peccauit cognoscas. Etiam in hoc confiteor, quia terribiliter mihi mirificatus es, mira opera tua quae oculis meis vidi, & te exercente domine Iesu Christe cognoui, & anima mea nouit nimis. Intus in me est quod credidi, non in superficie verborum, sed intus in visceribus anime, quod ita esse tibi non est occultum. Siquidem tibi occultum non est, nec os meum, id est, ossum meum, quod fecisti in occulto. Si ergo nec os meum tibi occultum est quod esse naturaliter voluisti, quid erit ante te occultum in corde quod manifestari iussisti? Ad altiora ducimur, cum de ossibus & substantia quae in inferioribus est terrae tractamus. Agitur enim hoc loco quod dies resurrectionis aduenerit: Ubique, inquit, fuerit os meum, & ubique in inferioribus terrae fuerit substantia mea, imperfectum meum videbunt oculi tui. Imperfectum meum carens neruos. Carens cutem, spiritum non habes. Hoc videbunt oculi tui, quia solo adpectu tuorum oculorum exurget. In libro enim resurrectionis omnes homines qui nati sunt omnes scribuntur. Quotquot ad die formabuntur, & nemo in eis qui ibi scriptus non sit. In quo libro mihi non sunt in amore & in honore, nisi amici tui deus. Nimis enim confortati sunt principatus eorum. Siquidem participes eos tui esse aeterni imperii repromittis, nec, ut heretici dicunt, non debuit mundus subsistere per eum, qui praescius erat homines, per peccata sua & scelera ad aeternum gehennae incendium destinandos. Si ita putatis debuisse fieri, consultum magis reis iudicatis esse quam sanctis. Si enim mundus a suo fuisset transitu reuocatus, nullus fuisset sanctorum participes regni. Et dum providebatur malis, ne ad interitum deuenirent, impediabatur bonis, ne ad gloriam peruenirent, & ut non perirent pro merito suo mali, hanc boni accipiebant sententiam, ne vel temporale vitam susciperent, quibus debebatur aeterna. Nos autem cum propheta gaudeamus in sanctis dei, & cum Apostolo dignis honoribus amicos domini recordemur, quorum tantus est numerus, ut super haerem multiplicati esse noscantur. Quid nunc si occidit dominus peccatores, Occidat Neronem, & post eum omnes viros sanguinarios, qui sanctos dominum occiderunt. Si vestrum O heretici, deus secutus esset consiliu ne perirent, Nero aut Diocletianus vel caeteri interfectores sanctorum, non fecisset nec Apostolos, nec martyres nasci, essetque par iudicium in iniustis & iustis, ut omnes vna praeniens sententia, per quam simul omnes viderent ante puniti, quam nati. Sed vos o viri sanguinum, declinate a nobis qui dicitis. Quia in vanum acceperint homines ciuitates suas, hoc est, sine causa sunt mortales effecti, & omnia cum mundo pereunt, & ipsa perditio. Non ita est, omnes in libro scripti sunt. Omnes

Omnes resurgunt, sed alijs dabit odor vite in vitam eternam, alijs odor mortis in mortem perpetuam, ubi deueniunt hij de qbus dicit: Nonne qui te oderunt deus odio habui, & sup inimicos tuos tabescebam: Hec Petrus in ecclesia loquitur, & ecclesia in Petro pronunciat, Perfecto, inqt, odio oderam illos, inimici facti sunt mihi, Et ideo his anathematizatis, Proba me, inqt, dne, & scito cor meum, qd de te sentiam, qd de te credam interroga me, & scito semitas meas, sit tibi sollicitudo de ecclesia tua, & de ouibus tuis, & vide si via iniquitatis diabolus est, q se ad ambulandum in ea in incredulis & haeticis psabet, Vide, inqt, in populum tuum, ne sit aliquis in quo via iniquitatis iter erroribus pbeat, & excludens viam iniquitatis, deduc me in viam eternam, vt portem mortis & inferi non pualear mihi, secundum verbum tuum dne Iesu Christe, q regnas cum patre & spu sancto in secula seculor: Amen.

In finem psalmus David.

CXXXIX.

Ripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo eripe me,

Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant praelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi domino deus meus es tu, exaudi dne uocem deprecationis meae. Domine deus uirtus salutis meae, obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me domine a desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones, in ignem deicies eos, in miserijs non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium in opis, & uindictam pauperum. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo.

Cauendum est, ne quando sensus noster illuc vadat, ubi genuino motu laus creaturae consistit. Malus enim per creaturam, nec ipse est diabolus. Quod si per naturam nec diabolus malus est, quanto magis homo malus agendo non nascendo probabitur. Nam omnis natura opus est dei. Omne autem peccatum opus est contemptoris, quod & ipsum peccatum non sui natura malum est. Malum enim illud non facit sola operatio, sed prauiatio. Quoniam prohibita dum geruntur, & eius qui prohibuit iudicio destinantur ire, increpata damnant. Denique & ipsa prohibita & in bonis, & in malis rebus reum faciunt perpetrare. Nam homicidii

homicidium summum malum in hominibus, & misericordia summum bonum obtinet locum, quod utrunque uocatur in crimen. Nam & Cain cur occiderit a facie dei projicitur. Et Saul, cur non occiderit a regno eicitur. Ista forte apud veteres dicas potuisse constare. Nunc uero in quauis persona misericordia probatur esse uirtutis, cum contra doceamus grauius puniri spiritali nunc iudicio, quam antea puniti sunt ferro. Nam ferro tollitur uita ut multum quinquaginta annorum. Anathematis autem caede & uita eterna eripitur, & mors perpetua irrogatur. Eum autem, qui pepercit haesiarchis aut predicatoribus falsitatis, & non eos gladio fidei suae iugulauerit, hoc ei euenire quod euenit Sauli quis ambigat? Aut qui misericordiam suam putauerit se in heresi permanentibus exhibere, quis neget simili modo a regno dei excludi, sicut Saul a regno humano probatur exclusus? Quis autem dubitet Cain esse participem, qui iustum per inuidiam ausus fuerit condemnare. Siquidem auctoritas Apostolici sermonis adfirmat, quod omnis qui odit fratrem suum homicida sit. Libra ergo iusti iudicij aequali lance perpena, & nocentem dum interficit & liberat innocentem, ostendit & misericordiam iniustam in impio, & pio caedem crudeliter irrogatam. Cum ergo arguitur factum in impio, deus contemptus ostenditur, in quo non pro qualitate humani operis, sed pro autoritate diuini imperij, quae sunt perpetrata, si sunt prohibita iure damnant, si iussa sunt iure laudantur. Nam homicidium in Abel malum, in Goliad bonum est, Et mendacium in Iudith bonum, contra Sulfannam malum est, Et usus coniugij in coniugibus bonus est, in adulteris malus est, Et astutia serpentina contra malos bona est, contra bonos mala est, Et omne opus etiam sanctum praesumptio crimen est, etiam si mysterijs ipsis uideatur aptatum. Quid enim tam sanctum quam communionem Christi percipere, Et quid tam iniquum quam si non baptisatus eadem sumat, Aut quid tam magnificum quam sacramenta diuina conficere, Et quid tam perniciosum quam si ea is conficiat, qui nullum sacerdotij gradum accepit. Data ergo occasione sapienti, fecimus ex omni parte manifestum omne malum non esse, nisi quod fieri prohibet deus, nec bonum, nisi quod fieri praecipit deus. Cum ergo uel prohibita perpetrauerit homo, uel iussa contempserit, actio eius efficit malum. Et ideo cum dixisset, Eripe me dne ab homine malo eius malitiae actiones exposuit, ut malos homines non naturae qualitas, sed operationum nequitia manifestet. Ait enim, Dne libera me ab his, qui cogitauerunt malitias in corde. Cessat generationis accusatio, ubi cogitationis prauitas increpat, Tota, inquit, die constituerunt praesidium. Cum audis praesidium pugnantes caue, siue quos uides, siue quos non uides. Nam & istos quos uides, per illos scias, quos non uides excitatos. Quos enim uides homines sunt. Quos autem non uides, spiritus nequam sunt. Age ergo & pugnantibus pugna. Et si auxiliu[m] poscis a rege, te repugnantem ostende. Linguae contra te pugnant, quas acuunt haeretici, sicut serpentes. His & tu esto sicut serpens astutus, & te simplice, ut columbam esse ciuibus tuis, id est catholicis solis ostende. Caeterum haeticis & cunctis contra ueritatem uenientibus, ipsis serpentibus esto astutior. Noli timere, iustum tibi est a domino tuo, tam bona est astutia contra y malitiam

*omnino bono
mihi in me
dacio, neq[ue]
Iudith de ma
audi lutho*

malitiā, quā benigna simplicitas circa iustitiā. Occide hæreticos, & domini tui spiritali gladio interfice inimicos. Quid em̄ faciunt inimici dei, id est, im/mundi spiritus? Volūt excludere de tēplo suo domini, id est, spiritū sanctū. Et ipsi ibi volūt habitare, id est, in te. Templū dei tu es. Et quid conantur hæretici? Volūt excludere a te veritatē, & in te intus fallaciam claudere. Occide utrosq; & assertiones falsas, assertionibus veris exupera, atq; suggestiones demonū diuine legis sententijs vince. Verū quia dæmonia ieiunijs & orationibus superari posse didicisti, tene ordinē belli, & sicut te præsens psalmus edocet. Absconderunt em̄ superbi laqueos mihi. Quare superbi? Quia cōtēptores dei. Quo modo absconderūt? Faciunt dulce videri quod amarū est, et æstimari bonū quod malum est. Et funes tetenderunt in muscula pedibus meis. De pedibus mentis euidenter instrueris, quibus funes sunt tenſæ assertiones hereticorū, cū syllogismis vincula conantur innectere gressibus sanctis, vt videantur tibi vera esse quę falsa sunt. Funes etiā sunt suggestiones demonū quibus qui cōsenserit, ligabitur ab eis, iuxta semitā, inquit, scandalū posuerunt mihi. Semitā ambulāti castitatis, occurrit fornicationis stimulus. Semitā veritatis eunti, occurrit assertio falsitatis. Quid ad hæc? Clama, Umbra dñe super caput meū in die belli, tu mihi esto galea tegens caput, vt nō tradar in desyderio peccatorū. Cogitauerunt em̄ aduersum me. Non tradas me, ne vnquā exaltent. Caput circuitus eorū, sed labor labiorū eorū operiat eos, vt de suis sibi met assertionibus cōuincantur. Verbi gratia dicunt dæmonia suggestiōibus suis, Dulcis āplexus, suaue osculū, delectabilis fornicatio. Ego dicā eis, Vniushorę, imo vnius puncti delectamētū est, sed & eterne mortis interitus. Dicunt verbi causa heretici assertionibus suis, Pater maior est, filius minor. Ego respondeā. Qui maior est senescit & deficit, qui minor est iuuenescit, & similiter grandescit, vt desinat. Deus autem, nec minor nec maior est, quia sicut sinē non habet, nec initiū habuit. Semper fuit immutabilis, pater, & semper fuit cuius esset pater, nec vnquā fuit sine spiritu sancto. Ac per hoc pater nunquā fuit sine bonitate, quę est filius. Nunquā fuit sine sanctitate, quę est spiritus sanctus. His itaq; assertionibus tuis, labor labiorū eorū operiet eos, & cadent super eos carbones ignis, in spiritibus immunis, vt exurantur in hereticis & scismaticis, vt ad suū dominū reuertantur. Quod si permanserint in assertionibus suis peruersus assertor, & vir linguosus nō directus fuerit super terrā, id est, dum in corpore non dixerit vir linguosus ab assertionibus prauis linguā suā, iniustus effectus iniustitię suę eū sententia comitabitur talis, vt eum mala cooperiant ad interitū sempiternū. Cognoui enim quoniā faciet dominus iudiciū inopum, eorū sine dubio qui simpliciter incurrunt, qui inopia sensus fatigati venenosos cibos hæreseos in esca percipiunt. Quid ergo putamus, quod iudiciū futurū istos solos percutiat, qui venenosas escas esurientibus tradunt? Ego æstimo quod ad illos magis attendat sententia, qui eos cibo salubri non reficiunt. Si enim catholici doctores reficerent, heretici subripere non valerent. Vnde iste sermo cominantis

Nunc ptant Syllogismis deſendi fidē

Audi episcopo.

minantis iudiciū plus ad nos quam ad illos attendit. Nos enim, nos in ipso isto cōminationis stimulo excitamur, quo facturus legitur deus iudiciū in opibus, & vindictam pauperis. Siquidem vt propheta testatur, dicitur esse, Ecce lac comedistis, & lanis cooperiebamini, & oues meę a lupis inuasę sunt, & dū non procurastis pascua salubria, ab inimicis meis eis sunt herbę mordidę procuratę. Caueant ergo omnes, qui possunt escas vtilis esurientibus dare. Caueant inquam, quia si ab ipsis vitales non acceperint cibos, ab hostibus mortales accipient, & iudicabimur in iudicio, quo erit iudiciū in opum, & vindictam pauperum. Tunc sine dubio, quando iusti confitebuntur nomini sancto, & habitabunt recti cum Christo, qui regnat cum patre & spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum Amen.

Psalmus Dauid.

CXL.

Domine clamaui ad te exaudi me, intende uoci meę cū clama uero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone domine custodiā ori meo, & ostium circumstantię labijs meis. Non declines cor meū in uerba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatē & non cōmunicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, oleū autem peccatoris nō impinguet caput meū. Quoniā adhuc & oratio mea in beneplacitis eorū, absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient uerba mea quoniam potuerunt sicut crassitudo terrę erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernū, quia ad te domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam. Custodi me a laqueo quē absconderunt mihi, & a scandalis operantiū iniquitatē. Cadent in retiaculo eius peccatores, singulariter sum ego donec transeam.

Ordo psalmi qui fidē accepit, in presentis psalmi extenditur textum. Ibi enim dixit, Eripe me domine ab homine malo &c. Hic, Domine clamaui ad te, exaudi me. Et vt ostenderet se de hereticis dixisse, qui cogitant malitias in corde. Hic dicit, Non declines cor meum in uerba malitię, sed pone custodiā ori meo, & ostium circumstantię labijs meis, ne forte dum studio defendende veritatis conor multos proferre sermones, offendam, & habeam partem cum hominibus operantibus iniquitatem. Sed quia hoc rogo, vt non comunicer cum electis eorum. Presta mihi correptionem tuā, vt sit iustus mihi imperans, cuius meus error corrigatur exemplo. Incomparabile donū dei est, quādo nobis quicunq; super faciē terrę, iustus ostenditur. Habet deus diues in omnibus, habet inquam, habet seruos & benignos &

iustos, sed non sumus digni notitiæ eorū. Beatus cui conceditur dei famulū nosse, qui corripiat in misericordia, & increpet in amore dei. Vt autē mihi et meis similibus, quia inuicē nobis oleo capita impinguamus, & adulates nobis inuicē in presentī positi, sanctos nos vocamus & nonnos. Absentes vero nos ita mordemus, atq; percutimus, vt recte canibus cōparemur. Horū, inquit, oleū, id est, horum adlatio non impinguat caput meū. At magis oratio mea in beneplacitis eorū, id est, oro ne placeāt mihi, quæ beneplacita sūt eis qui absorpti sunt iniuncti petræ. Iudices eorū iuxta petrā sunt hæretici nō super petrā. Nā si super petrā erant absorber nō poterant. Nunc autē fundamentū petræ solidæ relinquētes, iuxta ipsam petrā fabricāt in arena, vbi nidos suos cōstruētes, cū suis paruulis absorbenē, Nō se, inquit, excusent sermo propheticus, sed audiāt verba mea, quoniā potuerunt, habēt sensum, ingenium, intelligentiā. Audiāt verba mea, tollant sua verba, Audiāt, aperiāt aud. cū suū verbis meis. Sicut crassitudo terræ eructat super terrā, vbi cūq; macra terra est, & sabulo, harenęq; permixta non excrepit. Pinguis autē terra ita se aperit, vt quasi os suū cœlo apertū ostendat, vt quicquid e cœlis fuerit missum, sitiēter excipiat, ita, inquit, isti audiāt verba mea, sicut crassitudo terræ eructuat in fruge, frumētī, vini & olei, & quā pinguis sit infra se, super se eructuat. Dissipata sunt ossa nostra secus infernū. Græcus dicit, ossa eorū siue ergo nostra, siue eorū ossa secus infernū posita dissipant. Sicut cera secus focū posita mollescit, in foco autē massa liquefcit, & deperit, ita ossa nostra secus infernū posita mollescūt, in inferno autē massæ liquefcunt. Nā iuxta infernū sunt, quādo iuxta illos sumus, qui nobis fomitē tribuūt delinquēdi, siue quādo illis cogitationibus nō resistimus, quę se ingerunt turpiter menti, siue quādo societate nostrā diuersitas sexus inquietat, siue quādo talibus iūgimur, quibus Christianę regulę nō placet cursus, siue qñ iūgimur hæreticis, & qñ sub specie amicitie, cū his videmur inire cōflictū, & nō aperta frōte, vt Romani cōtra Barbaros repugnamus. Ibi dissipant ossa nostra iuxta posita, & secus ipsum infernū collocata. Si vero vni horū per ipsam viciniam fuerimus ad iuncti, non solū ossa, sed & ipsa anima dissipat. Dicamus ergo cū clamore, Ad te dñe dñe oculi mei, in te speraui, nō auferas animā meā, nō eā auferas de libro vitę, vbi sūt catholici, & i libro mortis iſeras, vbi hereticorū cōuenticula cōdēnant, sed custodi me a laqueo quē statuerūt mihi, et ab scādalis operantiū iniquitatē. Ibi enim retiaculū retenderūt, vt in vno de quibus supra diximus capiāt ibi, vbi cadunt peccatores, a quibus his alienus effectus, singulariter viuā donec exeā, siue transeā. Melius est enim mihi solitaria cōuersatio habens vitā, quā vt in multitudine cōuersatus, mortē incurrā. Singulariter viuendū est, vbi societas vitę presentis æternæ vitę cōmodis aduersat, cuius retiaculo oremus instanter, vt dirigatur oratio nostra in cōspectu dei, sicut in thymiamitis incensum. Sic enim in Græco psallit, Dirigatur oratio nostra in conspectu dei sicut thymiamata, id est, vt in odorem suauitatis sacrificiū nostrę orationis accipiat. Sacrificium nostrū vespertinū sit, id est, iuxta fidē

ita fidem lucis huius, qua hora ab hac luce migramus. Tunc enim in sacrificio vespertino sumus, ibi est tota nostrę cogitationis ponenda intentio, vt leuantes manus nostras in signo crucis, dum ad dñm pergimus, gratulemur in Christo Iesu domino nostro, qui in vnitatis deitatis viuit & regnat cū patre & spū sancto per omnia secula seculorum Amen.

Intellectus David cū esset in spelunca Oratio. CXLI.

Oce mea ad dominū clamaui, uoce mea ad dominū deprecatus sum. Effundo in cōspectu eius orationem meam et tribulationem meam ante ipsum pronuncio, In deficiente ex me spiritum meum & tu cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambulabam, absconderūt superbi laqueum mihi. Considerabam ad dexteram & uidebam, & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me, & nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. Intēde ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me, quoniam cōfortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad cōsistendum nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi.

Cum a facie Saulis lateret in spelunca David pfugus, istum psalmū legē cecinisse. Voce, inquit, mea ad dominū clamaui, & uoce mea dominum deprecatus sum. Effundo in cōspectu eius orationē meā, & tribulationē meam ante ipsum pronuncio, In defectu enim, ait, spūs mei, ibi cognouisti semitas meas. Ibi clama, O Christiane, ibi effunde in cōspectu dei orationē tuam, ibi tribulationē tuam pronuncia, nō perditis rebus, non facultatibus, non agrorū finibus, vel his quę nobis deposito corpore necessaria penitus nō sunt, sed in defectu spūs tui, ibi esto sollicitus. Ibi enim cognoscunt semitæ tuæ. Defectus spūs nostri est, quando nos carnalium rerū necessitates aut delectationes inuadunt. Ibi enim absconditi sunt laquei nobis a diabolo, & ministris eius. Tūc cōsideramus ad dexterā, id est, ad lectionem, ad orationem, ad psalmū, & nō delectamur, sed sic redimus mœsti, vt nec nos ipsos agnoscere valeamus. Extranei nobis fiunt ipsi apices sancti, & quasi in extero positi, nosmetipsos agnoscere ualemus. Tunc perijt fuga a nobis, & illud quod nobis clamat Apostolus, Fugite fornicationem, nos surda aure trāsimus. Intus est enim malū, intus est hostis. Tunc quando perit ista fuga a nobis, & nō est cogitatus, non compunctio ex adfectu aliquo qui requirat animā, nec redit ad sensum meum, vt regram animā meā, & dicam illi, Age actus meos, noli perdere quod tanto tempore laborasti. Hęc nūc dico. Quare? Quia defecit in me spūs meus, tēpore quando in uia qua ambulabam, absconderunt laqueos mihi. Et gaperijt fuga a me, aliud quo possim euadere penitus non habeo, nisi to-

tis viribus clamem ad te dñe. Pereant oīa quæ in mūdo sunt tu spes meā, turportio mea in terra viuentiū. Intende in orationē meam, quoniā humiliatus sum nimis. Tenent me peccata mea, & iugū suū posuerūt super me, p peccata mea principes vitiorū & criminū. Tu libera me a psequētibz me, quoniā cōfortati sunt sup me, & educ de carcere aiām meā. Tūc enī carcerem patitur anima nostra, dñ hinc inde nobis clausum ad lectionem, vel orationē, vel ad bonū cursū, siue mūdi occupatiōes siue corporeæ delectationes efficiunt. Nec, vt qdam putant, corpus humanū carcerem audemus dicere, qđ templum dei Paulus Apostolus esse testatur, sed carcerem parimur, quando orare non delectat, quando fastidimur in spiritalibus cibis, & nūc necessitatū terrenarū clausuris, nunc delectationū ostiis conclusi deficimus. Verus carcer animæ in te est, pro quo totis viribus est clamandū ad Christum, vt educat de carcere hoc animas nostras ad cōfitendum nomini suo, vt incipiat eā delectatio cōfessionis excolere, quæ deserta facta est orationis & lectionis, & spiritalis exercitiij cultura cessante. Cum ergo ex hoc carcere eduxeris animam in eam, & cœpero recto tenore confiteri nomini tuo, tunc me expectant iusti, donec retribuas mihi in Christo Iesu domino nostro, qui regnat cum patre & spū sancto, in secula seculorū. Amen.

Psalmus David quando persequebatur eum filius
suis Absolon.

CXLII.

Omne exaudi orationē meā, auribus p̄cipe obsecrationē meā, in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo, qā nō iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Quia p̄secutus est inimicus animā meā, humiliavit in terra uitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est sup me spūs meus, in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorū, meditatus sum in om̄ibus opibus tuis, in factis manū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te, anīa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe, defecit spūs meus. Non auertas faciem tuā a me, & similis ero descēdentibus in lacum. Audiam fac mihi mane misericordiā tuam, qā in te speraui. Notam fac mihi uiam in qua ambulem, qā ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis dñe, qā ad te confugi doce me facere uoluntatem tuā, qā deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam, propter nomen tuū dñe uiuificabis me in aequitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulāt animā meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Sic in/

Sic inchoauit Psalmista, vt in terrorē mitteret omne humanū genus. Quis enim audeat deo dicere, exaudi me in veritate tua, & in tua iustitia. Verū pio tali aliqd iniungendo subsequere, vt psallentes respirare possimus, Non intres, inquit, in iudicio cum seruo tuo. Hoc ergo uoluisti dicere, iustitia tua est, vt dñs in iudicio intrare cū seruo contemnas. Quis enim ad cōparationē tuā iustificabit homo, quem uis sanctum & electum, & mūdum, & laudabilem in conspectu tuo, id est, ad cōparationē tuam, siue diuina iudicia, siue humana probare nō possunt. Omnis enim pulchritudo te p̄sente deformis est. Omnis fortitudo te p̄sente infirma. Omnes diuitiē te p̄sente mendicitas. Omnis iustitia humana te p̄sente iniustitia. Et vt uicinam iustitię tuę iustitiā humanam exquirere desinas quæso, quoniam persecutus est inimicus animam meā, humiliavit in terra, id est, in corpore uitam meā, collocauit me in obscuro sicut mortuos seculi. Tanta me obscuritate suę circumdedit fraudis, vt mortuū me apud deum credent, putarē me nullū recuperationis apud iustitiā tuā auditū inuenire, ideo anxius est in me spūs meus, & in me turbatū est cor meū. Cœpi recordari dierū antiquorū, quantis pro misericordia subuenire dignatus es. Et meditatus sum in oībus opibus, qbus didici oībus te deprecantibus subuenire. Et ideo ego expandi manus meas ad te, quia anima mea sicut terra sine aqua, sic in peccatis sicca facta est, quasi quæ non habeat aquā baptismatis. Velociter exaudi me dñe, defecit spūs meus, id est, spiritalis in me uita defecit. Nō auertas faciem tuā a me, & ero similis descēdentibus in lacū, id est, similis ero in morte dānatis. Non tamē particeps, sed similis, si similis, qā peccaui, & nō particeps, qā ad tuam misericordiā cōuolaui. Fac ergo auditā mihi mane misericordiā tuam, quoniā in te speraui domine. Ideo mane posuit, qā tam diu noctem & tenebras patimur, quam diu pietas diuina cōpugnat, clemētia pietatis indulgeat. At ubi uox cœperit pœnitentis auri, & lux indulgentis ostēdi, uox om̄is abscedit, & initium lucis accedit, in qua luce non erramus, sed quasi in die positi, honesti ambulamus. Notā em̄ faciet nobis uiam quā ambulemus in lucē, si ad ipsum leuauerimus animas nostras. Sicut enim in tenebris positi, lucem indigēt, ita in luce positi, ducem qui liberet ab errore. Et ideo dicēdum est ab his, q in luce sunt. Notā fac mihi uiam in qua ambulem, quoniā ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis, quoniā ad te cōfugi. Qui ad patronū uadet, sicut se ab eo liberari postulat, sic vt eius agnoscat uolūtātē exorat. Dubius est enī de patrono susceptus si nō & suā indicauerit uolūtātē. Et ideo postea quam dixit deo, Ad te confugi. Adiecit, Doce me facere uoluntatem tuam. Vis ergo o homo, habere patronū dominū, disce uolūtātē eius. Fac quod uult, & faciet quod uis. Diximus ergo patrono, Eripe me de inimicis meis. Inimici nobis sunt spūs imundi. Qui tunc a nobis fugiunt, quando in nobis sentiunt spūm sanctum. Et ideo rogandus est spūs sanctus, vt ipse deducat nos in terram. Terra enim corporis nostri tunc recta est, cum in ea est spiritus sanctus. Et quotiescunq; suam uiam

suā viā nobis spūs nequam ad ambulandū ingesserit, toties spūs sanctus de/ ducet nos in terram rectam, & si nostra merita defunt, imo quia defunt, Ipse tamen propter nomen suum viuificat nos in equitate sua. Hoc equitatis suae iudicio statuens, vt perdat omnes inimicos nostros, qui ideo nobis inimici sunt, q̄a nos serui esse dñi studemus. Hanc, inquit, ob causam perdes omnes inimicos meos. Quoniam seruus tuus sum. Non ergo aliūde inimicos habē- res. Nec p̄ quibuscūq; terrenis actibus aduersarios, sed ideo inimicitijs dæ- monum aut hominū laboramus, quoniam serui esse domini studemus. Nō timeamus inimicitias eorum, q̄a illis pereūtibus nos liberabimur a Christo dño nostro, qui regnat cum patre & spū sancto nunc & semper, & in omnia secula seculorum Amen.

Psalmus Dauid aduersus Goliath CXLIII.

Benedictus dñs deus meus qui docet manus meas ad plium, & digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meū susceptor meus & liberator meus. Protector meus et in ipso speraui, qui subdit populū meū sub me. Dñe qd est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis q̄a reputas eum? Homo uani- tati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Domine in- clina coelos tuos & descende, tange montes & fumigabunt. Fulgu- ra coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturba- bis eos. Emitte manū tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorū. QUORUM os locutum est uani- tatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum no- uum cantabo tibi, in psalterio decacordo psallam tibi. Qui das salu- tem regibus, qui redemisti Dauid seruū tuū, de gladio maligno eri- pe me. Et erue me de manu filiorum alienorum quorū os locutū est uanitatem, & dextera eorū dextera iniquitatis. Quorū filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filij eorum composi- tæ, cir- cumornate ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eru- ctantia ex hoc in illud. Oues eorum foetosa abundantes in egressi- bus suis, boues eorum crassa. Non est ruina macerie, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum. Beatum dixerūt populū cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.

Benedictus dominus deus meus qui docuit manus meas in plio. Tēpore quo Moses leuabat manus ad deum, & vincebat Allophylorum turba pugnantiū, cūq; eas deposuisset, victi vincebāt. Docuit ergo manus nostras in plio, non armis, sed precibus pugnaturas. Docuit etiā digitos nostros ad bellum,

bellū, vt dum bellū siue visibiliū, siue inuisibiliū senserimus hostiū, nos di- gitis armemus frontē triumpho crucis, et securi animo dimicemus, dicentes dño: Tu misericordia mea, tu refugium meū, tu susceptor meus, tu liberator meus, tu em̄ subdes populos subtus me. In festū populū cogitationū malarū insurgentē super me, subdes subtus me. Vt quid autē memoratur pugnam? quid præliū? quid bellū? quid autē deus æternus innotescere voluerit homi- ni, si homo vanitati similis factus est? Moritur enim, et dies eius sicut umbra prætereūt. Quid ergo lex? quid cōminatio peccatoribus? quid terror incredu- lis? si paucorū dierum vita finē accipiens, effectum sui vltterius non habebit? Hęc audiens apostolus Paulus increpat dicens, Si in hac vita tantū sperantes sumus, miseriores sumus omnibus hominibus. Et ideo psalmus præfens audi quid sentiat. Quasi qui dicat. Quoniā vitā æternā esse homines prophe- tis tuis prædicatoribusq; non credunt, tu ipse per te inclina coelos tuos, & de- scende. Inclinauit em̄ coelos, quando cū in forma dei esset, essetq; æqualis deo patri, exinaniuit seipsum, formam serui suscipiens, inclinauit coelos, vt si di- cas, verbi causa, imperatori, dum te tu humilias inclinans omne palatiū. In- clinauit ergo coelos, & descendit vt rangeret montes, vt fumigarent. Mon- tiū fumus nubes creat, quas producens deus de thesauris fundit in terrā, vt terra proferat omne fructuū genus, quo esurientiū corpora nutriant. Cum descenderet deus in Christo, vt mundū conciliaret sibi, tetigit montes & fu- migati sunt, id est, tetigit Apostolos suos, & fumū nubiū reddiderunt, quo- rum tanta fuit imbriū pluuia, vt in toto orbe terrarū venas fontiuū repleren- tur quibus omne ablueretur facinus, & lauaretur omne peccatū. Verū quia ad eum peruenire nos prohibet princeps huius mundi, cū spiritibus suis & hominibus qui colunt eum, tu mitte sagittas tuas contra eū, & libera me de aquis multis, vt vno fonte tui baptismatis fruar. Libera me de manu Allo- phylorū, quorū os loquitur vanitatē, & dextera eorū non est dextera pieta- tis, quæ vestitū expoliat, & siue tēporalibus, siue quod ē acerbius æternis opi- bus nudant. Quibus dū me liberaueris, inquit, domine, in cātico nouo can- tabo tibi, id est, in nouitate vitæ ambulans. In psalterio decē chordarū psallā tibi, decē præcepta legis suscipiens, & decē plagis Aegyptū percussam fugiēs, psallam tibi, tibi psallam, qui das salutē regibus, id est, qui das æternā victo- ribus vitiorum. Quia hñ vere reges sunt, qui participes regni dei esse credū- tur. Quis autē eos alius liberat, nisi idē deus, qui liberauit Dauid seruū suū. Hunc enim eundēq; deū Marcion negat, similiter Apelles & Valentinus & Manichæus. Infœlices & miseri, dum nolunt ab ipso domino liberari, in eter- num damnari non metuunt, a quibus nos ipse qui liberauit Dauid ipse libe- ret. Quia os eorū loquitur vanitatē, & vt supra diximus, dextera eorū dexte- ra iniquitatis. Hos sane asserit loqui vanitatē in hoc loco, qui seruientiū deo paupertatē ridicule abutūtur, dicentes, Vt quid inedia laborant colentes do- minū? Et quid opibus adfluūt contemnentes? Ignorant medicum his parsi- moniam imperare, & continentiam præcipere, in quibus salutem venarū & motibus

motibus deprehendunt. Quos vero morituros agnoscant, sinunt suis omnibus delectationibus consentire. Quale est, ut de hijs dicas, quia leti sunt in filijs fortibus, & filiabus ornatis, ac de proptuarijs plenjs, de fortosis ouibus, de bubus crassis. Qui cum omnia temporalia habeant, dominum tamen qui est eternus non mereantur habere propiciu. Quiq; cum acceperint finem temporalis letitiae, eterne tristitiae poenas adsumuntur. Contra hijs quos vides lugentes & flentes, & in dei timore constitutos egentes, cum finem fecerint flendi, eterni eos gaudij suscipit fructus. Dicant ergo increduli beatu populu habentem copiose que mundi sunt, nos autem hunc solu populu beatum dicamus, cuius est dominus deus eius in saecula saeculorum Amen.

Laudatio ipsi David.

CXLIII.

Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in saeculo & in saeculo saeculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuu in saeculo, & in saeculo saeculi. Magnus dominus & laudabilis nimis, et magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tua pronuntiabunt. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtute terribiliu tuoru dicent, et magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt, & iudicia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus, patiens & multu misericors, Suavis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriae regni tui dicent, & potentiam tua loquentur. Ut nota faciant filiis hominu potentiam tua, & gloriae magnificentiae regni tui. Regnu tuu regnu omnium saeculoru, & dominatio tua in omni generatione et generatione. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Alleuiat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illoru in tempore opportuno. Aperisti manu tua, & imple omne animal benedictione. Iustus dominus in omnibus uis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dominus omnibus inuocantibus eu, omnibus inuocantibus eu in ueritate. Voluntate timentiu se faciet, & deprecatione eoru exaudiet & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. Laudatione domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius in saeculo & in saeculo saeculi.

Exaltatur

Exaltatur deus ab homine, quando spiritu sanctu, que in se per consecratione baptismatis sacri suscepit, non terrenis & humillimis cogitationibus humiliat. Sed cum coelestibus desiderijs & excelsis exaltat, ita ut per singulos dies benedicat dominu, & quasi qui nuper inchoauerit, sine fastidio seruiat illi, cui generatio & generatio confitetur, generatio Iudaeoru & generatio gentiu. In lege Moysi & prophetaru illa, ista in euangelioru et Apostoloru doctrina uirtute terribiliu tuoru dicent, ut nota faciant filiis hominu potentiam tua. Ostendentes quia regnu tuu domine regnu sit omnium saeculoru. Et ita sit dominatio in omni generatione & progenie, ut non sit gens neq; regnu, in quo non tuus filius predicetur. Fidelis es enim domine in uerbis tuis, quibus promissisti daturu te nobis, quia alleuaret omnes qui ruunt in hoc mundo, & qui erigeret omnes quos illeferat inimicus. Oculi enim omnium credentiu sperant in te domine. Spe enim salui facti sunt, quibus dedisti escam in tempore opportuno, quando aperuisti manus tuas in cruce. Tu suscepisti maledictiones nostras, & nobis dedisti benedictiones tuas, proximus es enim omnibus. Omnibus, inq; te inuocantibus in ueritate, id est, qui te in domino nostro Iesu Christo inuocant. Ipse est enim ueritas, & uoluntate non contemnitiu te facies, & oratione eoru exaudies, in quibus te pro rebus eternis exorat. Custodit dominus, inquit, omnes qui diligunt eu. Videamus qui sunt qui diligunt eu, ipsam interrogemus, ipse dicat qui sint diligentes eu. Audiamus eu dicente, Qui audivit uerba mea, & facit ea, hic est qui diligit me, qui autem non facit ea, omnes peccatores hos a se reijciat atq; disperdet. Laudate ergo domini loquat os nostru, discedant ab eo uniuersae detractiones. Ea quae nouimus in fratribus laudanda memoremus. Alios sibi testes inueniant aliena peccata, nos nostri accusatores, nostriq; tantu uituperatores effecti semper in dei laudibus atq; in dei benedictionibus occupemur, agentes ei gratias in saecula saeculorum Amen.

Alleluia.

CLXV.

Auda anima mea dominu, laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo qua diu fuero. Nolite confidere in principibus, neq; in filiis hominu in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terra sua, in illa die peribunt omnes cogitationes eoru. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino ipse, qui fecit coelum & terra, mare & omnia quae in eis sunt. Qui custodit ueritatem in saeculo, facit iudiciu iniurijs patientibus, dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat caecos. Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillu & uidua suscipiet, et uias peccatoru disperdet. Regnabit dominus in saecula deus tuus Sion, in generatione & generatione.

z z Laudat

Laudat anima nostra dominū, quando opera nostra in dei laudibus ex-
 percentur. Et laudamus dominū in vita nostra, id est, in moribus nostris.
 Psallamus ergo deo nostro quādiu in isto corpore sumus, non confidentes
 in hominibus qui hodie dominātur, & cras sepeliuntur, quia exiet ab eis spī-
 ritus, & hī reuertentur in terrā de qua adsumpti sunt, ex ipsa die pereunt co-
 gitationes eorū. Illæ vtiq; quæ eos non sinebant quiescere, emamus vendā-
 mus, fabricemus, pugnemus. Hęc & his similia cogitationū genera, subito
 momento vno pereunt. Beatus ergo est, qui sibi spem ponit in domino deo.
 qui fecit cœlū & terrā, mare & omnia quę in eis sunt. Custodit enim verita-
 tem in sæcula, tēpore quo se putant fallaces vincere per mendacium, ille veri-
 tatem custodit, vt faciat iudiciū quibus non in isto sæculo nec in futuro, pe-
 rit veritas a deo. Ideo enim & iudicem eum credimus esse venturum, quia
 custodit veritatem, vt faciat tunc iudicium iniuriam patientibus. Qui nunc
 dat escam esurientibus, ipse erigit per se elisos per Adam, & per eundem cō-
 peditos exoluet. Ipse cęcos illuminat, ipse dirigit iustos, ipse custodit adue-
 nas. Hos vtiq; qui se peregrinos in hoc exhibent mundo, & propter quam
 sunt renati patriam concupiscunt. Orphanum enim custodiet, qui pro no-
 mine dei parentes suæ deserit carnis. Et ipsum diabolū qui est via peccato-
 rum, exterminabit ipse qui est deus tuus Sion. Deus vtiq; ecclesię catholicę,
 vnus in trinitate, trinus in vnitare qui regnat in sæcula sæculorū Amen.

Alleluia.

CXLVI.

Audate dominū quoniā bonus est psalmus, deo nostro sit
 iocunda decoraq; laudatio. Aedificans Hierusalē domi-
 nus, dispersiones Israel congregabit. Qui sanat contritos
 corde, & alligat contritiones eorū. Qui numerat multitudinē stel-
 larū, & omnibus eis nomina uocans. Magnus dominus noster, &
 magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Suscipiens
 mansuetos dominus, humilians autē peccatores usq; ad terrā. Præ-
 cinite domino in cōfessione, psallite deo nostro in cithara. Qui ope-
 rit cœlū nubibus, & parat terrę pluuiā. Qui producit in montibus
 fœnū, & herbā seruituti hominū. Qui dat iumentis escā ipsorū, &
 pullis coruorū inuocantibus eū. Non in fortitudine equi uolunta-
 tē habebit, neq; in tibis uiri beneplacitū erit ei. Beneplacitū est dño
 super timentes eū, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Laudemus dñm qm bonus est psalmus. Psalmus bonus est in quo deo
 nostro sit iocundatio. Aedificat em Hierusalē dñs, & dispersiones Israel
 congregat. Cottidie eā edificat dñs, cottidie ecclesiā suā per credentes. edificat
 & eos qui ab ea dispersi sunt, ad eū reuocans, iterū congregationi adsociat.
 Sanat

Sanat poenitētes cōtritos corde, & alligat cōtritiones eorū, qui numerat mul-
 titudinē stellarū et omnī earū nomina uocat. Licet potestas uirtutis eius his
 uirtutibus sit parata, & hoc eū posse facere nō ambigat, nisi qui omnipotēte
 esse nō credit. Tamen numerare multitudinē stellarū eū credamus in sanctis.
 His qui in tenebris mundi positi, per cœlū suos dirigunt cursus, dantes sola-
 tium luminosi adspectus sui. His qui cœlos aspiciunt, quæ stellæ pro merito
 actū suorū amplius minusue resplendent, in quibus magnus dñs noster,
 & magna eius ostenditur uirtus. Per hominē enim magnificatur ab hominī-
 bus, per hominē ab hominibus blasphematur. Et sicut his uæ per quos nomē
 dñi blasphematur, ita hī benedicti sunt, per quos magna eius uirtus ostēdit,
 & innum erabilis eius sapiētia declarat, per quā superbos proijcit, & mā-
 uos suscipit, & humiliat peccatores ad terrā. Vt a terra eos exaltet ad cœlos.
 Omnis em qui se humiliat exaltabitur, id est, qui agens poenitentia, sua pec-
 cata dño cōfiteatur. Incipite ergo in cōfessionibus dño, & psallite ei in cithara,
 cithara habet lignum crucis, habet chordas ex interioribus ouium, habet ex
 euangelijs, plectrū, sonet ista cithara & imbrē de cœlo uenientē annunciet.
 Operuit em deus cœlos nubibus, id est, Apostolis suis tradidit faciē cœlorū
 suorū, & præcepit eis, vt dent terræ pluuiā, & oēs gentes terrenas in nomine
 patris & filij & spīritus sancti, cœlesti nimbo profundāt. Hęc pluuiā pducit
 in mōtib; fœnū quo alant simpliciōres quicq; ex quibus pars maxima in
 dei populo cōprobat. Nō em possunt spiritaliū cibo refici hī, qui terrenis
 actibus occupati, mēbra tñ uident ecclesię. Hī mōtes, id est, apostoli, nō vt
 ipsi uerticibus mentiū suarū altitudines rerū cœlestiū in cibo offerunt. Perfe-
 ctiorū em est solidus cibus. Quis em cū eis disputet de ieiuniorū perscuerātia,
 de diurna & nocturna occupatione, eruditioni diuine cōiuncta? Quis de mi-
 nutis suggestionū? Quis de cōtemptu omnī rerū labētū? Quis de cōceptu
 omnī uitiōrū? Quis cū eis agat de inuisibilibus profectibus, vt sit quis epi-
 scopus deo, sit quis pontifex Christo, per inuisibiles conatus, & gradus q̄s in
 corde suo disposuit, vt quādiu de isto corpore exeat ascēdat & nunq; descen-
 dat, offerens corpus suū deo hostiā uiuā. Cottidie seipsum ita corpori Chri-
 sti adsociās, vt corpus eius corpi Christi admixtū, vnū corpus secūdū Apo-
 stolū fiat. Hęc & his similia dant in cibo, qui cū Paulo possunt dicere, Mihi
 mūdus crucifixus est & ego mūdo. Sicut ergo ostēdimus spiritaliū cibū so-
 lidū uirorū perfectorū. Ostēdamus nūc iumentorū fœnū, qd producit hī,
 quos supra diximus montes, Omne, inquit, quod in macello uendat emi-
 te, nihil interrogātes. Itē. Tu quis es, qui cōtristas patrē tuū in manducādo? Itē.
 Qui se nō cōtinet, nubat. Itē. Qui dat nuptum filiā, bene facit. Item. Volo adu-
 lescentulas uiduas nubere. Hoc fœnum montes vicini cœlis, qui in terra posi-
 ti dicunt, nostra autē conuersatio in cœlis est. Iumentis producant, quibus cō-
 suetudo carnalis imperat sola, & ipsi consuetudini carnali lex ponitur, quā
 sequens coniunx coniugi placeat, seruus domino, filij carnales parentibus
 carnalibus, parentes carnales, filijs carnalibus. Hīs herba in seruitute offert,
 z 3 datur

datur ut iumentis esca, & ut pullis coruorum inuocantibus eum. Corui enim fuerunt patres nostri, qui in nigredine idolatrie permanentes, ad arcem nunquam reuersi sunt. Nos vero pulli eorum sumus, qui inuocamus dominum. Qui non in viribus equi voluntatem habebit. Non enim virtute terrena vinci potest: qui contra nos terrena virtute non pugnat. Vires ergo equi, terrene vires sunt, quas deus non in sua voluit extollentia gloriari, sed de sua pietate sperare permisit. Nec in viribus, inquit, equi, nec in tabernaculis viri beneplacitum est ei, id est, in confidentia habitationis sue. Vnde & Grecus non dicit in tabernaculis, sed in tibijs. Siue ergo, inquit, in cursu equi confidentem, siue in suis tibijs presumentem contemnet dominus. Quos nos latius dicimus, qui confidit in libertate arbitrii sui, quod per hanc fugiat, persequere incurrit. Qui confidit in virtute cursus sui spiritualis, quod possit in tibijs suis stans immobilis permanere, non permanet. Nec ista dicentes excludo, ne coneris stare, sed moneo ne te putes per libertatem solum arbitrii fugere. Currat equus tuus, sit paratus ad bellum. Sic et scriptum est, Equus parat ad diem belli, dominus autem salutem tribuit. Tamen dum curris dicitis, Deus virtutum tribuit equo meo, ut curreret. Deus dedit tibijs meis perseverantiam, ut stare. Non ergo putes quod te libertas arbitrii tui ita habeat, quasi nauem per quam vis euadere Barbaros de littore, per quam vis euadere fluctibus pelagi, per quam vis ad patriam, quam desideras peruenire, sed si dominus imperauerit ventis prosperis, & aduersis flatibus silentium dederit, si latentes vados demonstrauerit, & somnum tulerit gubernantibus nautis, & absque laesione portum ingredi fecerit, Ages post haec gratias deo, non naui, gratias deo, non nautis. Nec ista dicentes excludimus nauem & nautas, sed magis & nauem ornamus & nautas, quibus deum presule confitemur. Si enim nauis non fuisset, utique quod dominus gubernaret non esset. Si nautae non essent, quos dominus excitaret, non essent. Si vela non essent, non essent quibus daret prospera flabra ventorum. Ita ergo dicamus, si arbitrii in te non fuerit bonae voluntatis, non erit tecum pax dei. In terra ei pax dei cum hominibus bonae voluntatis. Obijcitur huic loco. Nos hoc ita dicere, ut videamur hominis voluntatem ostendere, quod dei gratiam antecedit. Vigilanter age & non calumniose, & vides gratiam dei generalem super omne hominum effusum genus. Omnes antecedit gratia multiplici largitate diffusa. Descendit de caelo deus, homine non volente, Docuit exemplo & verbo, homine non rogante, Signa multa & virtutes ad se manifestandum exercuit, homine etiam prohibente, Mortalitate nostram suscepit, homine ignorante, irrifus, crucifixus, inter homicidas mortuus, sepultus, resurrexit, & in caelis ascendit. Haec omnia ad hominis salutem, ad hominis liberationem, ad hominis redemptionem, ad hominis coronam, ad hominis gloriam exercuit Christus. Nota tibi calumniose, quod dico ad hominis salutem, non volentis neque currentis. Quid est ergo quod legimus? Ostendimus tibi antecedentem gratiam dei generalem omnium hominum bonam voluntatem. Nota tibi praedestinate quod loquor, omnium generaliter bonam voluntatem Christi. Gratia hoc ordine quo diximus antecedit, si tamen pro omnibus natus: si tamen pro omnibus passus. Si non

non negas pro omnibus mortuum, si cum Apostolo asseris, quod omnes homines vult saluos fieri. Age nunc tolle te a generali gratia, ad speciale accede, & similiter cum Apostolo clama, Non omnis generaliter homo saluus erit, sed omnis homo, quicumque inuocauerit nomen domini, hic saluus erit. Vade ergo ad officinam medici, qui ultro venit ad ciuitatem nostram. Non utique nobis rogantibus, omnibus nobis medicus superuenit, officinam aperuit & vocem emisit, quae ac si praeco exclamans dixit, Venite ad me omnes. Iam modo post hanc vocem antecedit voluntas gratiam. Si enim volueritis, inquit, & audieritis me, quae bona sunt terrae edetis. Si autem nolueritis, gladius vos comedet. Sicut ergo antecessit gratia voluntatem hominis in ostensione sui, & in adaptione veritatis, ita antecedit voluntas hominis gratiam dei. Non enim prius baptizaris, & sic velle incipis credere, sed prius voluntatem tuam perfectam exhibes sacerdoti, & confessorem tuam tuis labijs pandis, & ita demum ad dei gratiam ut consequaris, attinges. Quam consecutus confiteberis, quia omnia dei dona credendo, & desiderando consecutus es. Et ita demum ultimum huius psalmi cantabis: Quia beneplacitum est domino super timentes eum, & in eos, qui sperant in misericordia eius, excludere volens extollentiam humanitatis, voluntatem diuinitatis expressit. Scit enim deus hostem nostrum, tunc nobis posse subreperere, cum nos sine timore diuino repererit. Et ideo ad remedium nostrum pronunciauit, hoc dictum quasi qui diceret: Beneplacitum est deo super eos, qui a diabolo liberantur. Non enim deus adfectu ducitur, ut ab hominibus timeatur, sed misericordia totus misereri dum stulto det homini, vult ex imperio timoris fieri, quod profuturum ipsi homini pro certo cognoscit. Sicut qui literas docent, timorem discipulis & terrorem inducunt, non utique necessarium magistris, sed valde discipulis profuturum. Et sicut illos exhorrent qui sine timore & sine spe sunt. Sciunt enim eos ad eruditionem peruenire non posse, ita eos dilectionem se habere commemorant, qui timentes eos, & in eos qui sperant in eruditione eorum. Et hoc de hominibus tantum longe est a comparatione dei, quantum longe est a diuinitate humanitas. Sed comparatio ad adaptionem rei dicte, ad spem nos & misericordiam diuinam impellat, ut eorum participes faciat, super quos est beneplacitum domino, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Alleluia Aggae & Zachariae.

CXLVII.

Auda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion. Quonia confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terrae, uelociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit, Mittit crystallum suum sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet uerbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquae. Qui annunciat uerbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi

nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Lauda Hierusalem dñm. Non pro vna re laudat a ciuitate sancta domi-
nus. Causas ergo laudis eius, ac si interrogaret ipsa ciuitas eū qui eā hor-
taretur ad laudes, audit sibi ab exhortante expositas. Inquit, eum lauda, quia
confortabit seras portarū tuarum. Vides ergo, quia ut supra diximus, nostrū
est serare portas, hostibus imperum facientibus, sed domini est confortare se-
ras portarū Hierusalem, est ergo ciuitas Hierusalem in qua pphete habitāt,
in qua Christus p̄dicat & virtutes diuersas exercet, in qua patitur crucem,
in qua omniū sunt genera perfecta virtutū. Qui ergo hęc omnia intus in ani-
ma sua die noctuq; meditat, habens intra se pphetas. Christum & apostolos.
Ciuitas Hierusalē factus, claudit portas inimico & angelis eius, & necesse est
vt seras fidei clausis ingressibus mittat. Nam fides, spes, charitas tres serę sunt
missę contra diabolum, sed & fides deficit, & spes mollescit, & charitas refrige-
scit, nisi dono fuerint sancti spūs cōfortatę. Cum ergo cōfortatę fuerint serę
portarum tuarū, benedicent filij tui in te. Filij tui sunt, qui tuo informant ex-
emplo, siue in bono siue in malo: Hęc ergo, inquit, in te benedicent, si serę por-
tarum tuarū in te fuerint cōfortatę. ponitur finis tuus in pace dum dies adue-
nerit vt ex eas de mundo, & actibus tuis omnibus finem imponas. Pax erit
cū deo finis, in quo cū exire coeperis, adipe frumenti satiat te. Ipse hoc facit q̄
emittit eloquiū terrę. id est, qui verbū suum misit in Mariā. Et tam velociter
currit sermo eius, vt cū per tot milia annorū in sola Iudęa notus fuerit deus,
nunc intra paucos annos, nec ipsos Iudęos lateat a parte orientis, nec ipsos
Brittones a parte occidentis, vbiq; cucurrit velociter sermo eius, qui dat niuē
sicut lanā. Lanam voluit p tegmine memorare. Si fuerint, inquit, peccata ve-
stra sicut coctinum velut lanā efficiam. Docens ergo eos qui adipe frumenti
satiant, qđ candidi vna die in albis vestibus per totū orbē procedāt. His dñs,
nebulā sicut cinerē spargit. Nebula quę sicut cinis spargitur, Pruina quę fru-
ges vniuersas intra terrę viscera clausas, impinguat, quę quāto plus incubu-
erit satis, tāto vberius p̄ficit in aristis. Pruina ergo nos in istis quos adipe fru-
menti satiat dñs, ponimus tentationū afflictiones, qbus eo amplius p̄ficiunt
in futuro quāto plus fuerint in p̄senti perpeffi. De hinc mittitur, crysallum
tanq; frustra panis. Crysallū hoc grandinis memorat dei lapidationē, quā
panibus fractis & hucellis assimilatur. Cedunt em̄ credētes vt metalli cuiuscū/
q; materia, nō vt moriātur, sed vt ad statū a quo ceciderāt reuocentur. Ad/
ditur quod ante faciem frigoris eius nullus subsistat. Verū qa fidelis est, & nō
patiet eos tentari supra quā possunt, mittit verbū suū & liquefaciet ea, id est,
renatis flauit spūs sanctus, & fluunt aquę ex oculis, vt ista ea quę lauent sor-
des oēs, & maculas abluāt peccatorū. Et quis est qui hęc facit? Quis vtiq; alius
nisi is qui p̄nunciat verbū suū Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Vbiq; q;
Israel est qui videt deū, ibi iustitiā deus ostendet suā. Deus enim sicut ad indul-
gentiū flentibus & p̄nitētib; pius est, ita ad reddendū pro iustitia laboran-
tibus iustus. Nō fecit taliter omī nationi sicut isti, vtiq; nationi q̄ diu noctuq;
spem

spem suam deo & charitatem ostendit. Et nulli iudicia sua manifestat, nisi his
qui dñi mandata respiciunt credentes, quod ipse nos in suo iudicio cōseat ad/
iuuandos, cui gloria in secula seculor; Amen.

Alleluia Aggæi & Zacharię.

CXLVIII.

Audate dominum de coelis, laudate eum in excelsis. Lau-
date eum omnes angeli eius, laudate eū omnes uirtutes eius.

Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellę & lu-
men. Laudate eum cœli coelorum, & aquę quę super coelos sunt
laudent nomen domini. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit
& creata sunt. Statuit ea in sæculum & in sæculum seculi, p̄ceptū
posuit & non prateribit. Laudate dominum de terra, dracones &
omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quę
faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera, &
omnes cedri. Bestię & uniuersa pecora, serpentes & uolucres pen-
natę. Reges terrę & omnes populi, principes & omnes iudices ter-
rę. Iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomen do-
mini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super
coelum & terram, & exaltauit cornu populi sui. Hymnus om̄ibus
sanctis eius, filijs Israel populo appropinquantis sibi.

Consuetudo imo vis qđam naturaliter impat pullis, vt suo cātu a nocte
diuidāt noctē. Qui clamāt quidē vt alios excitet, ipsi vero cūctis vigilan-
tibus dormiūt. Quod ergo ad ruborē dixerim nostrū qui excitamus ad lau-
dē dei eos, qui in cœlo sūt, dicētes: Laudate dñm vos qui estis in cœlis, lauda-
te eū & vos q̄ estis in excelsis. Sed & Soli & lunę & stellis & lumini, & cœli cœ-
lor; & aquis q̄ sunt sup cœlis, vt laudēt dñm impamus. Ipsi vero dormimus
cū talia opera non facimus in quibus laudetur deus & benedicatur nomen
eius. Sed qđ peius est, quod sine gemitu dicendum nō est, p̄ nos nomen dñi
blasphematur, cū in iudicio p̄sonas accipimus, cū ad vestimētū, & ad annu-
los & ad glorias hominū atcēdentes, p̄sonas pauperū refutamus. Ille quē tu ta-
cēre putas, gemit cōtemptus, abiectus & p̄ nihilo habitus, nomē beatū lacel-
sit blasphemis. quid ergo ad laudes dei, & de cœlis angelos, & oīa que in eis
sūt excitamus. Et de terra etiā ipsos dracones, & serpētes, & volucres, et ignē,
& grādinē, & sp̄m tēpestatis vocamus. Inuitamus mōtes & colles, ligna fru-
ctifera vniuersa, reges ipsos & principes, & oēs iudices, oēm iuuentutē & om-
nem senectutē, uirgines, iuuenes & oīa quę sub cœlo sunt. Oēs ad laudē dñi
excitamus, puocamus, hortamur, et infelices ipsi dormimus. Atq; vtiq;
dormiremus somno carnis, & nō incōsideratiōis nostrę soporemur graue/
dine. Ecce oīa in vnū, q̄ excitauimus cōuenerūt, ipsi dracones nos & serpētes
et bestię et vniuersa pecora increpabāt, dicentes, quid nos excitatis ad laudes
dei, cōue-

pulchre

dei, cōuenimus vt vobiscū deū laudaremus, & inuenimus vestro vitio vi-
 duas blasphemātes nomē sanctū. Paupes, orphanos, & oēs q̄ sibi adesse con-
 tra potētes nō poterāt. quorū vos p̄sonas despiciētes, diuītū iniustitijs faueba-
 tis, erectisq; oculis ad sublimitates mūdi, his tantū vestros hilares atq; affabi-
 les tradētes ad spectus, paupes quasi quosdā quos deus aburi p̄ceperit, renui-
 stis. Hęc ad nos omniū v̄ba sunt. Ad nos, inquā, q̄ cotidie huius psalmi tuba
 p̄ totū mundū mox vt cōeperit aurora diei inchoare principiū vniuersa quę
 in celo & quę in terra sunt ad laudādū & benedicendū deū puocamus. Ve-
 rū sicut medicinā euacuat medici incōtinentia egrotātis, & nō p̄mittit p̄fectū
 eius ostēdere medicinę, suę defectū ingerēs cōtinentiæ. Ita nos ista omnia vni-
 mur, quę etiā si placeāt nobis dū legunt, dū cōtemnunt nō placere ostendi-
 mus. Nescio quo enī modo nō potest nobis omnino suaderi, ne p̄sonam cu-
 iusuis peccatoris, etiā si iustus sit, negligentissime abutamur, qđ vitiū vt am-
 putetur a nobis, dñm exoremus. Ipse enim correctionē morū postulātibz
 annuit, q̄ in tantū liberalitatibus his affluit, vt ipse imperet qđ petat. Petite,
 inqt, & dabit vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperiet vobis. antecedit
 gratia dei volūtātē hominis, & vult volūtās hominis dei gratiā antecedit pe-
 titura. Cū autē petenti donat, sequit volūtātē. Omnis enim, inqt, qui petierit
 accipit. Petamus ergo, vt & nos cū angelis oībz, & cū vniuersis virtutibus
 eius in diuinis laudibus participiū capiamus, & sicut de illis dicit: P̄ceptum
 posuit qđ non p̄teribit, ita & nos p̄ceptum dñi cōseruemus. De omni vero
 creatura dicit, quia ipse dixit & facta sunt, hoc est, per v̄bum dei facta sunt,
 patre loquēte, filio creante, sancto spū animante, statuta sunt in æternum, &
 in seculū seculi, id est, quādiu est hoc seculū, in seculū seculi manent, in q̄ sunt
 omnia ista q̄ faciūt v̄bum eius, id est, elementa, ignis, grandinis, niuis & spi-
 ritus tēpestatis. Hęc oīa seruiunt volūtati dei, & hęc faciūt quod verbū eius
 p̄ceperit. Deniq; imperauit p̄cellis et quieuerūt, imperauit v̄tis flantibus &
 siluerūt, ostendētes hunc esse, cuius nomē solius ita exaltatū est, vt sit cōfessio
 eius sup̄ coelum & terrā, & in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium,
 terrestriū, & infernōrū. Et ipse exaltauit cornu populi sui, ita vt hymni canā-
 tur in toto orbe terrarū oībz sanctis eius, et filijs Israel populo appropinquā-
 ti ei. Filij siue in bono exemplo, siue in malo, imitatores in sacris voluminū
 bus adpellantur. Deniq; dū cōstat, quod filij Abrahę essent hi, qui dñm no-
 strum Iesum Christū arte se putabāt, et dolo circūuenire, dicit eis, Vos ex pa-
 tre diabolo estis. Cuncq; illi dicerent se patrē Abrahā habere, ille respondit: Si
 filij Abrahę essetis, opa Abrahę faceretis. Ergo hī nūc filij hymnū accipiūt,
 q̄ Israelis sectant exemplū. Et sicut ille patientia et fide p̄ficiēs, meruit facie ad
 faciem dñm deum videre, vnde Israel adpellatus est, id est, vidēs deum. Deū
 autem desyderantes audiunt sibi monita dari: Beati mundo corde, quia ipsi
 deum videbūt. Ita his qui filij eius per imitationem eius facti hymnum p̄ci-
 pit cani, quia per munditiā cordis merentur, vt videant deum appropin-
 quantem ei, qui regnat in secula seculorum Amen.

Alleluia.

Alleluia.

CXLIX.

Antate dño canticū nouum, laus eius in ecclesia sanctorū.
 Latetur Israel in eo qui fecit eum, & filie Sion exultent in
 rege suo. Laudent nomen eius in choro, in tympano &
 psalterio psallant ei. Quia beneplacitū est dño in populo suo, & ex-
 altabit māsuētos in salutem. Exultabunt sancti in gloria, lætabunt
 in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum, & gladij an-
 cipites in manibus eorum. Ad faciendā uindictam in nationibus,
 increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedi-
 bus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudiciū
 conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Canticum nouum cantamus dño, quādo in nouitate vitæ ambulamus
 in ecclesia sanctorū, et exemplo vitę ac morum nostrorū edificatiōem
 dominicę cōgregationi exhibemus. Lætantes nō in gloria mundi, neq; in di-
 uitijs sæculi, sed in eo q̄ nos fecit, dum nasceremur, quia in eo adparet filios
 Sion esse, id est, ecclesie si in rege nostro & domino exultemus, laudantes no-
 men eius in choro, id est, cum omni populo, in tympano, id est, in extensio-
 ne follis nostri corporei. Bene enim sonat, cum est sobrium, mundum et ca-
 stum. Nec solū in tympano, sed et in psalterio psallamus ei. Nō enim castitas
 et abstinētia nos p̄ducunt ad deum, si nos deseruerit integritas fidei, quę in
 decem chordis psalterij declarāt. Tunc enim cognoscimus, quia beneplaci-
 tum est dño in populū suū, cum superbos humiliauerit in cōdemnationē, &
 exaltauerit māsuētos in salutē. Tūc, inquam, agnoscimus qđ nūc credimus,
 cū exultāt sancti in gloria, q̄ nūc lætant in cubilibus suis, expectātes diem re-
 tributōis. Nā qui habuerint nūc exaltatiōes dei in faucibus suis, tēpore quo
 cōfessi sunt gloriā Christi, q̄ est exaltatus in cruce, q̄ est exaltatus in resurrecti-
 one, q̄ est exaltatus in celo. Has q̄ habuerūt exaltatiōes dei in faucibus suis,
 q̄cūq; habuit interit p̄fidia hominū impiorū. Hī ergo nō metu carnificis, nō
 verberū terrore p̄culsi, has exaltatiōes dñi siluerunt. Quin imo, quanto plus
 passi fuerint affligentes, tātō plus cōfitentes existūt. Hī habebūt gladios an-
 cipites in manibus suis, id est, sententias mortis æternæ & p̄cæ p̄petuę, ad fa-
 ciendam vindictā in gētibz, & increpatiōes in populis, ad alligandos reges
 eorū in cōpedibus, & nobiles eorū in vinculis ferreis. Quibus nūc dicit a do-
 mino: Sedebitis super .xij. thronos, iudicantes .xij. tribus Israel. Hī ergo faciūt
 in eis iudiciū conscriptum. Ipsi enim iudicabunt mundum p̄ operibus im-
 pijs, qui sūt a mundo afflicti pro opibus suis. Cuncq; iudicauerint sancti eos
 reges, a quibus iudicati sunt, tunc erit gloria omnibus sanctis eius. Modo vni-
 cuiq; dicit: Si credis videre bona dñi in terra viuentiū, expecta dominum &
 age viriliter, si credis, nō desinas spectare, & si te p̄ certo quod credis desyde-
 rare cognoscis. Hanc enī gloriā omnibus sanctis tūc gratulabimur euenisse,
 si in qua

Videtur
aliquid
desse.

si in quacunque necessitate positi, animi penitus non mutemus, sed expectantes dominum cotidie, ipsi per patientiam gratias referamus, qui regnat in saecula saeculorum Amen.

Alleluia.

CL.

Audate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubae, laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in cordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.

Laudamus dominum in sanctis suis, quando eorum imitamur exempla, sequimur monita, regulam obtinemus. Laudamus eum in firmamento uirtutis eius, cum firmum fidei nostrae agonem ostendimus. Et sicut sancti contempserunt poenas, hostes visibiles, ita nos inuisibilis hostis delectationes ingestas abijcimus. Laudamus eum in sono tubae, cum quod in aure audiuius, si tempus exigerit super recta positi exclamemus, non timentes eos qui occidunt corpus. Laudamus eum in psalterio & cithara, si in cithara lignum crucis amplectamur, & in psalterio confessionem catholicam teneamus. Raucum enim sonat quod catholicum non probatur. Laudamus eum in tympano & choro, quando in conuersatione reddenda positi, tympanum corporis nostri optimis decoramus exemplis. Laudamus eum in cordis & organo, quando choridarum quae sunt in cithara, nostra fila integra exercemus. Etiam pudicitiam quam continentiae calamellis ab omni rubigine peccati mundantes, deo sonos mellifluos exhibemus. Laudamus eum in cymbalis bene sonantibus, & bene tinnientibus, quando labia nostra ad bonam persuasionem, & spiritalem explanationem aptamus. Inuitamus autem ut omnis spiritus laudet dominum, quando spiritalia spiritalibus comparantes, nihil concedimus carni, sed omne quicquid ei libuerit, totum spiritui mancipantes, spiritalium imitamur exempla, per quorum euntes uestigia, credamus nos ad domini misericordiam peruenire, cui gloria & imperium per omnia saecula saeculorum Amen.

COMMENTARIORVM ARNOBII IN PSAL-
MOS FINIS. ANNO M. D. XXII.
MENSE DECEMBRI.

Auray Damnan' opo v' permiffum

D. ERASMI ROTEM- RODAMI COMMENTARIVS IN PSALMVM, QVARE FRE- MVERVNT GENTES.



Rius quam aggrediamur enarrationem huius psalmi, quemadmodum non arbitror abs te fore, ita non debet esse molestum studioso lectori, si pauca praefabimur. Primum de ordine eius, mox de titulo, deinde de argumento. Apud Hebraeos psalmi ordinem quem suum habet, quem Esdras illi tribuisse traditur, qui eandem operam praestiterit in hymnis Hebraeorum mysticis, quam Ariarchus praestitit in rhapsodijs Homeriarum cantionum, Caterum quum ordo constet apud Hebraeos & Septuaginta, quid in dirigendo sequutus sit Esdras non satis liquet, quum illud res ipsa loquatur, illi nec autorum dignitatem aetatis ue, nec historiae aut argumentorum tempora sequutum fuisse, nec in certos numeros, nec in uolumina digessisse psalmos, quum ex apostolorum citatione constet, unicum esse uolumen psalmorum, siue ut Hebraei uocant, hymnorum. Ferunt autem id, quod nec improbabile est, ne rursus ordo semel ab Esdra traditus confunderetur ab interpretibus Septuaginta, singulis psalmis suum esse praefixum numerum. Dices mihi amice lector, si isthaec ita se habent, quid igitur scrupuli est, aut quid moues? la accipe. Quum extra ordinem sit, psalmum beatus uir apud Hebraeos, Graecos, & Latinos, ordinem primum tenere locum, tamen huic, quem nunc exponendum suscepimus, tituli principatum tribuit. Sic enim a beato Paulo citatur in actis apostolicis capite decimo tertio: Et nos uobis annunciamus eam, quae ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc deus adimpleuit filiis uestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo primo scriptum est. Quamquam hic in nostris codicibus mutata erat scriptura, & primus mutatus erat in secundum, sed reclamantibus uno ore cunctis, qui commentarios adiderunt in psalmos. Impiae cuiusdam temeritatis est, hac ratione mederi uelle, si quid aut non intelligitur nobis, aut offendit in diuinis literis. Itaque ueteres orthodoxi, qui sibi non permittebant tantum de iuris in eos libros, quorum oportet auctoritatem omnibus inuiolabilem esse.

A seuarijs

D. ERASMI ROTEROD. IN PSALMVM

se, varijs modis conatur tueri scripturam, ut Apostoli citatio non pugnet cum ipsa re. Ac diuus Hilarius multa praefatus de septuaginta senioribus, quibus Moses uiva uoce tradiderit mysteria quaedam legis, huc uidetur re deducere, ut accipiamus a Septuaginta, qui mysteriorum illorum non ignari fuerint, huic psalmo primi titulum esse tributum, qui psalmos omnes apud Hebraeos, etiam tum temporis indigestos, confusosque redegerint in ordinem, certisque numeris digesserint. Paulus autem quoniam Hebraeus ex Hebraeis illic agebat cum Hebraeis in ipsorum synagoga, quo maior esset citatis autoritas, maluit Hebraeorum ordinem sequi, quam Septuaginta. Quod tam etsi Paulo pro presenti uim licuit, nobis tamen non arbitratur esse fas ab autoritate Septuaginta recedere, qui psalmum hunc sequendum esse uoluerunt, non primum. Non est consilium anxie disputare, in re non magni momenti, sane quod ad religionem nostram ac pietatem attinet, sed ut paucis agam cum tanti praesulis pace, largiamur tantum esse tributum autoritati Septuaginta, quantum censet Hilarius, quam non ueritus est alicubi negligere diuus Hieronymus, & a qua multis in locis hodie dissentit publicus usus ecclesiae catholicae quin probabile est etiam Hilari tempore psalmos apud Hebraeos, nullo neque numero, neque ordine digestos fuisse, quam huius rei nusquam meminerit Hieronymus, ne tamen quidem, quum translationem Septuaginta ad Hebraicam ueritatem emendaret. Nimirum aut restituisset ordinem iuxta ueritatem Hebraicam, aut questus fuisset apud Hebraeos nullum esse ordinem. At demus interim apud Hebraeos aut nullum, aut uagum & incertum fuisse ordinem, quomodo Paulo dicitur primus, qui numerum non habet. Id fiat non minus absurdum, quam si quis ex aceruo leguminum primi uocabulo designaret, quod esset unum inter ea, quae neque numero, neque ordine distinguerentur. Quod si Septuaginta interpretes ex recondita cognitione legis, ordinem, ac numerum addiderunt psalmis, qui consentaneum est, hoc latuisse Paulum in lege doctissimum. Et si non latuit, quum non hoc potius sequitur, quod ex abstrusa legis scientia profectum esset, praesertim quum illic autoribus ac testibus synagoga primoribus loqueretur Hebraeorum populo. Proinde citius illorum sententiam subscriberim, qui suscipiantur hunc psalmum ei, qui praecessit non proximum esse, sed continuum, hoc est, non alterum ordine, sed eundem. Id hac ratione colligunt, si

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.

ligunt, si primus dici non potest, quem praecedit alius, aut falsus est titulus, aut idem sit oportet cum eo qui praecedit. Sed titulus, quem apud Lucam illi tribuit autoritas apostoli Pauli, mendax esse non potest. Reliquum est igitur, ut hic idem sit cum superiore. Atque huic coniecturae, non admodum reclamant argumentum utriusque psalmi. Si quidem in priore describitur Beatus ille, qui semotus a consilijs impiorum, sola iustitia fretus, domino bene fortunante quicquid egerit, ad solidam ac perennem felicitatem perducitur, quam ex aduerso consilia impiorum dissipentur, non ob aliud, nisi quod dominus nouit uiam iustorum, improborum consilia non nouit, & ideo pereunt, quia nixa praesidijs humanis, numinis fauore destituuntur. Porro quum nihil ualeant humana molimina aduersus decretum dei, tamen impij suis opibus, ingenijs, uiribus, consilijs, scelerataque concordia coniurati, non uerentur pertinaciter pugnare cum deo. Hoc admirans propheta, exclamat: Quare fremuerunt gentes. Nonnullis & illud coniecturam probabilem praebuit, quod prioris psalmi principium concordat cum alterius fine: Beatus uir auspiciatus est a beatitudine. Rursus proximum hac clausula finit: Beati omnes qui confidunt in eum. Est hoc poematis genus, etiam hodie non ignotum, qui uulgo rhetoricam profitetur, quo recinit in fine sententia, unde sumpsit exordium. Sed argutius est quod adfert diuus Aurelius Augustinus, seu quisquis fuit, quod prior psalmus extraordinarius est, atque extra numerum aliorum, id illius autoritati, dignitatique tributum esse. Quum enim in hoc sermo tribuatur deo patri, non decuit ullius hominis nomen preponi, si quid uideretur anteponi diuinae autoritati: ac ne numero quidem conueniebat insigniri, ne si primus dictus fuisset, ordine dumtaxat numeroque, non personae, & argumenti autoritate caeteris potior uideretur. Veluti quod uehementer eximium est, ac procul eminet, ita praefertur, ut ne numeretur quidem cum caeteris. At qui haec ratio probabilior esset, si constaret primum psalmum sub persona patris dici, non propheta: tum si hoc esset huic psalmo proprium, ac peculiare, neque commune cum alijs aliquot. Similis argutiae est quod adfert Hieronymus, aut si quis fuit alius, superuacaneum esse, ac uitiatio pleonasmum psalmum eum dici primum, quem alius nullus praecedit. Res enim ipsa loquitur eum esse primum. Sed mirum est hoc pleonasmum nos nunquam offendit in caeteris uoluminibus, ac uoluminum capitulis. Nam & primum li-

A a brum pri

D. ERASMI ROTEROD. IN PSALMVM

Titulus
psalmi hu-
ius.

brum primū inscribimus, & primo capite suum numerū addimus. Deinde ut superfluum sit dicere primū eum, quem alius præcessit; certe multo durius est eum uocare primū, quem alius præcessit. Proinde ne cuiusquā opinionī præiudicē meo iudicio, mihi uidetur illorū sententiā proxime ad ueri imaginē accedere, qui dicunt primum psalmū non tam esse psalmū unū, quam præfationē in totū uolumen psalmodiorum. Quemadmodū eruditi solēt in frontispicio libri carmē aliquod præfigere, quo lectori cōmendēt opus sequiturū, quo libētius & attentius hauriat, quod in uolumine continetur. Nec admodū abhorret a uero, si quis hoc pro cōmuni tribuat Esdræ, qui non solū collegit psalmos diuersorū sed ipse etiā aliquot condidisse creditur, ac titulos addidit aliquot, nondum satis intellecto consilio. Atq; hæcenus quidē de numero, nunc de titulo paucis agamus. Psalmi pleriq; uarijs titulorū formis insigniuntur, qui ceu stellulæ additæ, prælucent ingressuris adytum sensus mystici, ac ueluti clauis officio funguntur, & primū limen ad atrium nobis aperiunt, quo deinde pergamus ire ad ipsa penetralia. Nonnunquā autē harmoniæ genus indicat inscriptio, ueluti quum inscribitur psalmus, aut canticū, siue canticum psalmi, aut contra psalmus cantici, siue deniq; diaplasmata, qui titulus in medio psalmi additus, admonet mutatū carminis ac modulationis genus, quibus de rebus tempestiuus alio dicitur loco. Nonnunquā argumenti dignitatem indicat titulus, ueluti quoties præfigitur, ἐν τῷ τέλος, id est in finē, pro quo Hieronymus iuxta ueritatem Hebraicā uertit, uictori. Quoniā enim finis gratia cetera sunt omnia, & ultra finē progredi nō licet, excitatur inscriptione lector, ut animū purū ac purgatū, ad insignē quandā, perfectamq; rerū sublimiū cognitionē præparet. Interdū tempus indicat, ut sunt qui titulū habent pro torcularibus, aut quarta sabbati. Aliquoties historiā, basim allegorię, ut pro uictoria idithū. Nonnunquā addita personarum uocabula, non autorē indicant, sed rei gestæ cōmonefaciunt, ueluti quum inscribitur Absoloni, aut Sauli, aut Solomoni. Nonnūquam titulus multa simul indicat, qualis est titulus psalmi quinquagesimi primi, in finem intellectus Dauid, quum uenit ad eū Doeg Idumeus, & nunciauit Saul, & dixit ei: Venit Dauid in domū Abimelech. Ad hæc sunt psalmi cōplures ἀνεπίγραφοι, hoc est, nullo ti-
tulo præ-

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.

tulo prænotati, qui uel autorē indicet, uel tēpus, uel argumenū siue historiā, uel prophetiā, carminisue genus, de quibus hanc regulam tradit Hilarius, ut quotquot occurrerint psalmi, nō præferētes titulo nomē autoris, ad eū cōferamus, cuius nomē erat in titulo, qui proxime præcessit, usq; ad eū, qui sequēs nouū autorē habebit præfixū. Hoc an uerū ac perpetuū sit nescio, præsertim cū additū nomen aliquoties nō autorē indicet, sed argumentū, ut paulo ante docuimus. Certe in hoc psalmo locū nō habebit, quū nullus præcedat psalmus, cui sit additus titulus, quēadmodū docēt ueteres interpretes, & ad stipulatur Hebraica ueritas. Tætsi hodie in uulgatis codicibus hæc habetur inscriptio, Δαβὶδ ᾠδὴ ψαλμὸς καὶ βασιλέως μέλος, id est, Dauid propheta, & regis melos, quū Augustinus adfirmet hūc solū nō habere titulū. Quæ quidē oratio multū abest a uero si habet, et si caret nō caret solus. Cæterū huic, qui nūc in manibus est, tætsi nullus præfixus est titulus, tamē autor illi si uindictabitur ex autoritate Lucæ, qui in actis Apostolorū scribit hunc in modū: Domine tu es qui fecisti cælū & terrā, & mare, & omnia quæ in illis sunt. Qui per os patris nostri Dauid sancti pueri tui dixisti: Quare fremuerūt gētes. Neq; enim arbitror cōuenire, ut hic conemur elabi, quēadmodū Nicolaus Lyranus excusat Hieronymū, qui primū psalmū adserit Dauid, in epistola quadā ad Paulinū, quū credatur Esdræ, quasi primū psalmum posuerit pro uolumine psalmodiorū, cuius autor est ex parte Dauid, sed mea sententiā firmior est autoritas Lucæ, quā ut hæc tergiversatio sit admittenda. Quin illud magis admiror, quod Lyranus scripserit Augustinū in hoc errore fuisse, ut diceret omnes psalmos conscriptos ab ipso Dauid. Certe in cōmentarijs qui feruntur Augustini titulo, referuntur hæc uerba, quæ palā refellunt, quod adfirmat Lyranus. Non omnes, inquit, psalmi a Dauid æditi sunt. Ipse enim Dauid ex omni populo quatuor principes spiritu sancto mūdatos elegit, quorū nomina sunt Asap, Eman, Ethan, & Idithū, ut i quem cūq; diuinus spiritus intrasset, hymnū deo caneret. Dauid ergo solos nouē psalmos ore cecinit. Reliqui autē ab illis quatuor principibus, iuxta titulorū inscriptionē sunt dicti. Hæcenus Augustini uerba recensuimus. Quod si quis responderit, hic Augustino psalmos æditos dici, nō cōpositos, sed palā decantatos, rursus in dubiū uoca-
A ; mur, an

mur, an hic titulus ipsi David indicet auctorem, an recitorem, praesertim quum auctoris nomen fuerit adscribendum casu paterno, τοῦ Δαβὶδ, Si recitorem arguit titulus, plures inscribunt David, etiam apud Hebraeos, quam nouem. Si interdum auctorem, interdum recitorem, uestigandum est huius rei discrimen. Hilarius sub indicat, & Augustinus libro de ciuitate dei decimosextimo, capite decimo quarto, declarat quibusdam hanc fuisse opinionem, ut quoties praesigeretur nomen paterno casu, uelut τῷ Δαβὶδ, id est, ipsius David, intelligeretur auctor, quoties τοῦ Δαβὶδ, id est, ipsi David, non designari auctorem, sed psalmum aliquid habere quod ad David pertineat. Hanc opinionem refellit psalmus centesimus nonus, cui cum titulus sit ipsi David, tamen ipse Christus in Euangelio prophetiam huius psalmi tribuit David Matthei capite uigesimo secundo: Quomodo ergo, inquit, David in spiritu loquens, uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Quanquam hoc loco non asseruerat Augustinus, quod interpretatur Lyranus. Denique inquit. Omnis fere eius prophetia in psalmis est. Quum enim ante dixisset, David musicae rei peritissimum mystica spiritalique melodia delectatum, subiicit omnem eius prophetiam fere in psalmis esse, hoc est, in hymnis musicis, quum caeteri prophetae oratione prosa, uaticinia sua prodiderint. Ac paulo post: Mihi, inquit, credibilius uidentur existimare, qui omnes illos centum et quinquaginta psalmos, eius operi tribuunt. Primum recitat alienam opinionem, & non continuo conuincitur esse auctor singularium operis partium, qui auctor est operis. Sed haec quoque tempestiuus alio loco discutient. Si quidem in praesentia tantum in hoc attigimus haec omnia, ut doceremus hunc psalmum apud ueteres prorsus caruisse titulo, cuius tamen auctor certus proferretur ex Actibus apostolorum. In libris Gallicanis titulus habetur. In fine psalmus David. Qui addiderunt, in fine, ex ipsa re sumpserunt, ut argumenti dignitatem explicarent. De qua nunc pauca dicemus. In plerisque psalmis duplex est argumentum, historicum, quod ceu basis quaedam subternitur: & allegoricum, siue anagogicum, quod sub inuolucris illis rerum gestarum recedit, uel aperit potius historiam Euangelicam, aut doctrinam uerae pietatis, aut imaginem felicitatis aeternae. Nam nullus est fere scripturae locus, qui non possit ad tropologiam accommodari. Atque quod dilucidius fiat quod loquimur, unicuique exemplum docendi gratia proferam in medium. Titulus psalmi centesimi quadragesimi tertii est, ipsi Da-

Argumentum
huius
psalmi.

ipsi David aduersus Goliath. Dubitandum non est, quin is psalmus de catus sit in laudem dei, cuius praesidio David adulescens, pastor, inermis, & contemptus, funda percussit immanem ac superbum Goliath, cuius & caput ipsius gladio praecidit. Sed hic sensus historicus nihil officit allegoriae, quin potius efficit ut lumine mysticae cognitionis, ueluti speculo quodam exceptum, iucundius & euidentius sese exhibeat oculis animi nostri. Quisquis enim meminit historiae, quomodo David non alia refretus, quam auxilio coelesti, confecerit Allophylum hostem, uiribus & armis suis iactantem sese, & insperata uictoria depulerit probrum a populo suo, nonne clarius, atque etiam maiore cum animi uoluptate contemplantur Christum David nostrum, non homini praesidens, sed noua ratione deficientem superbum illum huius mundi principem, unam cum populo suo in circunciso, atque hoc nouo facinore animos addidit genti suae, cui dicit in Euangelio: Confidite, ego uici mundum. Hoc sanctissimum spectaculum, ubi curiosis oculis satis erimus contemplati, tum ad nos ipsos reuersi discimus ad eam imaginem nobis esse pugnandum cum huius mundi cupiditatibus, quae rebellant in membris nostris aduersus legem dei. Videndum est igitur, an hic quoque substratus sit aliquis sensus historicus, cui innitatur allegoria. Nam totum psalmum uaticinari de Christo, Pauli apostoli, Lucaeque auctoritate confirmatum est exactis apostolorum. Sic enim loquitur illic Paulus capite. 13. Et nos uobis annunciamus eam, quae ad patres nostros repromissio facta est quam haec deus adimpleuit filiis uestris resuscitans Iesum. Sicut in psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Rursum eiusdem operis capite. 4. sic orat ecclesia Christianorum: Domine quae fecisti coelum & terram, & omnia quae in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri David pueri tu dixisti: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania. Adstiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti. Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel facere, quae manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Declarat idem Paulus in epistola, quae inscribitur ad Hebraeos, ex hoc psalmo sumens testimonium, quod conuincat Christum angelis esse maiorem: Cui enim, inquit, angelorum dixit unquam, filius meus es tu, ego hodie genui te? Costat igitur hunc psalmum uaticinari de Christo, quem admodum & alios complures, qui uariis locis citantur

ab apostolis ceu uaticiniū Euangelicæ historiæ, sed euentius hoc ipsum declarat Christus in Euāgelio Lucæ de psalmis omnibus: Hęc, inquit, sunt, quæ loquutus sum ad uos, quū adhuc essem uobiscū, quoniā necesse est adimpleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me. Cæterū an hic psalmus iuxta sensum historicū quadret etiā in aliū præter Christū, id ex titulo psalmi non potest liquere Rabbi Salomon, quū fateat̃ a uetustis Hebræorū magistris exponi solitū de rege Messya, ramē adcomodat ad historiā, quæ refert̃ libro Regū secūdo, capite quinto: Quū em̃ Dauid rex suscepisset regnū totius gētis Israeliticæ, ultro deferētibus uniuersis tribubus, & rursum unctus esset, iāq; destinasset regiā suā ex Ebron trāsferre in montē Sion, q̃ tū a Iebusæis habitabat: Cōspiratū est uero ab Allophylis finitimis, ut eū regno depellerēt, ueritā, ne si potestas eius nimīū creuisset, aliquādo sese uerteret in ipsorū exitiū. Ego ut nō in totū dāno uidere, quid ad ferāt Hebræorū interpretes, præsertim antiqui, ita nō arbitror illis esse multū tribuendū, quū animaduertā horū cōmētarios fere fumis ac fabulis anilibus esse refertos, ne quid interim dicā de studio falsandi nostra, odioq; Christi. Proinde nō sumā in hoc operā, quō singulæ partes huius psalmi cōgruāt historiæ, sed quemadmodū quadret in nostrū Dauid, hoc est, Iesum Christū, excutiemus, de quo sine cōtrouersia scriptus. Cōplectitur aut̃ unicus hic psalmus, nō unūquāpiā Euangelicæ historiæ partē, sed uniuersum redēpti mortaliū generis argumentū. Quō filius dei corpus humanū adsumpserit, ac cœlesti gratia plenissime delibutus Euangelicæ doctrine fulgore, simul & umbras Mosaicę legis disculserit, & seruitutē ceremoniarū sustulerit, & gentiū impias religiones subuerterit, & arrogans philosophorū supercilīū deiecerit, atq; hæc omnia peregerit, nō ullis huius mundi præsidijs, sed noua quadā & inaudita ratione diuini cōsilij, cui frustra rebellant hominū ingenia. Quū em̃ totus mundus, totis uiribus aduersus euangeliū cōiuratus insurgeret, ille cuncta Phariseorū, pontificū, regū, ac principū molimina uertit in ornamentū ac fidē suæ uictoriæ, cœlesti cōsilio deludens humanā astutiā, inuicta māsuetudine superans impiorū ferociam, moriēdo mortis tyranni. de abolēs, dū se dimittit ad inferos, aperuit regna cœlorum, ac per summam humilitatē emergens, ad summam

nam puectus est gloriam, simulq; nobis omnibus uiam mōstrauit, qua possimus huius mundi principem uincere, si nostris diffisi uiribus, toti pendeamus a Christo, quemadmodum ille totus pepēdit a patre. Et si principes ac pontifices, qui cæteris autoritate p̃minent, metuant offendere regem omnīū Iesum Christum, nec huius leges ausint negligere, semp̃ memores æterni iudicij, cuius sententiam nemo nec humilis, nec p̃potens poterit effugere. Atq; hæc quidem in summa de argumēto. Nunc adspirante Christo, singulos uersus excutiamus, si prius tria uerba fecerimus de psalmi clauē. *Clauis psalmi.* Frequenter usu uenit, quum in alijs mysticæ scripturæ locis, tum p̃cipue in psalmis, ut de persona loquentis ambigatur. Et tamen non raro fit, ut ex persona cognita p̃deat sensus mysticus. Diuus Hieronymus putat quattuor primos uersus, nam ille singulos quod gemini sint, ob antiphoniam partitur in binos, pronunciarī sub persona uel angeli, uel prophætæ, qui miretur quam ob rem humana temeritas consurrexerit aduersus filium dei. Quintum demum tribuendum p̃sonæ patris, Disrumpamus uincula &c. Diuersum sentit Hilarius, primos etiam tribuens Deo patri. Atq; in hanc sententiam adductus est, auctoritate Lucæ, qui quum descripserit ecclesiā, his uerbis alloquitur deū, qui per os patris nostri Dauid sancti pueri tui dixisti. uideatur sermonem hunc accōmodare patri. Addit & aliud argumentū, quod quintus uersus diapalmate distinguatur a quattuor primis, quæ res uidetur indicium mutatæ p̃sonę. Sed huic rationi diffidere uideatur ipse. Subijcit enim, in Hebræorum libris nō annotari diapalma. quod si maxime adscriberetur, non p̃tinus indicaret mutatam personam, quum aliquoties significet harmonię genus nouatum. Ceterū in actis nō agebatur de p̃sona loquentis in uaticinio, quum quicquid quacuncq; sub p̃sona dixerunt uates, hoc per eorū os deus loqui dicebatur. Deinde si p̃sonæ patris hic sermo tribuatur, dure cōgruet quod sequitur: Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. perinde quasi de alio quopiam, non de se loquatur. Hac igitur in parte sic ab Hilario dissentio, ut tamen nō in totū assentiar Hieronymo. Quorsum enim attinet hic comminisci p̃sonam angeli, quum totus sermo adamussim quadret in personam prophætę Dauid, qui spiritu cœlesti adflatus, hoc iam tum cernebat internis oculis, quod tot seculis

A s post

Exordiū
ppheticū.

post gestū est in Christo. Porro sermonis abruptū initiū cōgruens
adflato numine, & tropus ipse facit ad emphasim indignitatis. Quid
enim infanius, quam principes, reges, ac populos cōiuratos illi mo/
liri exitiū, qui uenerat seruādis omnibus? Et uenerat missus a deo pa/
tre, cuius cōsilijs frustra reluctat humana temeritas. Venerat tot an/
te pphetarum oraculis pmissus utriq; populo, Iudæorū, ac gentiū,
sed p̄cipue Iudæorū, tot figuris adumbratus, tot sæculis exoptatus.
Veni.
Quid enim aliud sibi uolunt illæ piorum hominū uoces, Veni do/
mine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel? Promissus
erat lenis ac māsuetus, beneficus in omnes, seruator omnium, qui gra/
tis tolleret in se peccata totius mundi, qui sublato duro legis Mosai/
cæ iugo, per fidem & gratiam euāgelicam inuitaret omniū natio/
num homines, siue reges, siue humiles, siue doctos, siue indoctos, si/
ue seruos, siue liberos, ad dignitatē filiorū dei, ad felicitatē immorta/
lis uitæ. Deniq; pmissus est nō iudex, non uindex, sed redēptor, sed
assertor, sed seruator. Quid tetrius peccato? Hoc gratis sustulit, qd
pulchrius, qd amabilius innocētia? Et hāc de suo largitus est. Quid
honorificētius, quam adoptari in cōsortium filiorū dei? Ab hoc ho/
nore nullus excludit. Quid grauius importabili iugo legis Mosai/
cæ? Et hoc nobis detraxit. Quid dulcius libertate? hāc cōtulit. Quid
magis expetēdū, q̄ cœlestis imortalitas? Huius ille certissimus sp̄s
for est. Talis erat ille pmissus, qualē merito totius mūdi nationes de/
buerant amplecti. Nec alius uenit q̄ fuerat pmissus. Opulentia pa/
rere solet inuidiā, Ille nullas opes nec habuit, nec ambijt. Multis odi/
um cōciliat potētia, Ille se p̄fessus est alienum a regnis huius mundi.
Mediocribus etiam beneficijs paratur hominum beneuolentia, Ille
gratis ac prompte semet effudit iuuādis om̄ibus, pauit esurientes, sa/
nauit ægrotos, restituit m̄acos ac debiles, cæcis oculos, surdis aures,
mutis linguā reddidit, salutifera doctrina blande ac placide mōstra/
bat omnibus æternæ fælicitatis uiam. Optimo p̄inde iure propheta
demirat̄ aduersus talē, tātum, tam beneficū, tam amabilem, cōoriri
gentes, moliri populos, insurgere reges, armari principes. In unius
p̄niciem cōiurant om̄es, qui unus ad omniū salutē uenerat. In eum
om̄es om̄ia sua cōsilia cōferunt, qui se totū impendit omnibus. Vn/
de tumultus iste? Vnde cōspiratio tam insana? Nimirū quia nihil hā
bebat

bebat Christus cōmune cum mūdo. Et idcirco mūdos illū auersatus
est, uelut auocantē ab his, quæ filij huius sæculi p̄tinaciter adama/
bant. An nō statim ad Christū natū impius hic ac superbus mūdos in/
horruit? Simul atq; cognitū est. Magorum indicio, natum esse Mes/
syam, tenuis adhuc rumor erat, tamen quid audis narrantem Mat/
thæum? Turbatus est rex Herodes, & omnis Hierosolyma cum il/
lo. Cōuocant̄ Scribæ, exquiritur locus natalis dictus Messyæ, exqui/
ritur a Magis tempus quo illis uisa fuisset stella, cuius indicio fuerāt
exciti, fraudulento cōsilio rex agit cū Magis ut pdant infantē. Mox
sequitur in ætatem innoxiam. Postea uero quam cœpit editis miracu/
lis inclarescere, cœlestiq; doctrina, Pharisaicæ doctrinæ tenebras of/
fundere, ac diuinæ nature ueluti scintillulas aliquot p̄ferre, Quoties
in illum fremit populus, nunc ad lapides accurrens, nunc in montis
abrupta ducēs, ut illinc p̄cipitem daret. Quoties illū adorti sunt Pha/
risei, Sadducæi, Herodiani, captiosis quæstiunculis conātes illum il/
laqueare. Quoties inierāt Scribæ & Pharisei clanculariū cōciliū, ut
Iesu manus inijcerēt, & iniecissent, ni metuissent turbā. Mittuntur a
Phariseis satellites, qui illū in tēplo docentē uiolarent. Subinde uarijs
studijs inter se fremit populus, alijs dicētibus, bonus est, alijs contra
negantibus. His affirmātibus eum esse unumquēpiam e prophetis
qui reuixisset; illis suspiciōibus eum esse Messyam. Tandē & Hero/
des Tetrarcha eius filius, q̄ pueros occiderat Bethlemiticos, ex his
quæ rumore cognouerat infensus Iesu, captabat occasionē occidēdi
eū. Ast ubi liuor & odiū Phariseorū semp̄ in maius gliscens, certum
p̄positū cōceperat occidēdi Iesum, quoties cōcurrit in cōciliū a
Scribis, a Phariseis, & senioribus populis? Adhibet̄ p̄tōficum autho/
ritas, Annæ & Caiphæ, in cuius sacris edibus impiū hoc negociū
peragebat. Præsidis autoritas cogitur seruire Iudæorum uesaniæ,
Ad huius p̄torium non solum Scribæ & pharisei, sed uniuersus etiā
populus conuenit, Hos tumultus omniū ordinum, has cōspiratio/
nes, hæc concilia, quū nobis luculentissime describat Euāgelica nar/
ratio, nonne merito demiratur p̄pheticus animus, ista p̄uidens futu/
ra, quæ nos facta legimus, & credimus, hoc est, fidei cernimus ocu/
lis, dicēs: Quare fremuerūt gentes, quam particulam quidā proprie
referunt ad cohortem Pilati p̄sidis, quam legimus cōuenisse in atriū
presidis,

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

Populi. præsidiis, ut illuderent damnato Iesu. Proximā particulā, & populi meditati sunt inania, referunt ad populum Iudaicū, ex varijs nationibus conflatū, quæ tum religiōis causa Hierosolymā cōfluxerāt. Præsidiis milites, ut alieni ab omni religiōe, & ipso uitæ genere uolenti crassiq; fremūt incōdito motu, nullo nō ludibrii genere debachantes in dominū, omnis gloriæ fontem. Iudæi meditātur inania, dum pueris studio legis, frustra psequuntur eū, quem lex ipsa pmisserat, ac designarat: Expediit, inquit, ut unus moriatur p populo. Vitant diem festum, & incidūt in diem festum. Sic & Paulus, dum studio legis seuit in discipulos domini meditabat inania. Et hodie meditantur inania Iudæi, qui circūcisiones, sabbatismos, Iotiones, delictum ciborū mordicus tenentes, cōtemnunt Euangelicā doctrinā, per quam salutē adsequi poterāt. Et ne populi furor parū ualere aduersus innocentē, aduerūt uelut authores huic tumultui reges terræ, nimirum Herodes, ac Pilatus. Sic enim interpretatur ecclesia apud Lucam in actis apostolicis. Nam hic Herodes erat tetrarcha Galileæ, quem admodū testat Mattheus cap. 4. atq; eundē in commētarijs Diuus Hieronymus adpellat. Quin & Marcus capite sexto tribuit illi regis cognomen. Pilatus autē rex nō erat, sed p̄s Iudæe. sed in hoc erat Cæsar, cuius uices gerebat in ea puincia. Cæsarem autem populus Iudeorum impijs illis conuictis apud p̄sidis p̄torium sibi regem ascuerant, uociferātes: Nō habemus regē, nisi Cæsarem. Quidam uolunt esse hypallagen numeri, ut reges dicti sint, quorum alter dūtaxat erat rex. Sed mollior erat tropus, ut omneis qui publica potestate funguntur, reges adpellantur, p̄sertim cum addatur reges terræ. Imo sermone pphetico maxime cōueniebat numerus multitudinis, qui semp sese latius porrigit. Non enim solū spectat ad illos, per quos tum Christus fuit damnatus, uerum etiam ad eos, qui ante aduentum Christi psequuti sunt illum in suis prophetis, quiq; post psequuti sunt eundē in ipsius apostolis, & hodie nōnunquam persequuntur in his, qui pure docuerit Euangelicā ueritatē. Et principes cōuenerunt in unum, uidelicet scribæ & pharisæi, cū senioribus populi. Hi sectis inter se discordes, quin & odijs priuatis dissidētes (nunquam enim inter auaros, supbos & inuidos cōcordia est) aduersus Iesum concordēs, congregantur in domū Caiphæ. Quin & ipsi reges Herodes

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.
 ges Herodes et Pilatus ante discordes, in domini necem cōsentiunt, et ex eo tempore coit inter eos amicitia. Hæc sunt impiorum fœdera, qui nunquam concordēs sunt, nisi ad lædendum innoxios. Subnotat et illud Hilarius, quo Herodes ac Pilatus reges terræ dicti sūt, qui iure terrenæ potestatis insurrexerint in eum, qui prædicabat regnum cœlorum. Caterū pontifices, scribæ, pharisæi et seniores tantum principes adpellantur, non autem principes terre, aut principes sacerdotū, quod et ius terrenæ ditionis perdidissent, regno translatō in Herodē ac Cæsarem, nec iam mererentur dici principes sacerdotum aut populi, qui cōsilijs impijs coniuressent in authorem omnis sacerdotij dominum Iesum. Atq; hæc quidem, ut fateor argute dici, ita mihi nō displicet simplicior interpretatio, ut utraq; pars uersuum ad idem ptineat. Quare fremuerunt gētes, ad populum Israeliiticum, et huic accinatur clausula, ueluti Echo referens et inculcans, quod dictum est, et populi meditati sunt inania. Rursus adstiterūt reges terræ, pertineat ad Herodem ac Pilatum, atq; huic rursus accinatur illa particula, et principes conuenerunt in unum. Hoc ne cui plane uidear adferre ex somnio capitis mei. Primum hoc factū docet Augustinus in uersibus qui sequuntur. Qui habitat in cœlis, iridebit eos, et dominus subsannabit illos. Repetita, inquit, sententia est. Nam pro eo quod est, qui habitat in cœlis, subsequēter positum est, dominus: & pro eo, quod est iridebit, subsequēter positum est subsannabit. Deinde cōstat hoc sermonis genus, in prophetis literis esse frequētissimum, ut sensum quem prior uersiculi pars expressit, posterior aut recinat alijs uerbis eūdem, aut cōsimili sentētia referat, aut cōtraria respōdeat. Primi generis exemplū erit. Os iusti meditabitur sapiētiam. Huic accinatur, Et lingua eius loquetur iudicium. Secundi, Iustus ut palma florebit. Cui simile est, qd succinatur. Et sicut cedrus libani multiplicabitur. Tertij. Esuriētes impleuit bonis. Id infigitur cōtraria sentētia. Et diuites dimisit inanes. Neq; hic sermonis color in mysticis hymnis frequētissimus solū pro nobis facit, uerum etiam autoritas ipsius Lucæ, apud quem ecclesia sic interpretatur hūc locum. Cōuenerūt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctum tuum filium Iesum, quem unxisti Herodes & Pontius Pilatus, & populus Israel, pro eo quod bis erat dictum. Reges terræ & prin/

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

*Aduersus
dominũ.*

& principes simplicem sensum reddunt de Herode & Pilato. Item quod repetitum erat: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, nihil aliud interpretatur, quam populum Israeliticum, in quo continentur & pontifices, pharisæi, scribæ, & seniores. Atrox uero coniuratio sit oportet, quæ tanto tumultu, tantoque consensu principum ac populorum peragitur, omnia sua consilia, totas opes & uires, & quicquid auctoritate, quicquid potentia, quicquid ingenio fraude possunt in unum conferentium. Id si fieret aduersus potentem hostem Reipublice, nihil est mirum aut indignum. Nunc audi de mentiam & indignitatem huius conspirationis. Concurrunt gentes, machinantur populi, instant reges, congregantur principes. Aduersus quem? O rem impiam, Aduersus dominum, & aduersus Christum domini. Cuncti reges quamlibet potentes, aut opulenti, cuncti principes, quantumuis pollent uiribus, uniuersum mortalium genus, quamlibet numerosum, quid aliud sunt quam ephemera animalcula, si conferantur ad Deum, qui semper est, & initio carens & fine, qui nutu suo condidit ac moderatur omnia quæ in cælis, & quæ in terris, qui potest & nutu perdere, si libeat, uniuersa. Tam imbecilles igitur conspirare aduersus omnipotentem dementia est. Sed ingratum etiam & impium est conspirare aduersus eum, cuius bonitati debent hoc ipsum, quod sunt, quod uiuunt, quod sapiunt, quod uiribus, aut ingenio possunt. An non erat istud ingratitude extremæ, etiamsi nihil nouæ beneficentiæ addidisset? Nunc ubi uideret genus humanum uniuersum teneri miserima simul ac turpissima tyrannide diaboli, uersari in altissimis ignorantie tenebris, seruire idolis, seruire turpitudini, ruere præceps in æternum exitium, misertus nostri, misit unicum filium suum, non armatum, non formidabilem, sed unctum gratia, sed mansuetudine bonitateque amabilem, cuius morte nos reconciliaret sibi, cuius doctrina discuteret tenebras nostras, cuius ductu nobis aperiret uiam ad uitam immortalem. Et aduersus talem conspirat principum ac populorum cæcitas: uel potius impietas. Vides lector & hic obseruatur quod admonuimus aduersus dominum, ad patris refertur personam, aduersus Christum eius, pertinet ad filium. Pater erat in filio, quemadmodum scribit Apostolus Paulus, mundum reconcilians sibi, Quisquis igitur repugnat filio, repugnat et patri. Quisquis

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

tri. Quisquis agnoscit patrem, & filium debet agnoscere. Sed diabolus erat in mundi principibus, ac populis, frustra belligerans aduersus consilium dei. Non illi nouum est, rebellare deo suo, contra quem statim ut conditus est, mouit seditionem, quod tum per se gerebat in cælis, hoc post per sua membra gerebat in terris. Reges terræ sunt, nec aliud, quam terrena sapiunt. Oderunt cælestia. Quod Græci dicunt Christum, Latini unctum, Hebræi Messiam uocant, quo nomine Iudei peculiariter designabant eximium illum prophetam, prophetarum oraculis promissum ad salutem omnium gentium. Unctio uero non solum erat regum apud Hebræos, uerum etiam sacerdotum, quemadmodum nunc est omnium Christianorum, quos Petrus sacerdotum & regale genus appellat, propterea quod per Messiam nostrum adoptati sumus in ius & consortium filiorum dei. In Christum uero & triphariam competit uncti uocabulum. Primum sacerdotum nomine. Siquidem is erat unicus ille sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui sacrosancti corporis sui uictima Deum patrem ex offenso propitium nobis reddidit, qui sanctissimi sanguinis sui lauacro purgauit omnia peccata creditum in ipsum. Deinde regni nomine. Data est mihi, inquit, omnis potestas in cælo & in terra. Nimirum hic erat ille promissus sanctus sanctorum, qui antiquauit omnem Iudeorum unctioem, quibus iam nec sacerdotium est ullum, nec regnum. Tertio congruit in eum uncti uocabulum ob plenitudinem gratiæ diuine, quæ in illo habitauit corporaliter, ut inquit Paulus apostolus, De quo testificatur & Ioan. Euangelista: Cuius gloriam uidimus, plenum gratia & ueritate. De cuius plenitudine accepimus omnes. Hic est enim unctus ille, de quo spiritus loquitur in psalmo: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea quod unxit te deus, deus tuus oleo letitiæ præ participibus tuis. Olim uenturus est iudex uiuorum & mortuorum in maiestate patris cum agminibus angelorum formidabilis, non impijs modo, uerum etiam iustis, nimirum in illo die tremendo, quando cæli mouebuntur, & uix iustus seruabit, quemadmodum scribit Petrus apostolus, tantum aberit, ut peccator possit subsistere. Sed interim uenit unctus, blandus, adfabilis, placabilis, beneficus, comis, mansuetus, seruator non ultor, reconciliator, non iudex, expositus omnibus ad bene merendam citra personarum exceptionem, nisi quod humiles magis amplecti uidebat. Hoc olim

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

Hoc olim de illo uaticinatus fuerat Esaias, ex quo Christus apud
 Lucam pronūciat de se proditum oraculum: Spiritus, inquit, domi-
 ni super me, eo quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me,
 sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis ui-
 sum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum domi-
 ni acceptum, & diem retributionis. Quis huiusmodi Christum nõ
 amet? Quis adueniētem nõ excipiat, nõ amplectat, nõ exosculetur?
 Et tamen hūc talem auersatus est mūdus, cæci fugere lucem, seruire
 demptorem, ægroti medicum, mortui uitam. Quin & illud anno-
 randum, quod Propheta patrem designās absolute dixit dominum,
 ut omnīū dominum declararet, quum regibus addidisset terram, fi-
 lium autem nõ simpliciter adpellauit Christum, sed Christum eius,
 nimirum dignitatem illius notās, qui solus peculiariter esset unctus
 a deo. Habet & hic mundus Christos suos, reges ac sacerdotes, quo-
 rum nõnulli cutem habēt unctam, sed mentem inunctam. Ungunt
 homines caput, unguunt scapulas, unguunt thoracem ac pectus, uel ad
 umbilicū usq; frustra homo ungit hominis corpus, nisi spiritus cœ-
 lestis unxerit animū. Et ideo sæpe uidemus principes semel atq; ite-
 rum unctos nihilo secius ob crudelitatem, ambitionem, auaritiā in-
 tolerabiles esse populo. Habet deus unctos suos, quos non uult lædi
 ab ijs, quos unxit mundus. Sic enim loquitur in Cātico Asaph. Nõ
 dimisit quenquam calumniari eos, sed increpauit pro eis reges. No-
 lite tangere Christos meos, & in Prophetis nolite malignari. Quis-
 quis habet animum illustratū lumine fidei, ea credens, quæ non ui-
 det, ea sperās, quæ nõ adparent, ppheta est, & unctus est. Docet hoc
 Ioannes apostolus in epistola sua: Vos, inquit, unctionem habetis a
 sancto, & nostis omnia. Verum hæc unctio sicut nobis gratuito da-
 tur ex benignitate dei, ita frequenter nostro uitio perit. Ideo subdit:
 Et uos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et Pau-
 lus Corinthijs scribēs, docet hæc unctio, neq; simili genere, neq;
 q; pari mensura cōtingere omnibus, sed alijs alias dotes distribui, iu-
 xta mensuram fidei. Sed Iesus peculiariter quadam ratione dicitur un-
 ctus domini, & apud nos Christi nomen solus obtinet, quod hūc nõ
 guttis aliquod gratiæ deus imbuerit, sed affatim in hunc effuderit,
 quicquid in uniuersos unquam collatum fuit, aut conferrī potuit.

Christus

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.
 Christus enim humanæ naturæ uocabulū est. Non enim unctus di-
 citur, nisi quatenus homo. Simili discrimine nos quoq; dicimur filij
 dei, sed quoniā ille singulari ratione fuit filius dei, idcirco paterna
 uox proprie de hoc testata est: Hic ē filius meus dilectus, in quo mi-
 hi complacui. Aderat eodem tempore columbæ species inuidens il-
 lius sacro uertici, declarans omnibus hūc esse uerū illū Messyā, quē
 deus omni plenitudine gratiarū unxisset, de cuius plenitudine nos
 omnes acciperemus. Exhaustiri non potest, in quo inhabitat omnis
 plenitudo diuinitatis corporaliter. An non igitur optimo iure demi-
 ratur oculus ille propheticus, tanto molimine coniuratisq; consilijs
 reges & populos tendere aduersus deum omnipotentem, aduersus
 quem nec uis est ulla, nec cōsiliū, & aduersus Christum eius? Cui
 quisquis aduersatur, aduersatur & deo patri. Sed hunc mūdi tumul-
 tum cooriturum aduersus Christum, ueteris testamenti literæ non
 uno in loco prædicunt oraculis, & adumbrant figuris. Audiamus
 ipsum Christum sub persona Hieremiæ, & per os eiusdē loquentē
 patri: Tu autē dominē demonstrasti mihi, & nõ cognoui. Tu ostē-
 disti mihi studia eorum, & ego quasi agnus māsuetus, qui portatur
 ad uictimam, & nõ cognoui, quia super me cogitauerunt consilia.
 Mittamus lignum in panem eius, & ne memoretur nomen eius am-
 plius. Audis studia, audis consilia, cōcordantium suffragiorum uo-
 cabulū, audis mortis genus. Mittamus lignū in panem eius, corpus
 illius suffigamus in crucem. Quin & apostolis cæsis denunciatum
 est, ne prædicarent nomen illius. Ad hoc pertinet illud: Et ne memo-
 retur nomen eius amplius. Porro cum illa legimus quæ sunt in lib.
 sapient. cap. secūdo. Nonne uidemur audire phariseos, scribas, An-
 nam, Caiphā, philosophos, breuiter omnes, qui diligūt hunc mū-
 dum conspirantes aduersus Christum? Circumueniamus, inquit,
 iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus no-
 stris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata
 disciplinæ nostræ. Promittit se scientiā dei habere, filium dei se nomi-
 nat. Factus est nobis in traductionem cogitationū nostrarum. Gra-
 tæ sunt nobis etiā ad uidendū, quoniā dissimilis est uita illius, & mu-
 tata sunt uiæ eius, tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, & abs-
 tinet se a uijs nostris, tanquā ab immundicijs, & præfert nouissima

B iustorum

iustorū etiā, gloriatur patrē se habere deū. Ac mox: Morte turpissi-
 ma condēnemus eū. Hanc mundi conspirationē in dominū Iesum,
 iam olim præludebat ænigmate fatidico, coniuratio fratrum aduersus
 Ioseph, quemadmodū refertur Genesis cap. trigesimo sexto. Qui cū
 uiderent eū procul, antequā accederet ad eos, cogitauerunt eū occi-
 dere, & mutuo loquebantur: Ecce somniator uenit, uenite occida-
 mus eū, & mittamus in cisternā ueterē, dicemusq; fera pessima de-
 uorauit eū. Accusant eū fratres de crimine pessimo, & pharisæi Chri-
 sto inpingunt blasphemiam, quodq; foedus haberet cū Beelzebub
 principe dæmoniorū. Dissident in cōsilijs fratres Ioseph, sed in mali-
 ria cōueniunt. Et ex pharisæis quidā dicebant, non in die festo, ne
 forte fiat tumultus in populo. Et tradamus hūc Pilato, ne uideatur a
 nobis interfectus. Quin & ipse dominus Iesus hanc in se conspiratio-
 nē pulchre depinxit parabola Euangelica, in qua coloni quū seruos
 alios post alios missos tractassent inclementer, quosdā etiā occidit-
 sent, tandē & aduersus filiū cōspirāt, dicētes: Hic est hæres, uenite oc-
 cidamus eū, & nostra erit hæreditas. Rursus in alia parabola, con-
 iurati mittunt illi legationē obuiā, dicētes: Nolumus hunc regnare
 super nos. Sed horū omnium conatus nihil aliud, quā illustrauit sapiē-
 tiā ac bonitatē consilij diuini, & ipsos declarauit dignos exitio, qui
 pertinacibus animis cōiurati fuerint aduersus totius salutis autorē.
 Nos autē fratres charissimi, si uere Christi mēbra sumus, ne miscea-
 mur impio cōsilio, sed pijs studijs amplectamur Christū domini. Iu-
 dæorū autē obstinatā cæcitatē execrantes uel miserātes, dicamus cū
 propheta Dauid: Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt
 inania. Adstiterūt reges terræ, & principes cōuenerūt in unū aduer-
 sus dominū & aduersus Christū eius. Sed cū Christi discipulis forti-
 ter dicamus: Disrūpamus uincula eorū, proijciamus a nobis iugū ip-
 sorū. Hic postremus uersiculus, sub cuius persona dicatur, nō satis cō-
 uenit inter autores. Tertulianus sacrarū scripturarū sine cōtrouersia
 peritissimus, sic subinde citat hunc uersiculū, ut eis accomodet, qui
 crediderūt ex Iudæis ac gentibus, qui gaudētes Euāgelica libertate,
 legis onus conabātur excutere. Subscribit huic Arnobius: Gentes,
 inquit, fremūt aduersus Christū, quia idolis finē imposuit. Populi, id
 est, Iudæi meditantur inania, distinctiones ciborū, & sabbatorū fe-
 rias at.

rias attendentes. Vtrorūq; uincula disrūpēda, & ab horū sententiā mi-
 nimū abest Hilarius, hæc uerba tribuēs apostolorū persone, qui uin-
 cula gentium disruperūt, quæ peccatorū suorū fascijs cōstringebant,
 dū eos qui perfidē in Christū & Euangelij gratiā, aqua tinctos libe-
 rant semel ab omnibus uitæ superioris delictis, Iudæorū iugū abijci-
 ciunt, dū Mosaicæ legis ceremonias, circūcisionē, sabbata, neomeni-
 as, baptismata, ciborū delectus, uictimas. Cæteraq; quæ, ut in actis
 ait Petrus, nec ipsi portare potuerūt, nec patres eorū, docent iam esse
 spernēda, quippe quæ uelut umbras oportebat ad coruscantē Euan-
 gelij lucē euanescere. Nec ab his in re multū dissentit Hieronymus,
 qui putat hūc sermonē esse domini Iesu, cohortātis populos gentium,
 ut omnes qui sibi ex Iudæis credituri essent, legalia uincula dissoluāt,
 & graue onus legis abijciāt, sed sequant eū, cuius iugū suauē est, &
 onus leuē. Solus Augustinus meminit diuersæ sententiæ, sed sic ut ip-
 se uideatur eius autor. Nā existimat hunc uersiculū aptius referri ad
 personā eorū, quos paulo ante propheta dixit tumultuātes ac medi-
 tantes inania. Quorū animis hæc impia uox digna sit: Disrūpamus
 uincula eorū, & proijciamus a nobis iugū ipsorū, ut itelligamus hos
 esse, qui dicunt deo: Recede a nobis, scientiā uiarū tuarū nolumus,
 in quorū typū Gelareni rogant Christū, ut excederet finibus ipso-
 rū, quiq; dicunt in parabola: Nolumus hunc regnare super nos. De
 trectat mūdus iugū Euangelicū, malens ferre durissimū iugū diabo-
 li, quā submitti suauē iugo dei & Christi eius. Hanc interpretationē
 solā sequit Cassiodorus, quā tamē Aug. sic anteponit alijs, ut diuer-
 sas nō improbet. Mihi magis arridet, quod solū uideo placuisse ue-
 rustis interpretibus. Quoniā autē ex historia ueteris Testamenti
 satis liquet Hebræos gentē fuisse rebellē ac duræ ceruicis, data est il-
 lis lex grauis aut rigida, ut qui tāquā filij nō poterāt obtēperare præ-
 ceptis dei, tanquā mala mancipia, legis duritiē, ueluti cōpedibus ac
 iugo cohercerent a maleficio, & ad officiū pertraherent. Inde circū-
 cisio delectus ciborū, obseruatio nouiluniorū, baptismatū, ieiunio-
 rū, uotorū, uictimarū, ne quo se possent uertere, quin occurreret le-
 gis præscriptum, ceu cancelli non sinentes illos suo uiuere arbitratu.
 Proinde Paulus hanc legem, legem seruitutis appellat. Et huc nōnul-
 li scriptores orthodoxi referunt illud, quod legimus apud Ezechielē

D. ERASMI ROTEROD. IN PSALMVM

cap. uigesimo: Et ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent. Seruile iugum ac durū adpellat, non bonum. Dixit aliquis, quum deus sciret populum nō obseruaturū legem, quur illum tot præscriptionibus, tot obseruationibus onerauit? Nimirum ut quemadmodum Paulus docet, per legem agnoscerent morbum suū, & inciperent desiderare medicum, posteaquam agnoscerent suum peccatū. Porro qui legerit Acta apostolorum, & Paulinas epistolas, facile cognoscat quāto studio Iudæi, qui fuerant amplexi professionē Euangelicā, conati sint hoc onere grauare, nō eos solū, quos in Iudaismo deprehenderat Christus, uerū etiā gentes ab obligatione Mosaicæ legis immunes. Hoc agebāt passim pseudapostoli, qui Christum miscebant cū lege, quasi solus ille parum sufficeret ad dandam omnibus salutē. Hi Romanos primum in Iudaismum pertraxerant, Hi Galatas eodem retraxerant, Hi cæteris, qui crediderant in Christum libertatis autorem, hoc seruile iugum studebant imponere, iubentes eos circumcidi, ut in carne illorum gloriarentur, dicētes: Ne gustaueris, ne tetigeris, ne contrectaueris. Aduersus hostis uiribus ubiq; pugnat acerrimus Euangelicæ libertatis adsertor Paulus, qui nec Petro ueritus sit in faciē resistere, quod uideret illius exēplo periclitari quosdā ex gentibus ad Christū conuersos. Quid multis? Tam pertinax erat studiū quorundā Iudæorum, conantium gentibus imponere iugū legis Mosaicæ, ut eam ob rem coierit consiliū frequens utriusq; populi, cui præter cæteros præfuit Petrus & Iacobus. Erant autē pharisaicæ sectæ, qui hoc potissimū per tendebant, quod hæc factio superstitiosius etiā legis tenax fuisse legatur. Sic enim legis in Apostolorū actis cap. 15. Surrexerunt autem quidam de hæresi phariseorū qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præcipue quoq; seruare legē Mosi. Hi nimirū, de quibus paulo ante dixerat: Et quidā descendētes de Iudæa, docebāt fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Mosi, non potestis saluari: Facta ergo seditio non minima Paulo & Barnabæ, aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidā ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalē super hac quaestione. Ibi Petrus in hunc modum concionatus est: Viri fratres, uos scitis, quod ab antiquis diebus deus in nobis elegit p̄ os meū audire gentes:

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

gentes uerbum Euāgelij, & credere. Et qui nouit corda deus, testimonium, phibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificās corda eorum. Nunc autem quid tētatis deū imponere iugum super ceruices discipulorū, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus, sed p̄ gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodū & illi. Quum audis Petri uocem: Nunc ergo quid tētatis deum imponere iugum & c. Nōne satis expressisse uidetur tædium Mosaicæ seruitutis, quo laborare uidentur & illi, qui dicūt in Psalmo: Dirumpamus uincula eorum, & p̄iciamus a nobis iugum ipsorum, Nec dissimili sermone succinit Iacobus, Propter quod ego iudico nō inquietari eos, qui ex gentibus cōuertuntur ad deum. Cæterum quēadmodum p̄dictum erat, uti docet Paulus apostolus fore, ut reiectis ob incredulitatem Iudæis, gētes reciperent ad Euāgelij gratiam. Ita prædictum erat futurum, ut carnales ceremoniæ legis uerterentur in cultū pietatis spiritualem, ut circumcisio corporis uerteret in circumcisionem cordis. Sic enim loquit apud Hieremiam dñs. Nouate uobis nouale, & nolite serere sup spinas, circumcidamini dño, & auferte p̄putia corditū uestrorū, uiri Iuda & habitatores Hierusalem. Quod hic per pphe tam nouale uocat, in Euāgelio dixit, uinum nouū nō committendū uetribus ueteribus. Vtriq; concinit Paulus, negans esse Iudæum, qui pelliculam corporis habeat amputatam, sed qui mentem habeat repurgatam a crassis cupiditatibus, quæ militāt aduersus sp̄m. Quin apud Esaiam deus iam tum fastidit uetera ieiunia, ueteres uictimas, uetera sabbata, ueteres solennitates. Quare fastidiebat? Quia erant carnalia, & pater tales amat adoratores, qui in sp̄u adorāt ipsum. Spiritus est deus, & spiritali cultu delectatur. Poscebat hūc ordinem imbecillitas humana, ut prius esset quod carnale est, sed ita, ut p̄ carnem p̄ficeremus ad spiritum. Alioqui quid dicit dominus in Gene. Nō p̄manebit sp̄s meus in homine in eternum. Quamobrem non manebit? Quia caro est, inquit. Non auersatur deus carnis substantiam quam cōdidit, qui nihil cōdidit, quod bonum non sit, sed odit crassos & caruales affectus. Habuerūt ætates sæculi publicam quandam, ut ita dicam, infantiam suam. Huius pædagogus erat lex Mosaicæ. Habet & nostrum quisq; suam quandā infantiam in Christo.

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

Habet & ecclesia suas quasdam ceremonias, quibus fouet aetate imbecillum, donec robur colligat augescens in fide & charitate Evangelica. Tolerat deus ad tempus carnales, si paulatim extenuentur in spiritum, at non tolerat in aeternum. Portentum est, infantia perpetua. Tempestiuam pueritiam exosculamur, blandemur; fouemus in liberis nostris, uelut ostentum abominaturi puerum anno triginta. Quam diu ratio non exerit uim suam in nobis, haud ita multum differimus a brutis. Et quam diu tales sumus, meremur ut bruta animantia tractari. Fune ducuntur boues, iugo premuntur tauri, freno reguntur equi mulique, capistro ducuntur asini, nare trahuntur bubali. Sed quoniam haec non mutant naturam suam, & seruituti nata sunt, perpetuo iugo premuntur. At hominibus tantisper adhibetur iugum, donec explicet se uis rationis, donec emicet ignis charitatis Evangelicae. Christus tamen si per prophetas suos praedixerat ad Euangelij lucem euanitas umbras legis Mosaicae, ad Euangelij libertatem & gratiam, relaxandum esse iugum carnalium obseruationum, tamen ut omnes ad se pelliceret, obseruauit quidem ipse quod lex praescriperat. Sed tamen interim praeludit nonnunquam abrogandae legi, dum semel atque iterum sanat hominem in sabbato, dum discipulis patrocinauit aduersus phariseos calumniantes, quod spicas uellerent in sabbato, dum palam testificatur filium hominis dominum esse etiam sabbati, dum iubet eos ire ac discere, quid sit misericordia uolo, & non sacrificium, dum haec tenus damnat superstitiosam obseruationem earum rerum, quae ad tempus erant institutae, ut figuram haberent rerum spiritualium, quod harum praetextu negligenter ea, quae suapte natura, semperque pia sunt. Ad hanc libertatem gestiebant & apostoli, dum freti suo praecipite in uellendis spicis negligunt sabbatum dum non ieiunant, in quo ipso Christi patrocinio defensi sunt, dum audent peccatorum & publicanorum interesse conuiujs, dum negligunt pharisaicas, & Christo quoque damnatas constitutiunculas, de lauandis urceis & amentis, de lotionem manuum ante cibum, de lotionem corporis totius, si quando redissent a foro. Nimirum tamen rudes adhuc, ac plane iudaismum sapientes, unde & Christus eos paruulos uocat, hoc est, *υπηβου*, tamen ut sodales spiritus si ueluti gestiebant ad utrumque gustatam Euangelij libertatem. Et hinc totus ille fremitus phariseorum, inde concursus in scelerata consilia Annae & Caiphae.

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

& Caiphae. Sed discipuli Iesu nondum audent palam exerere uocem Evangelicam, Disrumpamus uincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipsorum. Nondum enim uenerat spiritus ille igneus, qui discerneret frigiditas ac superstitiosas obseruationum sabbatorum, neomeniarum, baptismatum, ieiuniorum, ciborum, & contactuum. Plus audet ebrj musto coelesti. Iam Petrus doctus nihil esse commune, quod deus sanctificasset, nec esse respectum personarum apud deum, sed omnes ex aequo aestimari fide Evangelica, non ueret congrederi cum Cornelio, non ueret totum onus legis depellere ab ceruicibus gentium, non ueret denique uesci quibuslibet cibis, Paulum monitorem patienter audit, & obtemperat. Quid aliud uociferatur eximius ille Iesu Christi praeco Paulus, in omnibus conditionibus suis, in omnibus epistolis suis, quam disrumpamus uincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipsorum, & tamen non desinit tumultuari synagoga proceres. Quoties hinc seditio mota est Paulo? Quoties in periculo fuit ne discerperet a Iudeis, nisi iudices Ethnici, Iudaeis equiores subduxissent hominem? A deo nulla pestis nocentior religioni, quam ceremoniarum superstitio, quum haec se potissimum religionis specie commendet. Quid multis, tam pertinax erat conspiratio synagoga aduersus Christum dominum, ut nisi pertinacissime clamasset Paulus, Disrumpamus uincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipsorum, in uinculis, in medijs uitae discrimenibus, Immo nisi mortuus etiam clamaret, adhuc circumcideremur, adhuc insuauis iugo legis Mosaicae premeremur. Graecia, quoniam mordicus adhaesit doctrinae Pauli sui, semper purior fuit a Iudaismo. Caeterum Augustinus tot annis post aetatem Pauli quaeritur conditio nem Iudaeorum fuisse potiore conditione Christianorum, & tantum in Africa fuisse Iudaicae superstitionis, ut temulentia, ut adulterium, caeteraque uitia pro ludo ducerentur ab his, qui crimen inexcipiabile putabant intra sabbatum, nudopede contigisse terram, propterea quod Africa, ut linguae commercio, sic etiam gentis cognatione iuncta fuerit Hebraeis. Roget aliquis, quae res commouebat phariseos, ut tantopere pro frigidis & inamoenis obseruationum digladiarentur aduersus Evangelicam libertatem? Hoc abunde docet historia Evangelica, Ambitio, auaritia, liuor instigabat illos. Populus rudis miratur ea quae uidet, nec ulla re facilius ducitur, imo deluditur, quam falsa specie

specie religionis. Regnum quoddam obtinebant pharisei, prescribentur populo, addebant onus oneri, quo magis illum haberent obnoxium, erant in precio, habebantur semidei, atque interim seruebant uentri suo, consulebant rei familiari. Quemadmodum autem tyrannis expedit, ut quam minimum sapiat, quam minimum generosi spiritus habeat populus, ita illis expediebat, ut populus iugiter in hac infamia perseueraret, ne quando iugum excuteret. Eximium est, Euangelicum est, sed difficile est imperare liberis. Tyranicum est, ac facile imperare asinis, ac stupidis. Itaque pro suo regno dimicabant pontifices ac Pharisei. Suis commodis priuatis populi malo seruebant. Et utinam aliquando finis esset huius tumultus aduersus Christum. Nulli saeculo defuerunt, nec ulli defuturi sunt sui pharisei, suus Caiphas, suus Herodes, suus Pilatus, suus populus phariseorum ac principum furori subseruietes. Quisquis fremit aduersus sermonem Euangelicum, tumultuat aduersus Christum. Quisquis conspirat aduersus praecones Euangelicae doctrinae, conspirat aduersus apostolos Christi. Nec alia res sic instigat mundum aduersus sermonem Euangelicum, nisi quae res incitauit phariseos aduersus Christum. Qui de mundo sunt, amant ea quae sunt huius mundi. Amant primos accubitus in conuiujs, amant ambulare in stolis & phylacterijs conspicui, amant saluari rabbi in foro, amant ocium, amant ex alieno uiuere. Diligunt opes, diligunt uoluptates carnis, diligunt tyrannidem. Et ideo non ferunt sermonem Euangelicum, quia contrarius est cupiditatibus ac factis ipsorum. Hinc illi insani tumultus, primum ex oriente a fucatis phariseis, mox adiunctis & alijs sectis, adiunctis pontificibus & senioribus. Inualescentes tandem, & e populo plerisque pertractis in rabiem, & prophana praesidis potestate, alieno furori seruire coacta ueluti omnibus copijs, ad certam uictoriam, & exitum Christi deuotis animis, perperant. Non enim adeo caecus est mundus quin intelligat ad opprimendam ueritatem, magnis opus esse uiribus. Quid interim humilis ille Christus? Defertur, capitur, ligatur, caeditur, damnatur, crucifigitur, moritur, sepelitur, insultant pharisei: Descendat nunc de cruce. Vah, qui destruit templum dei, alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Haec nimirum est uox mundi, uictoriam suam iactantis aduersus sermonem Euangelicum. Quid interea pusillus ille grex? Fugitat, latitat, mussitat. Et tamen

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.

tamen apud se non desinit, uel gemitu dicere: Disrumpamus uincula eorum, proijciamus a nobis iugum ipsorum. Iugum Ethnicorum, ut dicere coeperam, sunt fasciae peccatorum, quibus adstrictus erat ille paralyticus cui dixit Iesus: Remittuntur tibi peccata tua. Iugum phariseorum, sunt fasciculi constitutionum humanarum, quas illi iuxta testimonium Euangelicum colligunt, & imponunt humeris alienis onus importabile, quum ipsi digito nolunt tangere. Hos tantos laqueos, haec uincula, hoc iugum quomodo poterunt effugere simplices et imbecilles Christi discipuli, aduersus mundum tanto consensu frementem? An despondebit animum, an excusso suauis Christi iugo, ceruicem praebet in amoenis iugo mundi? Nequaquam, sed unde solatium? unde praesidium? Audiatur dominum suum: Nolite, inquit, timere pusillus grex. Ac rursus: Confidite, quia ego uici mundum. Habes solatium, nunc audi praesidium: Qui habitat in caelis iridebit eos, et dominus subannabit illos. Tantum abest ut terrae principes uictoriam auferant aduersus Christum, ut pro sperato triumpho risum & sanas sint reportaturi ex insano tumultu. Sed quid interim faciet pusillus ille grex. Num tumultu pugnabit cum tumultuante mundo? Num fraudem fraude, dolum dolo, uim ui repellet? Non arbitror. Quid igitur? Prius precibus implorabit opem sui principis, qui est in caelis, dicetque cum ecclesia apostolica, sublati in altum & oculis & manibus et animis: Et nunc domine, respice in minas illorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum. Paulus alligatus uinculis magistratum, non desinit tamen gloriari, sed uerbum, inquiens, domini non est alligatum. Non sunt exacerbandi mundi proceres, quoad fieri potest, sed non est omnino tacendum dei uerbum. Erunt in quos sit extergendus pulvis pedum, sed rursus erunt, qui cum gaudio excipiant sermonem Euangelicum, & ferent fructum, alius trigecuplum, alius sexagecuplum, alius centuplum. Sed priusquam altius ingrediar huius enarrationis pelagus, praestiterit aliquos scrupulos prius discutere. Primum de personis loquentis, mox de figura, formaque sermonis. Nam si quae praecedunt: Disrumpamus uincula &c. dicuntur sub persona discipulorum Christi. Quare et aliquis, cuius persona dicuntur haec: Qui habitat in caelis iridebit eos &c. Hilarius uidetur tribuere sermonem hunc personae prophetae, qui consoletur Christi discipulos, addens animum aduersus inania mun-

De personis huius loci.

C niamun/

nia mundi machinamenta. Sed rursus existit altera dubitatio, an totus hic uersus, qui constat duobus membris, pertineat ad unam personam, an altera pars pertineat ad patrem, altera ad filium. Hilarius subindicat hic quoque seruatam personarum discretionem, quemadmodum in eo, qui precessit: Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Quemadmodum enim contumelia communis est patri ac filio, ita uindicta communis est utriusque, quo quidem ex argumento colligunt, eandem patris ac filij naturam. Vis & operatio communis est utriusque, sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Ita communis est honor. Nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificauit patrem. Communis & contumelia, qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum, & ideo qui conueniunt aduersus dominum, conueniunt & aduersus Christum eius. Similiter et hic quos irridet alter, alter subsannat. At interim existit dubitatio, utra pars, utriusque personae sit accommodanda. Hilarij quidem sermo subobscurus est, quo locum hunc exponit. Tamen is uidetur prior partem tribuere deo patri, posteriori filio. Visum est enim patrem hac metonymia signare, qui habitat in caelis, non quod filius non esset in caelis, quantum etiam dicitur in caelis fuisse, quum mortali corpore uestitus uersaretur in terris, sed quod eo tempore, ad quod refertur haec prophetia: filius dei descenderat in terra, adsumpta natura humana, quum haec dispensatio corporis adsumpti, non competat in personam patris. Ac proinde nec missus unquam dicitur, sed mittens, quum filius ac spiritus sanctus mitti legantur. Ad haec studiosi rerum Hebraicarum, docent hanc particulam, qui habitat in caelis, esse unum e sacris cognominibus dei. Irridet igitur pater, subsannat filius, sed eadem est irrisio, eadem subsannatio. Diuus Augustinus, ut ante diximus, non arbitratur esse notatam discretionem personarum, sed eandem sententiam esse repetitam, uerbis dumtaxat immutatis, quod ante docuimus esse solenne in mysticis literis. Porro quum utraque sententia sit probabilis, ego tamen si quid habet momenti calculus meus, malim hac in parte Augustini iudicio subscribere. Atque haecenus de personis. Nunc de schemate sermonis, quod polliciti sumus praestabimus. Frequenter in diuinis literis adfectus humani tribuuntur deo, furor, ira, poenitentia, gaudium, dolor, misericordia,

De tropis huius loci.

sericordia, quum nihil horum cadat in naturam diuinam, quae prorsus est immutabilis. Sed ex rerum mutatione quae nobis accidit, iuxta consuetudinem mysticae scripturae adfectuum uocabula deo tribuuntur, ut irasci dicatur, quoties adflucti malis scelerum nostrorum poenas damus: furere, quoties durius adfligimur: misereri, quoties praeter meritum nostrum rebus latioribus fruimur, aut quoties mitioribus malis admonemur, ut respiscamus: poenitere quum ita uiuimus, ut illius beneficio prorsus uideamur indigni, quaeque sua munera quibus abutimur, aufert a nobis. In nobis igitur sunt adfectionum huiusmodi uel causae, uel effectus, quum deus semper sit tranquillus & immotus. Ergo quum ille sit immunis ab omnibus animorum adfectionibus, multo minus in illum competant adfectiones corporis. Mens est deus, se simplicissima, Corpus nullo modo dici potest nisi corpus dixeris rem, quae suapte natura subsistat: sed nobis irridet, qui rictu oris diducit, id phisici putant accidere motis spiritibus circa reticulum diaphragmatis, quod dirimit cor ab inferioribus, nasci dicunt e splene. Proficiscitur autem fere e gaudio, nonnunquam ex amarulenta quiritus dicitur Sardonius. Sublannat autem qui corrugato naso dei ridet. Nam nasum irrisioni dicauit antiquitas. Haec adeo non conueniunt in deum, ut probis etiam uiris habeantur indecora. Verum quo magis intelligatur scriptura sacra, suum sermonem ad nostros adfectus attemperat. Irridere dicitur impios deus, quoties illorum conatus in diuersum recidunt & molientes perniciem alijs, suis ipsorum consilijs illaqueantur. Est autem haec peculiaris ars, ut ita dicam, diuinae sapientiae, ita temperare conatus malorum, ut illorum impietatem uertat in suam gloriam: & exitium, quod alijs intentant, uertat in autorum perniciem, & in bonorum foelicitatem. Sic passus est Pharaonem aliquandiu seuire in populum suum, quo liberantis illustrior esset gloria, & omnibus palam fieret impium regem, cum impio satellitio, iuxta dei uindicta perisset. Eludit igitur quodammodo, qui sciens ac uidens patitur impietatem eorumque ferocire, donec semetipsum inuoluat exitio digno. Nimirum hoc est, quod legimus in cantico uirginis matris: Dispersit superbos mente cordis ipsorum. Rursus in alio psalmo: Ecce parturit iustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem. Audis molitiones conspirantium. Nunc audi quomodo illos

irrideat is, qui habitat in caelis: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in laqueum quem fecit. Converteretur dolor eius in caput ipsius, & in verticem eius iniquitas ipsius descendet. Similem uocem subsannantis audis in psalmo quinquagesimo sexto: Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Audis fremitus ac minas coniuratorum. Sed ut intelligas eum qui habitat in caelis, superiorem esse consilijs ac uiribus humanis: Exaltare, inquit, super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Nunc uide quemadmodum irrideat illorum impios conatus diuina sapientia: Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam: Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Item psalmo tricesimo sexto: Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem deridebit eum, quoniam prospicit quod ueniet dies eius. In eandem sententiam concionatur aeterna sapientia in prouerbijs Hebraeorum. Coniurant & illic impij dicentes: Insidiamur sanguini, abscondamus tediculas contra insontem, frustra, deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Sed quid illis respondet spreta sapientia? Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, quum uobis id quod timebatis aduenit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me. Simile quiddam inuenire licet, & in prophanorum poetarum literis. Apud Homerum Iupiter exitiabili somnio misso, spem facit Agamemnoni capiendae Troiae, quam Graecis omnibus eladem & exitium pararet. Vnde & ἀγκυλομήτις eum adpellat poeta, hoc est, obliqui consilij. Sic & apud prophetam mittitur spiritus domini mendax, qui fallat eos, qui nolebant audire spiritum ueracem. Deridetur & in euangelio diues ille, qui dilatatis horreis decreuerat suauiter ac sibi uiuere. Quid enim audit, uelut a deo subsannante? Stulte, hac nocte repositum abs te animam tuam, & haec quae congregasti cuius erunt? Paulus item scribens Timotheo, meminit spirituum impostorum, per quos in exitium pertrahuntur, qui pertinaciter conspirant aduersus spiritum ueracem Euangelij. Sic enim & idem docet Paulus: Deus stultam facit sapientiam huius mundi, & sapientes comprehendit in astutia

sua, tra/

sua, tradens illos in reprobum sensum, ut ea faciant quae non conueniunt, quoniam excaecati superbia, maluerunt seruire creaturae, quam agnoscere creatorem, ut ipsi sibi dignam erroris mercedem accersant. Iam si quis ad hoc uaticinium conferat historiam Euangelicam, is facile perspiciet, quoties, quot modis dominus e caelis eriserit ac subsannarit impiorum hominum consilia. Primus omnium exitium puero machinatur Herodes consulit scribas, expiscatur a magis tempus stellae, hortatur ut uestigent puerum, uelut ipse quoque, adoraturus si repertus esset. Quid hisce rebus profecit uulpina prudentia? Consulendo scribas, confirmat uaticinium ueritatem. Sciebant ex prophetia nasciturum in Bethlehem, atque illic natus est. Confirmatur & magorum narratio, qui stellae ductu peruenerant Hierosolymam. Rumor latius spargitur sollicitudine principis. Magorum pietas accenditur regis simulatione. Adorant pijs quem querebant, impius rex eluditur, magis angelo monitore per aliam uiam reuersis in regionem suam. Iam impotens ira, uulpinam pellem exiit, & arripit leoninam, palam furens, saeuit in aetatem etiam hosti miserabilem. Crudeli edicto iubet occidi, quicquid natum esset masculorum intra fines Bethlehemiticis, usque ad bimatum. Dilatat locum, ne possit falli uerbis prophetiae, quae forte Bethlehem dixerant, non uicium ipsum, sed quicquid circumiacentis territorij ad uicium pertineret. Dilatat aetatem, nec ulli parcitur, ne qua posset unus elabi. Atque his quoque rebus declarat se credere prophetiae, declarat se credere magis iam Christum esse natum. Atque hic rursus eluditur impia prudentia, primitiae martyrum Christo consecrantur, Christus qui solus petebatur, solus elabatur. Herodis immanitas exitio digna cunctis mortalibus declaratur. Aegyptus tunc superstitioso demonum cultui dedita seruatoris sui cunabulis consecratur. Deluditur & ille salutis humanae sempiternus hostis, qui per Herodem exitium Christo moliebat. Adoritur enim uarijs tentationum insidijs, ut si rationem diuini consilio certo potuisset elicere, salutem orbis impediret. Sed reuincitur a Christo, & reuincitur suo gladio. Tentabat ille fallere diuinae scripturae uerbis, eiusdem scripturae uerbis retunditur. Denique ita discedit, ut prorsus inuincibilem uideret, quem tentabat, nec tamen liquido cognosceret esse deum quem ut hominem uidebat esurientem. Huius satellites quoties cla-

C 3 mant

manit per hominum miserorum ora: Scimus quod sis filius dei, uanisti ante tempus perdere nos. Sed non accipit testimonium ab impuris spiritibus, qui caecorum & muliercularum testimonium non aspernabatur. Hic erat ille serpens callidissimum animal totius terrae, qui semel imposuerat ueteri Adam, per seductam mulierem, sed idem per nouum Adam suis artibus deluditur, nec prius sentit se uictum, quam quum ipse sibi certam uictoriam polliceretur. Quis enim expectaret per ignominiosum lignum crucis iter esse ad immortalem gloriam? Quis crederet supplicio parari regnum, morte uitam redimi? Hic erat astutus ille ueterator, qui per organa sua Phariseos & Scribas toties insidias struxit Iesu, captiosis interrogatiunculis uenantes, unde illum caperent. Nec aliud interim efficiunt, nisi quod & suam amentiam, & liuorem traducerent etiam apud imperitam multitudinem, & Christi gloriam illustrarent, & autoritatem confirmarent. Calumniatur illius miracula, uelut ea patraret praesidio Beelzebub. Ea calumnia uertitur in gloriam dei, dum argumentis irrefutabilibus Christus docet illa non posse fieri, nisi uirtute dei. Quo magis student illi detrahere apud populum, hoc magis excitant illius admirationem, humanam ac fraudulentam sapientiam ubique superante diuina sapientia. Nonnunquam & clam illi obmurmurant. Et hic deluduntur, dum Iesus respondet ad tacitas illorum cogitationes, & alias ita responsum temperans, ut recte percutiat illorum conscientiam. Iam dum lapidantium manibus elabitur, dum praecipitandus per medios cuneos euadit, nonne bis deluditur hominum conspiratio? Nam nec datur illis fauendi potestas in quem uolunt, & nobis declaratur illum sponte mortem pro nobis oppetisse, qui suo, non illorum tempore mori uoluerit. Ac ne singula persequens, tedio sim lectori, quam male cessit Iudaeis, quam bene nobis illud consilium, quod illis uisum est uehementer callidum, ut Iesus specie legitimi iudicij periret, quo sic ab omnibus scelerosus ac maleficus haberetur. Hic nihil agitur, nisi frequenti consilio Phariseorum, Scribarum, Seniorum & pontificum. Attrahitur & populus, ne quem latere possit illa sacrosancta uictima, quae pro totius mundi salute erat immolanda. Astutia suadebat illis, ne occideretur in die festo, sed impotens illorum furor, subseruit diuino consilio, cui decretum erat ab aeterno, ut uerum illud pharise die

se die paschae maclaretur. Pecunia redimitur opera discipuli ad prodendum dominum suum, atque hic dum nummos ad pedes abiicit, dum de seipso supplicium sumit, nonne graue testimonium etiam apud ipsos reddidit innocentiae Christi? Imo dum ipsi praepostera religione decernunt, & in hoc conuocato consilio, nummos eos non esse deferendos in carbonam, sed his agrum redemerunt, in sepulturam pauperum & peregrinorum, ut nomen etiam ipsum testaretur innoxium caput precio uenditum, nonne ipsi & suae maliciae, & Christi innocentiae testes esse uoluerunt? Dum per subornatos falsos testes accusatur apud impium sacerdotem Caipham, Dum in tali quoque iudicio reijciuntur illorum testimonia, nonne illorum malicia seruatoris eximiam illustrat innocentiam, in quem ne fingi quicquam potuit probabiliter? Dum ex officio suo uaticinatur Caiphaz; dum ex adiurato confessionem extorquet, dum scindit uestimenta sua coram omnibus, nonne suo testimonio confirmat consilium redemptionis? Nonne nostrae fidei consuluit, qui certius iam nouimus eum esse filium dei, uenturum aliquando cum angelis suis, ad iudicandum uiuos & mortuos? Nonne didicimus scissis uestibus abolendum sacerdotium Mosaicum? Nec aliter illis cecidit illud consilium, quod ut a se depellerent inuidiam mortis, quem sciebant innocentem, deducunt ad praetorium Pilati. Si quidem dum ethnicus ille, qui neque legem nouerat, neque uiderat Christum adentem miracula, neque docentem audierat, tot modis obnititur illorum uesaniae, ut innoxium eriperet, dum negat se inuenire in homine illum crimen morte dignum, dum religione diei festi, & Barrabae seditiosi homicidae collatione studet opitulari Christo tot beneficijs noto, dum flagellatum producit, quo uel supplicio satiatus illorum liuor mitesceret: dum ab uxore quoque submonetur, ne se contaminet sanguine innoxij, dum omnibus tentatis, tandem manus abluens, testatur sese immunem a sanguine CHRISTI: nonne haec omnia luideorum consilio procurata, miris argumentis confirmant innocentiam CHRISTI, etiam apud gentes? Ac dum Iudaei toribus implacabiles, uelut in rabiem acti, non caelant amplius amentiam suam, sed clamant: Crucifige, crucifige: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et: Non habemus regem nisi Caesarem,

farē, nonne palam faciunt omnibus, sese esse dignos exitio, quod po-
 stea legimus in gentē eam ingruisse? Pilatus damnando Iesum absol-
 uit, immunitatē præfatus, antequam damnationis sententiā pronun-
 ciaret non ex animo suo, sed ex illorum uelania. Qui deprecatur iu-
 dicij uindictā, nimirum innocentem pronunciat eum qui damna-
 tur: & qui se pronūciat immunem, grauat eos, quorū inuidiā oppri-
 mitur innoxius. Quod nec Euāgelista tacuit: Sciebat enim, inquit,
 quod per inuidiā tradidissent eum. Iudæi sese damnant apud tribu-
 nal, & in suum caput accersunt uindictā diuinā. Quid multis? Du-
 citur & ad Herodem, ut illinc quoq; referret innocētiæ suæ testimo-
 nium. Contemptū eum remisit Herodes non damnatum: & cōtem-
 ptum ob silentiū, non ob crimen, qui tamen multis nominibus accu-
 saretur. Legimus enim a discipulis admonitū Iesum, cauere, quod
 Herodes captaret occasionē occidēdi illum. Intellexit & impius rex
 & ininicus, hominis innocentiā. Fama duntaxat cognitum quære-
 bat occidere, conspectū dimittit: ex quo colligimus integritatē ani-
 mi in ipso domini uultu reluxisse. Iā chlamys coccinea, corona spi-
 nea, arundo sceptri uice data, colaphi, alapa, sputa, uerbera, cōticia,
 scommata, ludibria, & si quid aliud Pilati cohors ante suppliciū legi-
 tumum ex suo ingenio debacchata est in Iesum, dubiū non est quin
 instigatoribus Iudæis sit peractū. An non hic quoq; pueritas illo-
 rum subseruijt uaticinijs prophetarū, quę hæc ita futura prædixerāt,
 et insignem Christi nostri mansuetudinem orbi comendauit? Simi-
 liter quod genus mortis probrosissimū illis potissimum placuit, qd
 inter facinorosos crucifixus est extra ciuitatē, quod in monte, quod
 perfossi pedes ac manus, quod aceto potatus, quod in cruce pendēs,
 amarulentissimis cōuicijs impetitus est. Hęc præterquā quod ita p-
 curata sunt a Iudæis, quasi sollicitis, ne qua pars uaticiniorū de Chri-
 sto uideretur prætermiſsa, quo magis declarant insanū, & immedi-
 cabile odium Iudeorū in Christum, hoc magis illum commendant,
 & amabilem reddunt adfectibus nostris. Quis magis potuit resurre-
 ctionis fidem astruere quam isti, dum tanta sollicitudine publicam
 custodiam petunt a Præsidente: dum hoc non contenti, sepulchrū obli-
 gnant, ne clā uideri posset sublatus a discipulis. Postremo ubi uidēt
 tot cōsilijs nihil actū: ubi uidēt omnia in diuersum cedere, qui men-
 tem

tem discipuli pecunia corruerant, nūc mendacem linguam custo-
 dum mercantur magna, ut ait Euangelista, summa, ut dicerent ipsis
 dormientibus uenisse discipulos, ac furtim sustulisse corpus Iesu.
 Quid stolidius? Iam custodes passim narrauerant, quomodo expa-
 uissent ad fulgorem angeli, quid audissent illum loquentem cū mu-
 lieribus, quomodo uidissent sublatū saxum, quod hæcenus fuerat
 obliuiscitū, & maius erat, quam ut a paucis tolli posset. Nunc dormi-
 entes uident adrepentes discipulos, & suffurantes corpus Iesu. Quis
 hæc orbi fuerat psuasurus, ni Pharisaorū impia diligentia tot argu-
 mentis, pcurasset fidei nostre certitudinē? Nōne in his omnibus ma-
 chinamētis, qui habitat in cœlis irrisit impios tumultuātes in terris,
 & dñs subsannauit illos? Ille quem tot ignominijs ornarūt, in gloria
 est dei patris, quem funditus extinctum putabāt, salutē attulit omni-
 bus gentibus, quę mortuum existimabāt, reuixit, uicturus in æter-
 num, quę infra omēs homines deiecerāt, ac uermem reddiderāt, ac
 proiectamentum plebis, in toto orbe deus & homo colitur, & ado-
 ratur. Crux illa prius ignominiosa, gloria est principum, ac fidelium
 omnium. Ad nomē Iesu quod illi moliebātur funditus abolere fle-
 ctitur omne genu, seq; submittit omnis celsitudo cœli ac terræ. Quid
 ais infelix Iudæa, uides ut omnia tua consilia deus uerterit in diuer-
 sum. Vides ut in tuum caput iniquitas tua descēderit. Vides te in fo-
 ueam incidisse, quam foderas. Vides templum fūdītus dirutum, sic
 ut nec reliquiarum quicquam adpareat, religionem penitus extin-
 ctam, sacerdotium, legem, principatum, urbes, gentē, locū, breuiter
 nihil superesse, pter paucos uagos & exules ueteris insaniæ, calamita-
 tisq; testes, & hos ipsos nō alia re incolumes, quam Pauli cōmenda-
 tione, quę crudelissime psequerant, & Christianorū, quos insanissi-
 me oderūt, clemētia. Habes Iudæę infelix sanguinē innoxium accersitū
 in caput tuū, ac filiorū tuorū, frueri. Habes regē Cæsarē, Christo pla-
 tum, frueri. Ac ne sic qdem respicis, & agnoscis cæcitatē tuā. Ad-
 huc spiras odium in regē Iudæorū, quę nos adoramus? Quid tu sata-
 na, horū malorū author, & instigator? Nonne uides omnia tua consi-
 lia delusa cœlitus? Deuoraueras prædā, sed coactus es reuomere. Pa-
 rabas exitium humano generi, & maturasti salutē. Conabar is stabi-
 lire tyrānidem tuam, & pdidisti regnum. Agnoscis ne lignum illud,
 C s quod

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMUM

quod per tuos misisti in panem illius? Agnoscis ne triumphale signum,
ad quod pauitant tuæ cateruæ? Agnoscis ne nomē illud Iesu, ad quod
exiliunt fugiuntque dæmones? An nō merito uersis in diuersum re-
uicibus, uictor ille tibi uicto insultat? Vbi est mors stimulus tuus?
Vbi est mors uictoria tua? Ac dum uictus etiā ac prostratus in uicto-
rem recalcitras, dum iam olim Phariseos, ac reges gentium instinctu
tuo furere cōpellis in martyres, quod uinculis, carceribus, lapidibus, fla-
gris, eculeis, unguis, ignibus, quid tot horrendis tormentorum gene-
ribus, quid tot mortibus profecisti? Cōfirmasti fidem Christi, Cōsta-
bilisti simul, ac dilatasti regnū Christi, tibi tuisque membris gehennæ
cruciatu cōduplicasti. Partim debemus tuæ pertinaci uesaniæ, quod
in toto terrarum orbe gloriosum est nomē domini Iesu Christi. Et
quotidie tuos inuidos conatus irridet qui in cœlis est. Quotidie ma-
chinatiōes tuas subsannat dñs, qui nouit omnes insidias, ac tumultus
tuos suis uertere in bonū, & in cumulū felicitatis æternæ. Sed prophe-
tiæ tenorem persequamur. Sequitur enim: Tūc loquetur ad eos in ira sua
& in furore suo cōturbabit eos. Hic primum oportet meminisse, quod
superius dictum est nobis, diuinam naturam nullis perturbationibus
esse mirabilem, Sed per Synecdochen huiusmodi uocabulis signifi-
cari nō ipsum animi motum, sed quod ex animi commotiōe nasci so-
let in nobis, aut cōtra. Nobis enim quoties efferuescit sanguis circa
præcordia, commouemur ad uindictam: Proinde solēne est diuinis
eloquijs, iustam dei ultionē qua punit incorrigibiles iram adpella-
re: seueriorem aut extremā uindictam furorem. Rursum, quum no-
stra bonitate quis abuti, tægimur dolore, quia poenitet beneficii ma-
le collocati. Deus igitur poenitere dicit, nō quod aliquid præter spem
eueniat, aut imprudenti, qui præsciū est omnium antequam fiant,
sed præcessit aliquid, quod nobis adferret poenitudinem. Nō in ue-
teris tantum testamenti libris ultio peccatoribus inflicta, dicitur ira dei,
uerum etiam in nouo. Sic enim loquitur Ioānes Baptista in Euāge-
lio: Progenies uiperarum, quis uobis demonstrauit fugere a uentura
ira? Et Paulus ad Romanos: Reuelatur enim ira dei de cœlo. Idem
diem iræ uocat extremū illud tempus, quo quisque præmiū feret pro
suis factis, quum interim sit misericordiæ tēpus. Porro quod Latinus
interpret uertit furore, nō est Græcis *μωρία*, qua correpti, mēte capti
dicunt

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

dicunt, etiam si iuxta Philosophorum placita, ira nihil aliud est, quam
breuis infania, sed *δυσμωρία*, quæ uox Græcis aliquando simpliciter si-
gnificat animum, aliquando impetum animi uehemēter cōcitati La-
tini malūt animos dicere, quam animū, quoties hunc impetum intel-
ligi uolūt. Vnde Satyricus: Animosa a crimine sumūt. In Hebræis uo-
cibus aiunt esse minimū discriminis, ut adpareat, & hic esse repetitā
eādem sententiā, in ira, & in furore, quemadmodū superius in irride-
bit, & subsannabit. Nec interim est oscitanter prætereunda huius uo-
cis emphasis. Tūc significat enim diuersarum rerum consequentiā
ad ea quæ præcesserunt, indicat & tarditatem, & certū notique tēporis
habet significationem. Posteaquam igitur fremuerūt gētes, & popu-
li meditati sunt inania. Posteaquam reges terre cōglomerati, & prin-
cipes cōuenientes in unum, nihil nō machinati sunt aduersus domi-
num, & aduersus Christū eius, Posteaquam omnes illorum conatus
in diuersum cessit, ut eorum astutia merito uideri possit elusa, consi-
lio diuino, diuque & illi per cæcitatem animi sui debacchati sunt ad-
uersus redemptorē, & deus omnium rerum præsciū e cœlis subsan-
nauit illorū impia molimina, Tandem loquetur etiam illis. Quomo-
do loquetur, & quando loquetur? Loquetur illis in ira, & in furore
suo. Loquetur in illo die tremendo, quando iuxta Christi uaticini-
um, uirtutes cœlorum mouebūtur. Tunc horribili uoce loquetur
in ira sua, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabo-
lo, & angelis eius. Interim loquitur nobis in misericordia sua, tole-
rat, inuitat ad resipiscentiam, nihil nō facit, ut alliciat nos ad se. Au-
gustinus admonet hoc loco iram dei intelligi posse cæcitatem men-
tis, quæ consequitur eos, qui diu multisque modis ad poenitentiam pro-
uocati, bonitate dei sunt abusi, & inde facti sunt sceleratiores, unde
debebāt emēdari. Hanc iram uidemus ac dolemus adhuc in Iudai-
ce gentis reliquijs, quum uideant in Christo completum, quicquid
de Messya prædixerant ipsorum propheta. Quum ex Euāgelica hi-
storia discere liceat, non alium esse Christum, quam quem nunc to-
tus mūdus colit. Quum sentiāt sese irrisos nō solum a deo, sed etiam
ab omnibus mūdi nationibus, tamē adhuc maledicūt Christo in sy-
nagogis suis, & Messyam nescio quē alium expectant, quē nō uide-
būt nisi in die iræ, nec audient, nisi quum in furore suo conturbabit
omnes

Tūc quid
ualeat

oēs impios. Et quum interim ex ipsis malis sentiāt manifestā irā dei in se, tāta tamē est animi cecitas, ut nec tā insignis uexatio det intellectum auditui. Nimirū hęc est ira de qua loquit̄ Paulus scribens Romanis, Quia cecitas ex parte cōtigit in Israel, donec plenitudo gētiū intrarit. Hęc est ira quę tādē uenit sup illos in finem, ut idem ait, Nec in Iudeos solū, sed in gētes etiā, quę p̄tinaciter restiterūt Euangēlio dei, quēadmodum scribit Paulus ad Ephesios, Alienati, inq̄t, a uia dei per ignorantīā, quę est in illis propter cecitatē cordis ipsorū, qui desperātes, semetip̄sos impudicitie, & in operationē immūditie om̄is, in auaritiā. Et aliquāto post, Propter hęc enim uenit ira dei in filios diffidentie. Hęc interpretatio nihil quidem habet, qđ abhorreat ab orthodoxo sensu, mihi tamen magis probat̄, ut iram hanc, ac furorem dñi accipiamus ad afflictionem, & obiurgationem, qua deus pertrahit nos ad resipiscētiā. Sic enim ille subinde mutat uocem suam, nobis loquēs olim per p̄phetas, nūc per filium suū Iesum. Aliquando rerum successu puocat ad amorem eius, qui gratis tam multa confert immerentibus nōnunquam immis̄sis calamitatibus cōpellerē conat̄ ad p̄nitentiā. Interim p̄missis blāde inuitat, interim p̄nam minitās terrorē incutit, ut emēdemur. Quēadmodū pater nūc blandit̄ filio, ac donat aliqd adhortās ad officiū, nunc minat̄ abdicationem, nonnunquam & flagris castigat, ut sese recipiat ad frugem meliorem, & quemadmodū medicus nūc secat uritq̄, nunc lenibus unctionibus, ac malaginat̄is mitigat uulneris dolorē. Vis audire dominum, ueluti filio p̄missa mercedula blādientem? Honora, inquit, patrem tuū, & matrem, sicut p̄cepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam dominus deus tuus daturus est tibi. Libet audire seuerā illam obiurgatricē ac minacem domini uocem. Sic loquit̄ apud Esaiam: Veh genti peccatrici, populo graui iniq̄tate, semē nequam, filijs sceleratis. Dereliquerūt dominum, blasphemauerūt sanctum Israel, ab alienati sicut retrorsum. Super quo percutiam uos, ultra addentes p̄uaricationem? Ceteraq̄ p̄ multa, quę sequūtur in hęc sententiam. Quorsum autem pertinet hęc tam acris tamq̄ proluxa obiurgatio? Non alio quam amarū pharmacum datum agrotanti. Sed audi rursus apud eundem, hanc irę furorisq̄ uocem cōmutatā in uocem clemētie: Lauamini, mundi estote,

di estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersa, discite benefacere. Querite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata uestra sicut coccinū, quasi nix dealbabunt, & si fuerint rubra sicut uermiculus, uelut lilia alba erūt. Si uolueritis & audieritis me, bona terrę comedetis. Sed uæ illis, qui ad utrāq̄ dñi uocem p̄tinaciter surdi sunt. Nā istos manet, quod sequitur eodē in loco: Quod si nolueritis, & me ad iracundiā puocaueritis, gladius deuorabit uos, quia os dñi loquutū est: Quid hoc sibi uult, si me ad iracundiā prouocaueritis? Annō & ea quę p̄ceserunt tam multa, uidentur hominis uehemēter iratī? Sed quoniam ostendimus iram domini uindictam intelligi, duplicem uindictam accipimus: alteram misericordem, qua corrigit, alteram ultricē, qua perdit. Qui priorem uindictam obstinate contemnūt, hos tandem manet posterior. Quod ne nobis eueniat, clamat sp̄s sanctus i psalmo: Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hodie est, quam diu sumus i hac uita. Audiamus igit̄ hodie uocē eius, ut emendemur, ne post uolentes nolētes audiamus uocē eius, & pereamus in aternū. Verum huiusmodi uel sexcenta loca suppeditant nobis ueteris testamenti uolumina, in quibus subinde dñs cōmutat genus oratiōis suę, si cui uacabit p̄quirere. Nos fat habemus, unum aut alterum indicasse. Quin & in noui testamenti libris, tametsi p̄dicatur lex gratie, & annūciatur tēpus misericordie, tamē animaduertes utranq̄ dei uocem in filio loquentem nobis. An nō terrificā uox est, Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Item, Diuidet eū & ponet partē cum hypocritis. Rursus Uæ uobis Pharisei, uæ uobis Scribæ, uæ uobis diuites, An nō iracūda uox est? Sed hęc ira surda stros expergefācit ad p̄nitentiā. Audi nūc uocem diuersam: Venite ad me q̄ laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Tollite iugum meum sup uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meū suaue est, & ouis meum leue. Austerā uox est, Vos ex diabolo patre estis, & opa patris uestri facitis. Sed huic diuersa est: Pater ignosce illis, quia nesciūt qđ faciūt. Sic loquutus est & Paulo spirāti cades ac minas aduersus discipulos domini: Saule Saule, qđ me persequeris? Durū est tibi

tibi aduersus stimulum calcitrare. Deiectus est in terrā, exosculatus est, subito fulgore cōturbatus est, Nimirū hoc est qd' ait: Et in furore suo cōturbabit eos. Hęc salutaris erat iracūdia, quo pharmaco statim sanatus Paulus, respōdet: Domine, quid me uis facere? Sic corpus egroti cōturbat medicus pharmaco uiolento, ut abeat morbus, & succedat sanitas. Quod egit deus per pphetas, quod per filiū suū, hoc egit & per discipulos suos, & quotidie agit per bonos doctores & episcopos. Quoties Paulus mutat uocem suā in epistolis: nūc materna charitate blandiens, obsecrās, & cōsolans: nūc autoritate apostolica minitās inobediētibus. Sed siue blandiunt, siue obiurgāt ac minitant ecclesie proceres, nō oportet alio spectare, q̄ ad edificatiōnem. Sermo mutat, sed idem est animus: mutat remediū genus, sed eodem tendit. Mauult Paulus semper uti lētis ac blandis, sed tamen aliquando coactus cōtristat animos suorum. Nec huius rei poenitet mitissimū Apostolum tamer si poenituerat. Dolebat huc adigi, ut filios suos charissimos mœrore adficeret. Sed gaudet ubi uidet illis bene uertisse pharmacū. Sic enim scribit Corinthiis in epistola posteriore: Quod & si cōtristauit uos in epistola, nō me poenitet. Et si poeniteret, uidens quod epistola illa & si ad horā ues cōtristauit, nūc gaudeo, nō quia contristati estis, sed quia cōtristati estis ad poenitentiā. Contristati enim estis sequūdum deum, ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ enim sequūdum deum tristitia est, poenitentiam in salutē stabilem operatur. Seculi autem tristitia, mortē operatur. loquitur autem deus bifariam nobis, per scripturas suas, & rebus ipsis. Frequenter itaq̄ uersandum est nobis in euoluendis sacris uoluminibus, ut audiamus quid ibi nobis loquatur dominus, dandaq̄ est opera, ne surdis loquatur. Porro literarū imperitis, tamē frequenter loquitur, & hic oportet cordis aures habere patefactas, ne spernamus uocem domini. Si quid lætæ rei acciderit, ne imitemur illum, de quo scribit spalmographus alio loco: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. Impinguatus, dilatatus, dereliquit deū factorē suū, & recessit a deo salutari suo. Sed si senserimus nos obnoxios peccatis, gratias agemus clemētiae dei, quæ nos malis dignos, bñficijs etiā inuitat ad respiscendū. Sin nullius mali erimus nobis conscij, studebimus aliquid accessionis adiungere pristinae erga deū pietati. Si morbus aut

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.
 bus aut alia calamitas iciderit, gratias agemus diuinæ bonitati, quæ nos oblitos nostrire uocat ad emendationē uitæ, hic flagellans filios suos, ne pereant in æternū. Quemadmodū scribit Paulus ad Corinthios: Dum iudicamur a domino, corripimur, ut nō cum hoc mūdo damnemur. Quod si quid afflictionis nobis immerētibus accidit, tangenda cōfirmādæq̄ pietatis. Quemadmodū docet iacobus apostolus: Omne gaudiū existimate fratres mei, quū in tentationes uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ, patientiā operatur. patientia autem perfectum opus habeat, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Rogemus dominū, ut hac ira paterna semper flagellent nos, ut hoc furore cōturbet nos, ut toti inhorrescamus ad agnitio nem peccatorū nostrorū, & contristemur sequūdum deum in salutē. concutiamur terrore supremi iudicij ac gehēnæ, ne nobis sic loquatur dominus in ira sua, quemadmodū locutus est Herodi, quē horrēda morte percussit angelus dñi. quemadmodū loquutus est Hierosolymis, totiq̄ nationi gentis Israeliticæ, in quā sic sæuitū est a uictoribus Romanis, ut nec ætati, nec sexui parciūt sit, nec lapis relictus sit super lapidem, quia pertinaciter noluerūt cognoscere tempus uisitacionis suæ: nec satis habuerūt semel crucifixisse dominū gloriæ, nisi post resurrectionē quoq̄ pertinacissimis odijs eundem in discipulis suis fuissent persecuti. Itaq̄ relicta est eis sua domus deserta, nec ciuitatē habēt, nec templū, nec regnū, nec sacerdotiū, nec populū: imo quod est omnium infelicissimū, nec oculos habēt ut uideant uoluntatem domini: nec aures habent: ut audiant quid loquatur dominus nec cor habēt, ut respiscant & intelligant, & conuertantur ad regē suū, quem Cæsari quondam posthabuerūt. Quin & alijs multis gentium principibus loquutus est in ira sua dñs, Neroni, Diocletiano, Maximino, Iuliano, qui manifesta dei uindicta perierūt in cæcitate cordis sui, subitoq̄ dum sese erigūt in coelū, ac deo bellū inferūt, præcipites dati sunt in tartara. Posteaq̄ igitur propheta coelesti adflatus spiritu, docuit uniuersos illos regū ac populorū tumultus fuisse inanes, illusos, & irrisos, nec ullam esse tantā potentiā, neq̄ coelestiū neq̄ terrestrium, nec inferorū, quæ dei uindictam possit effugere, si loquatur in ira sua, & si in furore suo conturbet hostes suos, nunc ostendit

Ego autē
 cōstitutus
 sum rex.

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

ostendit quod fuerit illud aeternae sapientiae decretum, quod homines frustra conati sunt oppugnare. Iudaei mordicus tuebant legem suam, Pharaei defendebant regnum suum, Pontifices depugnabant pro auctoritate sacerdotii sui, Philosophi supercilium suum nolebant deponere. Reges omni vi depugnabant perditionis, aut legum suarum auctoritate. Populus a superstitione, cui iam assueuerat, a uitijs iam in naturam uersis, non poterat auelli. Alius aliud spectabat, sed tamen aduersum Christum domini idem erat animus. Iudeus in religione dissidebat ab Ethnico, sed concordabat in odio Christianorum. Reges inter se bellis dissidebant, sed in extinguendis Christi discipulis unanimes erant. Populus oderat principes suos ut tyrannos, & publicae libertatis oppressores, sed saeuientibus in Christianos fauebat. Philosophorum sectis nihil inter ipsos conueniebat, sed omnes aduersus Euangelicam philosophiam coniurauerant. Sed inter hos tantos tumultus manet immobile decretum aeterni regis: Ego, inquit, ordinavi siue unxi regem meum super Sion montem sanctum meum. Sic enim habet Hebraica ueritas, si quidem Hieronymo credimus, iuxta quam lectionem haec uerba tribuunt patri, qui quum prius irrisisset & subannasset eos, nunc incipit loqui & proferre potestatem, atque auctoritatem suam, cui par est omnem humanam auctoritatem cedere. Tumultuaria militum manus creabat Caesarem, Caesar instituit reges ac perfectos. Et frequenter stultus populus asciscit sibi stultos & impios reges, quemadmodum olim populus Israeliticus, a deo flagitauit Saulem, fastidito Samuele, quemadmodum in apologis rana deposcunt a loue regem ciconiam, contempta trabe. Sed qui habitat in caelis, unum regem constituit immortalem, eternum, inuincibilem, immutabilem, summe sapientem, summe potentem, cui uni necesse est ut sese submittat omnis creatura quae in caelis, & quae in terris, Is est dominus Iesus, quem frustra oppugnat mundus, cui a patre data est omnis potestas in caelo & in terra. Iuxta translationem Septuaginta, uersus hic accommodatur filio: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Porro quum in Hebraeis uerbis nihil sit ambiguum, non uideo quid uitarint Septuaginta, praeter duram ac subitam personae mutationem. Quum enim praecessisset, Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, Subdure cohaeret: Ego autem ordinavi regem

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.
 regem meum &c. quum prior uersiculus dicatur a propheta de patre proximo ab ipso patre pronuncietur. Rursus qui sequitur: Annuncia/bo dei praecipuum, attribuitur filio. Proinde quo mollior esset sermo/ nis contextus, in columi sententia prophetiae, mutauerunt personam patris in personam filij. Neque raro tale quippiam sibi permittunt Septuaginta, uelut in huius psalmi uersiculo: Ne forte irascat dominus, & pereas/ tis de uia iusta, duas uoces adiecerunt de suo, dominus, & iusta. Iuxta sensum humiliorum haec satis quadrant in Dauid, qui depulsis lebuse/ is, regiam suam constituit in Sion, quae est arx Hierosolymarum. Sed nobis iam ualeat insipidus ille, & aqueus sensus occidentis literae: magis libet bibere de uino nouo regis nostri. Quid enim nobis rei est cum Dauid, qui temporarium, ac breui periturum regnum tenuit in Palestina orbis angulo? Aut quid magni habebat secundum historicum motum ille Sion, qui olim ab idololatriis incolebatur, ac tunc etiam, quum esset regnum Dauid. Occidebat prophetas, atque ipsum denique prophetarum dominum occiderunt: sed dum occidunt, illius illustrent gloriam, & in hoc incurunt, quod maxime uitant. Hoc enim exprobrat eis rex noster in prophetia: Quid frustra molimini populi tumultuantes inanibus consilijs? Quid frustra conamini reges terrarum? Ego solus constitutus sum rex, non ab hominibus, sed a deo, cuius uoluntati nemo potest resistere, ut teneam imperium, cuius nullus erit finis super Sion montem sanctum ipsum. Sion Hebraeis speculum sonat. Hic nimirum est ille mons toties decantatus in mysticis literis, mons Euangelicae doctrinae unde despiciamus quicquid hic mundus habet sublimis, & unde uicini caeli spiritu caelestem meremur accipere. In eo ferunt extructum fuisse templum Moysi, in eo regiam Dauid, in eo domum ecclesiae typum, in qua congregator congregati discipuli, pro terrenis facti sunt ignei. In hoc condita est ciuitas illa Euangelica, quae non potest abscondi, et aduersus cuius fundamenta nihil ualent inferorum portae. Est enim munita non excubijs humanis, aut presidijs huius mundi, sed murum habet bonorum operum, antemurale fidei: regem habet Christum, & protectorem deum. Quemadmodum scripsit Esaias: Urbs fortitudinis nostrae Sion, saluator ponetur in ea, murus, & antemurale. Vis autem audire cuiusmodi populus inhabitat hanc ciuitatem? Nouus est populus, pacis & ueritatis Euangelicae cultor: Aperite, inquit, portas, & ingrediet gens iusta, custo/

Sion

sta, custodiēs ueritatē. Vetus error abiit. Seruabis pacem, quia in te sperabimus. Hanc & in alio psalmo demiratur spiritus propheticus: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et: Diligit dñs portas Sion sup omnia tabernacula Iacob. Et rursus: Fundamēta eius in montibus sanctis. Rursus alibi: Qui confidunt in domino sicut mons Sion, nō cōmouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Quin & alijs plerisq; mysticæ scripturæ locis mentio fit honorifica montis huius, & huius ciuitatis Hierusalē: qd̄ quoties fit, nos aut ecclesiā catholice intelligere debemus, aut ciuitatem cœlestem, cuius ecclesia ueluti pars est ac rudimentū. Quisquis erectus ad amorem rerum cœlestiū uelut e sublimi despicit, quicquid hic mundus ostendat ueluti magnificū ac sublime, is habitat montem Sion, ac uere ciuis est ecclesie. Hierusalē Hebræis sonat uisionē pacis. Huius ciuitatis ciues, & si nondū assequi possunt pacem perfectam, tamen iam sublatis oculis in illā cœlestem patriam, procul uident pacem illam aeternam, & ad eam ardentibus uotis suspirant, expectantes illud tempus, quādo deus absterget omnē lachrymam ab oculis piorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, sed nec ullus dolor. Moses procul a cacumine montis, salutabat terram promissionis. Isti subinde salutant matrē suā Hierusalē, dicentes: Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutū. Cōcupiscit et deficit anima mea ī atrio domini. Sed ut uideas hanc patriā, in specula sis oportet. Non cernitur ab ijs, qui colunt humilia, uersantes in sordidis huius mundi curis, habentes oculos grauatos crapula mūdānæ foelicitatis, ac stultæ prudētiae. Habet mūdus suos montes, sed execrabiles domino. Est mons superbiæ, in quo primus posuerat sedem suā, qui dixit in corde suo: Similis ero altissimo. Sunt montes Gelboe, quos deuouet Dauid, imprecans eis, ut nec rore, nec pluuia cœlesti reddantur foecundi. Sunt montes q̄s tangit dominus, et fumigant. Et apud Hieremiā deus minatur monti pestifero, qui corrumpit uniuersam terrā. Sed hic est mons, cui benedixit dominus, de q̄ cecinit Esaias: Erit in nouissimis pręparatus mons domini in uertice montium, et eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eū omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montē domini, & ad domum dei Iacob. Angusta erat ciuitas Hierosolyma, non capiebat nisi Iudæos, nec eos omnes.

At hæc

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.

At hæc domus domini tam est capax, ut uniuersas totius orbis nationes una complectatur. Sunt uarij montes in circuitu, sed unus est mons. Sunt uariæ domus, sed una domus domini. Multę sunt ecclesie, sed sicut unus est rex, ita una ecclesia catholica, gremio suo cōplectens uniuersas. Totius ecclesie caput Christus est, qui est super oia deus benedictus in sæcula. ~~Quisquis ergo in monte Sion habitat, in ciuitate catholica habitat, in ecclesia catholica habitat, in domino habitat.~~ Vbicunq; fides est euangelica, ibi mons est Sion. Sed operæ precii est audire, quomodo filius regnet in monte sancto patris. Pręcipua regis autoritas in aedictis est ac legibus. Nostri regis gladius est doctrina patris, prædicans, inquit, præceptum eius: siue iuxta Hebraicam ueritatē: Annunciabo dei præceptum. Terræ principes, leges iniquas, & impias ferunt nō seruientes. Philosophi docent humanas inuentiūculas, ī quibus ipsi magnopere dissentiunt inter sese. Rex Sion nihil humile, nihil uafum, nihil falsum docet, sed e sublimi prædicat præceptum domini dei. Sunt præcepta Philosophorum, sunt præcepta Mosi, sunt præcepta Phariseorū, sunt regum permulta, sed unicum est præceptum domini, quod peculiariter annunciat rex noster Sion. Quod nā est illud? Mutuę charitatis. Hoc est præceptū, ut diligatis inuicē. Iam ne satisfactū est præcepto, si diligamus inuicem? Nondum, sed adijcitur: Sicut dilexi uos. Ille pure, ille gratis, ille usq; ad mortem dilexit nos. Quicquid docet lex ac propheta, charitas euangelica summam cōplectitur. Quisquis toto pectore diligit deū, is eidem & fidit, et de promissis illius bene sperat, & obseruat ne quid cōmittat, quod illū offendat. Merito igitur Paulus e tribus heroicis uirtutibus primas tribuit charitati, quod hæc fidem etiam & spem complectatur. Charitas omnia credit, omnia sperat. Sed nihil, inquires, audio de operibus. Nō est ociosa charitas: imo nihil agit perperam, sed nunquā cessat in officio. Hoc est igitur unicum illud, & peculiare præceptū dei patris, quod filius ita suum adpellat, ut tamen autoritas defertur patri, cum quo habet omnia communia. Testatur hoc & in euangelio: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me, uidelicet patris. Poterat Christus orbē sibi subigere uiribus & armis. Impetras/

D 2 set a

set a patre multas legiones angelorum, nisi maluisset seruare quā uisceribus sed ita uisum est doctrinæ cœlesti, subijcere patri mūdi celsitudines omnes. Notauit & hoc Esaias in loco, quē paulo ante retuli: Venite ascendamus ad montē domini, & ad domū dei iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: Quia de Sion exibit lex, & uerbū domini de Hierusalē. Audis gladiū pertingentē usq; ad compages medullarū, & usq; ad diuisionem spiritus. Et hoc indicat sequens prophetae sermo: Et iudicabit gentes, & arguet populos multos. Quomodo iudicabit? Proditā ueritate. Quomodo arguet? Reuicta falsitate. Luce euangelica proditæ sunt tenebræ mundi. Nunc audi quid sequatur ueritate cognita, pro contentione, quæ superstitionis & arrogantia comes esse solet, succedet studiū pacis, quæ peculiaris est nota Christianorū: Et conflabūt, inquit, gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentē gladiū, neq; exercebuntur ultra ad plaeliū. Quā ob rem? quia cognita maiestate noui regis, omne mundi superciliū sese submittet fietq; quod paulo post scribit idem propheta: Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabit altitudo uirorū. Exaltabitur autē dominus solus in die illa. Et rursus aliquanto post: Et incuruabitur sublimitas hominū, & humiliabitur altitudo uirorū, & eleuabitur dñs solus in die illa, & idola penitus cōterentur. Aequū est ut euanescant idola, hoc est simulacra, uanæq; rerum umbræ, postea quam illuxit ueritas. Aequum est, ut consilescat omnis tumor humanæ philosophiæ, posteaquā cœlestem doctrinam annunciare cœpit ille, de quo solus testificatus est pater: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacitum est, ipsum audite. Par est, ut cristam ponat arrogantia mortaliū, postea quam auscultare cœpit illi, qui dicit in euangelio: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Sunt qui interpretentur hoc ipsum esse præceptū patris, ut filius mūdo declaret se uere esse filiū dei, ut per filiū glorificetur pater. Quorū sententiā equidem non reijcio. Vide autem ut oraculū Euāgelicæ narrationi concinūt. Illic legis: Hic est filius meus dilectus. Hic: Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Si tanta fuit autoritas Mosi, Helix, Helisei, Esaiæ, aliorumq; ueterum prophetarum, qui nihil aliud erant quam serui & præcones, quantam oportet

Hodie genui te.

oportet esse auctoritatem filij, præsertim eius, qui nō uulgari more sit filius per adoptionem, quemadmodum alij complures, sed singulari & incommunicabili ratiōe. Qui natura filius dei dicit, solus est, & unicus. Quod autem dixit, hodie, nō ad temporis statū refert, sed ad æternitatem, quæ nec initium nouit, nec fluxum, nec finem. Nobis quæ fuerunt, iam esse desierūt, quemadmodum quæ futura sunt, nōdum sunt. Et hoc ipsum quod præsens est, semper est in fluxu. Naturæ diuinæ semper est hodie, semper est præsens, neq; quicquā est in fluxu. Ita dei filius semper hodie nascitur a patre, quemadmodum semper est a patre. Et in hanc quidem sententiā interpretatur locū hunc diuus Augustinus: quanquā non negans interim hoc intelligi posse de natiuitate, qua factus homo natus est ex uirgine, quo die sic esse cœpit quod non erat, ut non desineret esse quod semper fuerat. Hilario placet diuersa sententiā, quæ docet Christum mystica quadam ratione sapius a patre nasci, ut nihil interim accedat diuinæ naturæ, sed tantum humanæ: aut in hoc dicatur nasci, quod esse declaratur. Nobis enim quodammodo gignitur, quum hoc illum intelligimus esse, quod prius ignorabamus. Et pater quodammodo gignit, quum palam agnoscit filiū. Porro quod hic in prophetia pater dicit filio, bis in euangelio legimus. Semel, quum baptizatum in Iordane primum indicio columbæ, mox propria uoce cōmendauit eū omnibus dicens: Hic est filius meus dilectus. Marcus & Lucas sic referūt: Tu es filius meus dilectus. Cæterū quod hic additur, ego hodie genui te, Euangelista habet, in te mihi cōplacui. Et uidetur euāgelicus sermo mire concinere prophetiæ. Nam mea quidem sententiā in psalmo recinitur eadē sententiā, Filius meus es tu. Hoc infigitur repetitione, ego hodie genui te. Itidē pater: Tu es filius meus charissimus. Hoc inculcat iterās: In te mihi complacui. Deinde quod additur in euangelio, ipsum audite, respondet illi quod est in psalmo, prædicās pceptū eius: Filius meus est, & charissimus atq; unicus est, nō est quod aliū expectetis. Ex me est, & ex me loquet, ipsum igit audite, & me audieritis. Eadē uoce glorificauit filiū in mōte, cū se trāfigurasset Iesus corā tribus discipulis. Cuius & Petrus meminit in epistola posteriore: Speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre, honorē & gloriā uoce delapsa ad eū huiuscemodī ama-

D. ERASMI RÖTERO. IN PSALMVM

gnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacui, ipsum audite. Et hęc uocem nos audiuius de cœlo allatā, quum essemus cum ipso in mōte sancto. Rursus quū Iesus oraret patrē, ut nomē suū glorificaret p̄ filium, uenit uox patris de cœlo dicēs, Et clarificauit & iterū clarificabo. Et hęc uox erat maiestatis plena. Nam q̄ audierāt, partim dicebant, tonitruū factū est: alij, angelus dñi loquutus est ei. Quēadmodū filius morte sua glorificauit patrē, ita pater uicissim resurrectione glorificauit filiū, nō quod illi quicq̄ accesserit nouæ gloriæ, sed quod gloriā quam semp̄ habuit apud patrē, habere cœpit et apud homines. Ad eum igit̄ diem quē fecit dñs, in quo resuscitauit filiū suū ex mortuis, referunt hęc p̄phetæ uerba: Ego hodie genui te, Nō legist̄ hęc uox iterū audita, Tu es filius meus charissimus, sed ipsa re loquutus est hic pater. Glorificauit enim iterū, sicut p̄miserat filiū suū, postea quam lapidē, quē reprobauerūt edificantes, collocauit in capite anguli, uirtute diuina resuscitās eū, ut esset primogenitus ex mortuis. Subindicat enim apostolus Paulus. illū quodāmodo renatū, quum adpellat primogenitū ex mortuis. Primogenitus erat om̄is creaturæ, quū per illum conderet uniuersa, sed declaratus princeps & author, resurrectionis factus est primogenitus ex mortuis, & rursus audit a patre: Ego hodie genui te. Genuit enim illū immortalitati, q̄ mortalis erat natus ex uirgine. Et ne cui uideat hęc interpretatio coactior, magis cōniti cōmentis hominū, quam scripture canonice, Paulus in actis apostolicis, Iudeis p̄dicans Christum, hęc psalmi p̄sentis uersiculū ad resurrectionis diē accommodat: Cūq̄, inquit, cōsumasset omnia quæ de ipso scripta erāt, deponentes eū deligno, posuerūt eum in monumento. Deus uero suscitauit eum a mortuis tertia die, qui uisus est p̄ dies multos ihs, qui simul ascenderāt cū eo de Galilea in Hierusalem, qui usq̄ nūc sunt testes eius ad plebem: Et nos uobis annūciamus eā, quæ ad patres nostros repromissio data est. Quoniā hanc deus adimpleuit filijs uestris, resuscitās Iesum, sicut in psalmo primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod aut̄ suscitauit eum a mortuis, nō amplius reuersurū in corruptionē, ita dixit: Dabo uobis sancta Dauid fidelia. Quid est igit̄, filius meus es tu? Declarauit mundo te esse filium meū. Quid est, hodie genui te? Hodie te cōsecraui immortalitati, Hodie te feci primo-

genitum

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

genitum ex mortuis. Hodie tibi dedi omnē potestātē in cœlo & in terra. Hodie feci ut mūdus intelligat te sedere mihi a dextris, participationem monarchiæ totius mūdi. Hodie te clarificauit claritate quā semp̄ apud me possedisti. Atq̄ ut om̄es intelligant te esse uerū & unicū filiū meum, hæredē te feci, & cōsortē regni mei, principē regni Euangelici. Postula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. Tradit pater om̄e ius ecclesiastici regni filio. Superest ut ille p̄gat Euangelicę doctrinæ p̄sidio totius orbis nationes subigere ditioni paternæ. Subigit autē nō in hoc ut pdantur, sed ut salui fiant. Subigunt nō in tyrannicā seruitutē, sed in libertatē filiorū dei. Non ambit Christus regnū huius mundi, q̄ iuxta naturā etiā humanā factus est rex regum, & dñs dominantium. Sed Euangelicum regnū ambit a patre, ut totum mundum assereret a tyrānide peccati, & dicto audientē redderet patri cœlesti, q̄ nō uult mortem peccatoris, sed ut conuertat̄ & uiuat. Si quæris, ubi filius poposcerit hoc a patre? Audi ipsum patri loquentem in Euāgelio Ioānis, Pater uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti illi potestatem omnis carnis, ut omni quod dedisti ei, det uitam æternā. Et ne quis putaret illū nihil a patre petere præter gentē Hebræorum, unde tum discipulos collegerat, adiecit: Nō pro his rogo tantū, sed & p̄ eis, qui credituri sunt per uerbū illorū in me, ut omnes unū sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unū sint, ut credat mūdus q̄ tu me misisti. Quos autē terminos p̄scripsit p̄dicationi suorū discipulorū? Ite, inquit, in orbē uniuersum, & p̄dicate Euāgelium omni creaturæ. Quid exigent, aut quales leges p̄scribent pacis? Quisquis crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sic uindicat̄ regnū Euangelicū, ut oēs unū sint in nobis, sicut tu in me, & ego in te. Prædicauit tuū p̄ceptū, nec usquam deflexi a uolūtate tua. Qui in me credent, obtēperabunt doctrinā meā, ac p̄ me meosq̄ p̄uocati, submittent se uoluntati tuæ. Itaq̄ tandē tradā tibi regnū tranquillum, & om̄is expers rebellionis, quēadmodū in cœlis, nemo repugnat uolūtati tuæ. Ceteræ q̄ dixit: Dabo tibi gētes hæreditatē tuā. Augustinus in eo quod sequit̄, & possessionē tuam terminos terræ, putat eandē sententiā repetitā, licet euidentius exp̄ssam. Sed Hilarius dissentit, arguās pluribus uerbis, aliud esse q̄ terminat, aliud quod terminat.

terminat.

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

terminat. Extremas autē terræ ptes ambiri diuersis elementis, q̄ ter/ rā terminēt superne aere, inferne pfūdissimis aquis, quas adpellat ab/ yssos, & his esse suos incolas, nō mortuos, sed uiuos. Atq̄ huc defle/ ctit illud Pauli, Vt in noīe Iesu omē genu flectat, coelestiū, terrestriū & infernorum, & omīs lingua cōfiteat, q̄a dñs Iesus in gloria est dei patris, præsertim quum simili forma scripserit author Apocalypsis, quod nullus neq; in celo, neq; super terram, neq; infra terram reper/ tus sit, qui dignus esset aperire librum obsignatū. In hāc ferme sentē tiam Hilarius. Mihi magis arridet, ut intelligamus iuxta sententiam Augustini, regnum Euangelicū porrigi quaqua uersum, usq; ad ex tremas orbis natiōes. Iuxta illud, In omnem terram exiit sonus eo/ rum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Suspicio tamen Hilariū hoc iuxisse ex cōmentarijs Origenis, qui nō nihil attingit alicubi, de libe rādis ijs, q̄ damnati sunt apud inferos, deq; dāmonijs redimēdis. Cæ terum p̄terq̄ quod coactum est, terminos interpretari, qd̄ foris am/ bit rem, quanq̄ ita loq̄mur nōnunq; ut quū dicimus terræ terminū esse Oceanū, aut aeris terminū esse globū lunæ, nec uerū est super/ ne terrā regi aere inferne abyssu, quū undiq; terrę inhēreāt aquæ, et undiq; terrā ambiat aer. Et si dāda sit certa sedes inferis, probabilius sit eos in intimis terrę uersari, qd̄ centrū uocant, q̄ in abyssis aquarū. Porro regium nomē, qd̄ apud homines amplissime potestatis habet significationē, & terminos terræ, qbus ditionē latissime porrectā si/ gnificat, ut latius porrigi nō possit, opponit imbecillitati corpis hu/ mani, q̄ scādalo fuit Iudeis, & angustia gētis Iudaicæ, ultra cuius fi/ nes illi nolebāt regnū Euangelicū p̄ferri. Vtrūq; nomē cōgruit in Christū, & regis, & sacerdotis. Siq̄dem Melchisedech, q̄ typū gessit Christi, rex iustitię interpretat, & rex Salem, hoc est, rex pacis fuisse describit. Negat q̄dem Christus regnū suum esse de hoc mūdo, non quod nō esset dominus omnium, sed quod tum pro tēpore studue/ rit exhibere suis discipulis imaginem Euangelici principatus. Satel/ litum inerme secū circūferebat, adeo nullas habebat arces, ut ne di/ uersorium q̄dem haberet ppriū, ubi caput suū reclinaret, beneficijs subigebat populū, gladio sermonis Euāgelici iugulabat impias cu/ piditates, ut interfecto homine improbo, renāsceret homo nouus, ac deo dignus. Vicit tolerantia, uicit moriēdo. Ceterę post resurre/ ctionem

QVARE FREMVERVNT GENTES, COMMENT.

ctionem regalia loquitur: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Nec tamen in Euangelio regis nomē abnuūit, tamen si apud Pilatū regni genus distinxit. Nam interrogatus an rex esset, respon dit: Tu dixisti, fugitans responsionis arrogantiam, nō inficians tamē ueritatē. Quin & ipse in cruce pendens, regia tum audit, tum loqui tur. Ait latro: Memento mei dū ueneris in regnū tuū. Cui respōdet Iesus: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Talis describitur & uatū anigmati: Ecce, inquit, Zacharias, rex tuus ueniet tibi iu/ stus, & saluator. Sed ne tyrannicū ac superbū regnū imagineris, adie cit: Iustus et saluator, ipse pauper et ascēdens super asinā, et super pul lum filium asinæ. Mox ostendit mansuetudinē, non uolentia regnū Euangelicum latissime propagandū. Loquetur, inquit, pacem gen/ tibus, & potestas eius a mare usq; ad mare, & a fluminibus usq; ad fi nes terræ. Itidem Esaias: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius, & uocabitur no men eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater futuri sęculi, prin ceps pacis. Habes regnū, & regni genus, lōge diuersum a regno mū/ dano. Nunc audi ditionis amplitudinē: Multiplicabitur eius impe/ riū, & pacis non erit finis. Terræ principes sanguine propagant im/ periū suū: et dum uicissim alius aliū protrudit ac repellit, belloꝝ nul lus est finis. Nunc accipe magis regalia, super solū Dauid, & super regnū eius sedebit, ut confirmet illud, & corroberet in iudicio & iu/ stitia. Vbi iudiciū audis & iustitiā, excluditur tyrannis. Nunc audi regnū aternū: A modo & usq; in sempiternum. Ille sacerdos erat in aternū sequundū ordinē Melchisedech, semel immolata uictima, post quā nō esset opus alia. Rex item est in aternū, quia immorta/ lis est, ut successorē nō admittat: Sedet in throno deus in sęculū sęcu li, moderans uniuersa nutu suo. Sed nondū undiq; pacatū est illius regnū in terris. Tolerat et trahit adhuc ecclesię sagna permixtos bo nos ac malos pisces: tolerat zizaniā admixtam tritico. Et Paulus cla mat multos esse antichristos. Tolerat membra imbecillia, Adhuc in nobis cupiditates carnis rebellionē mouēt aduersus spiritū. Verum ubi subiecerit sibi omīa, & tradiderit regnū deo & patri, tūc perfecta pax habebit oīa. Atq; hactenus prophetiæ sermo satis q̄drat in Chri stū nostrū, qui quū esset summus aut dñs o. nniū, tamen demisit sese, E quo suis

Reges eos

quo suis apostolis, & apostolorum successoribus ostenderet mansuetudinis ac lenitatis uiam: Quod oporteat ecclesiastici regni proceres ab omni specie mundanae tyrannidis procul abesse. Verum in his quae sequuntur, quoniam saeuitia & austeritate quandam sonare uidentur, magnopere sese torquent interpretes, quomodo competant in Christum illum nostrum, pacis, mansuetudinis, & humilitatis magistrum, simul & exemplar. Postquam enim illi tradiderat gentes, hereditate, & possessione terminos terre, subiicit: Reges eos in uirga ferrea. Tanquam uas figuli confringes eos. Multis hoc ipsum uerbum, reges, prima specie uidetur durius ac uiolentius. Nam a regis nomine olim liberarum ciuitatum aures abhorrebant. Sed formidabilius etiam sonat quod sequitur, in uirga ferrea. Virga minax uocabulum est, quod exasperat etiam additum ferrea. Iam his quoque uidetur immitius, quod sequitur: Tanquam uas figuli confringes eos. Quid enim crudelius, quam in hoc accipere postulatam gentium possessionem, ut eas funditus, & irreuerabiliter perdas? Nam fictile uas semel contritum restitui non potest. Haec species crudelitatis, quoniam multum abhorret a mansuetissimis moribus, & mitissima doctrina Christi, breuiter ab eius regno, qui dicit: Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Varijs rationibus ueteres conati sunt sese ex hac difficultate extricare. Quod si locum hunc iuxta sensum historicum accipias, recte uerbis asperis significatur impietas Iudaicae gentis, qua pertinacissime rebellauerunt Christo, miserabili excidio punita. Quia non cognouerunt tempus blande uisitationis, irruit tandem in eos seuera uindicta dei, qua gentem rebellem non solum flagellauit acerbissime, uerum propemodum usque ad internicionem deleuit. Alij referunt ad extremi iudicii diem, cuius terrore nunc interim reuocat illos a pertinacia peccandi. Quod si perstiterint tumultuari, & conspirare aduersus dominum, qui nunc blande inuitat ad resipiscentiam, futurum est, ut aeternae uindictae uirgam ferream sentiant, et eterno conterantur exitio. Hunc utrumque sensum attingit Hieronymus, & tertium insuper duobus indicans uerbis, quae solum sequitur Aug. Nec abhorret hilarius, qui multis modis mitigare nititur sermonis acerbitate. Primum quod regere nec sit tyrannicum, sed recta ratione, & ad legum regulam moderantis, quod & alias tribuitur Christo.

Exiet

Exiet dux qui regat populum meum Israel. Sed mitius etiam sonat Graeca uox, qua sunt uisi septuaginta interpretes. Est enim ποιμανεῖς, hoc est pascet, siue pastorum more reges. Idem pollere dicunt uocem Hebraicam sermonis eius non imperiti. Christus enim pastor est bonus, qui tanto adfectu curat pascitque gregem suum, ut animam etiam suam impenderit nobis ouibus pascuae suae. Iam uirga non semper instrumentum est supplicij, sed insigne regni, quod regis sit officium populi mores ad legum disciplinam dirigere, ne deflectant ab honesto, sicut alibi legis in psalmo: Virga equitatis uirga regni tui. Hoc igitur uirga dicit, quod Graeci dicunt sceptrum. Porro quod addidit ferrea, non sonat tyrannicum imperium, & austerum, sed solidam, perpetuam, incorruptam, & nulli cessuram auctoritatem. Qui ad regulam humanarum legum uitam instituunt, saepe numero deflectunt a recto. Caeterum quisquis temperat uitam suam ad regulam Euangelicae doctrine, nunquam aberrabit a pietate. Haec uirga leuis est obedientibus, rigida contumacibus: ferream sentiet, qui impegit, non qui obsequit. Quomodo Christus est solidus ille lapis, tutum refugium illis, qui institerint, caeterum conteritur, quisquis in illum impegit, aut in quem ille deciderit. Non mirum igitur, si Christus solus rex omnium habet uirgam, quam Paulus huius seruis ac dispensator uirga habeat, qua comminatur Corinthios, ne resipiscant. Quid uultis, inquit, in uirga ueniam ad uos an in charitate & spiritu mansuetudinis? Quid est, quod comminatur Apostolus? Num se satellitio cinctum uenturum in ecclesiam cum uirga praetoria? Nequaquam, sed ut pater amantissimus lenitate conabatur suos filios emendare. Caeterum erga contumaces minatur sese exerturum auctoritatem apostolicam, hoc est, acriorem ac publicam obiurgationem, aut si res ita postulet, excommunicationem. Virgam expediuit, quam sathanas tradiderat ei, qui patris uxorem habuerat pro sua, & hanc minatur Corinthios, quum ait: An experimentum quaeritis habitantis in me Christi? Uisus est hac uirga Paulus in actis apostolicis aduersus Elimam magnum, qui resistebat Euangelico sermoni, quum ait: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subtertere uias domini rectas: Et nunc ecce manus domini super te, & eris cecus, non uides solem usque ad tempus: Promptus & Petrus uirgam suam, quum dicit Anania: Anania, quum tetraui sathanas cor tuum, metiri te spiritu

E: sancto.

Christū & huius apostolos Euangelica ueritate, nolite rebellare spiritui sancto, posthac error erit inexcusabilis. Credite & intelligite. Nisi enim credideritis, non intelligetis. ~~Et si non credideritis, non intelligetis.~~ Primū occurrit dubitatio, qui sint isti reges, quos alloquitur rex Sion, siue deus pater. Si spectes sententiā historię priorē, reges illos ac principes alloquitur, qui paulo ante per ignorantiam excæcati fremebant, & cōiurabant aduersus dominū & Christū eius, qui uarijs suppliciorū generibus excarnificabant predicatores Euangelicę pacis. Hos reuocat ad sanā mentem, ut tandē ex prædicatione Euangelij cognoscant, & intelligant Christū solum esse datum a deo patre, in cuius nomine salutē adsequi possint uniuersę nationes, cuiq; oporteat flecti omne genu. Hactenus erant tēpora caliginis, at nunc prodita ueritatis Euangelicę luce, intelligite, & a simulacrorū cultu, ad uerā pietatis studiū uosmet ipsos cōuertite. Adorandus est, quē uos persequimini: salutē offert, cuius doctrinam abolere conamini: deus est, quem ut hominē icessitis. Rursus iuxta tropologiam dubitari potest, utrū ad prophanos principes pertineat, an ad apostolorū successores, hoc est, episcopos. Ad utrosq; pertinere subnotat diuus Hieronymus. Augustinus magis accomodat ad ecclesiasticos, sed ita tñ, ut qd dicit, possit ad utrūq; genus hominū accommodari. Nos itaq; de utrisq; interpretabimur. Si prius illum scrupulū discusserimus, quū ante fremuerint gentes, et populū meditati sint inania, Adstiterint reges terrę, & principes cōuenerint in unū, nunc gentiū ac populorum nulla fit mentio. Equidem opinor, ideo regū tantū ac iudicū fieri mentionem, quod illis emendatis facile populus sequatur, quę sunt optima, & tamen ceterorum quoq; meminit generali clausula, quū subiungit: Beati omnes qui confidunt in eo. Regū igitur est intelligere. Solet enim fere magnę fortunę comes esse stultitia: Et tamē operę precii est, ut multum sapiant, qui tot hominū milibus sapient, ut plurimū animo cernant, qui tot urbibus prospiciūt. Et magno orbis periculo desipiunt monarchę, quemadmodū magno orbis bono cordati sunt. Neq; uero satis est nasci, ut principē præstes. Magno studio discenda est ars gubernandī populū, neq; segnius interim postulanda a dño. Proinde deus offensus uitis hominū, ceu grauē quandam pestē minitat.

Princi

Principem stultū. Sic enim loquitur per Eiaia: Et dabo puerōs principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus, uir ad uirum, & unusquisq; ad proximū suū. Rursum apud eundē. Iam propitius factus, ut ingens quoddam bonū promittit: Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Ac mox: Nō uocabitur ultra is, qui insipiens est princeps, neq; fraudulētus ad pel labiū maior. Intellexit hoc cordatissimus ille puer Salomon, qui quū patri Dauid successisset in regnū. Iussus a dño petere quicquid uellet, nec opes petijt, nec gloriā, nec mortem inimicorū, sed cor docile, ut tantā multitudinem sapienter posset moderari. Et tamen Iudæę regnū, quod tenebat Salomon angustum erat præ his regnis, quę nunc obtinentur a nōnnullis monarchis. Nec aliud orat in libro, cui titulus sapientia: Da mihi, inquit, domine sediū tuarū ad sistricē sapientia. Mitte illā de cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuę ut mecum sit, & mecū labor et, ut sciat quid acceptum sit apud te. Prior huius uersiculi pars pertinet ad iudicium, hoc est, ad eam prudentię partem, qua dijudicamus quid sit optimum factu, altera pars ad sedatos adfectus. Reges intelligite, ut dispiciatis quid expediat reipub. erudimini iudices, nā Gręcis est *παιδευετε*, quod frequenter nō ad eruditionē, sed ad castigationē morum pertinet. Ductū est enim Gręcis a pueris quos seueritate disciplinę coercemus. Qui stultus est & iudicio carēs, pessima pro optimis eligit. Itidē q; perturbat, ira, odio, amore, ambitione, libidine, superbia, liuore, quoniā mentis oculum habet perturbatū, nō potest dispicere quid expediat. His igitur perturbationibus uacare est philosophum esse. Nā hoc sensit Plato, qui pronunciauit reipub. felicitatē in hoc esse sitā, si qui reges essent, iidē essent philosophi. Nā quomodo recte imperabit alijs, qui ipse seruit cæcis adfectibus? Quomodo recte consulat populo, qui stultas cupiditates habet in cōsilio? Aug. putat in hoc quoq; uersū repetitā sententiā uerbis licet diuersis, ut quos prius dixerat reges, mox adpellet iudices, & quos prius iusserat intelligere, nunc iubeat erudiri. Atq; utinā hoc toties infixisset psalmographus, ut aliquādo inhereret mētibus nostri temporis principum, qui perpetuis tumultibus subinde miscēt res mortalium. Quod si quemadmodum Phaeton magno orbis exitio tractauit currū solis, ita stultis & indomitis adfectibus mo-

E. 4. narcha,

D. ERASMI ROTEROD. IN PSALMV M

narcha, summā calamitatē inuehit rebus mortalium. Quanto magis oportet eos qui dispensatores sunt mysteriorū dei, abundare intellectu legis diuinæ, & animum habere purgatum ab omnibus malis cupiditatibus. Quomodo possunt dici reges terræ, si terrenis cupiditatibus seruiunt? Infra nos sit oportet, cuius reges dici merebimur. Ergo spirituales, qui quæ sursum sunt sapiūt, quæ sursum sunt quærunt, quorū animus & conuersatio est in cœlis, qui terrena calcant amore cœlestiū, merito iudices terræ dicuntur. Ita Paulus scribēs Corinthiis: An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt. Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Habes quomodo, quos Christus selegit e mundo, iudices fiant mundi, quoniā ipsa uita docent esse spernēdum, quicquid magnifica specie blandit in hoc mundo. Ac ne uertāt in superbiam, quod adpellauit eos reges & iudices terræ, subiicit: Seruite domino in timore, & exultate cū tremore. Præstat hoc ingens autoritas regibus, ut neminē metuant, sed metuant ab omnibus, & hinc sapenumero putant sibi licere, quod libet. Id ne fiat, ostēdit quē debeant & ipsi timere. Sunt reges populi, sed communē habent regem in cœlis. Non uocantur in ius ab hominibus, sed tamen sistendi sunt cū alijs ad tribunal æterni iudicis. Dominantur plebi, sed cōmunem habēt dominum in excelsis, cuius autoritatem ac uindictam nunquam effugient. Reges ergo nolite freti potestate uestra, spernere cœlestem dominū, sed seruite ei in timore. In sacris literis, seruire plerumq; colere est. Coluistis idola, coluistis mundū, nunc colite dominum. Colitur autem obseruandis illius præceptis, & hoc in timore, ut circūspecti semper caueant, ne qua in re offendant dominum omnium. Sunt principes, qui colunt dominum audiendis sacris, aut diceudis stas precibus, quas dicunt horarias, nō dico quod hac in parte laudādi nō sint, sed si interim expilant pauperes iniquis exactionibus, si ob pecuniā cōmittunt magistratus improbis & indignis; si quæ debent uisibus egentium, conuerrunt in fiscū suum; si opprimunt infontes, & fauent uioletis; si oblitū iurisiurandi, sua tyrannide premunt libertatem reipublicæ, si ob ambitionem, iram, aut alias cupiditates suas bellorum tumultibus inuoluunt mundum, non seruiūt domino in timore. Etenim si uere illum timerent, si sibi persuasum haberent, se de singulis horum

Seruite domino in timore.

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

horū rationem reddituros apud tribunal æterni, & inuitabilis iudicis, si hoc grauiores daturos pœnas, quo maiorē potestatē gesserint in terris, si cum impijs audituros & illā uocem, Ite maledicti in ignē æternū, non tanta securitate facerent, quod animo collibitū est. Iam ne quod dictum est: Seruite dño in timore, uideret ad miserā pertinere, subditum est: Et exultate. Nō est infœlix seruitus seruire domino, nec ea res dehonestat dignitatem uestrā, sed ornat. Olim seruibatis ligno & lapidi, metuebatis louem & Neptunum, aut homines uita defunctos, aut noxios demones, nūc seruitis regi seculorū deo, & eum metuitis offendere, qui offensus solus potest, & animam & corpus in gehennam mittere. De tali seruitute, de tali domino exultate, ad cuius pceptum si moderati fueritis potestatem uestram, ille pro fideliter administrato regno terreno, referet uobis immortalitatem in regno cœlesti. Sed rursum ne hoc ipsum uergeret in effusionem temeritatis, oportune adiecit: Cum tremore. Ingens est præmium, sed difficilis est regia functio, quod multa sint quæ illos ad licentiam impellant. Ipsa magnitudo potestatis. Nam fere fit, ut cui licet quod uult, plus uelit quam licet. Ad hæc familiarium adsentatio cui pesti potissimum obnoxia est magnatum cōditio. Postremo in tam uarijs negociorū agminibus uel ignorantia, uel oscitantia, Plurimum itaq; metuāt dominū oportet, qui neminē timent hominū, & ubiq; cauti circūspectiq; uigilent, qui nō dormitāt, nisi magno Reip. malo. Proinde repetit & inculcat, quod iam semel atq; iterum dixit, Adprehendite disciplinam. Quo qdem loco Græcis est non καταλαμβάνετε, sed δρᾶσαθε, quod est proprie ueluti cursu fugientem assequi. Hoc celeriter, hoc rebus omnibus omīssis agendū, ut accipiant disciplinā, nisi malūt deponere regnū. Imo hoc diu meditandum ijs, qui regno destinati sunt. Nō uacat illis bonā ætatis partem perdere alea, poculis, scortis, uenatiōibus, peregrinationibus, pompis, alijsq; nugis, Quicquid temporis datur, hoc totum breue est regibus ac magnatibus adprehendendæ disciplinæ. Sera autē & nimis cōstans est sapientia principū, quæ rerum usu colligit. Male ageēt cū genere mortalium, si principes gerendis diu bellis, tã dem senes intelligent bellum esse rem omnibus modis pestiferā etiā uictori. Si tum deniq; discent, nō esse qbuslibet credēdos magistratus, ubi uiderint

E s rempublicā

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMVM

republicam labefactam illorū culpa, si tandem discant facere edicta, ubi senserint edicta temere prodita, cessisse in perniciem reipub. Si crebro decepti discant nō esse fidendum adulatoribus. Atq; item de cæteris regum aut præsulū officijs. Vnde igitur mature licebit apprehendere disciplinā. Celerius e libris hauriuntur decreta disciplinæ regię, quam experimentis, citius e spectatis & integris cōsilijs discitur, quam periclitandis rebus. Diuus Thomas episcopus Cantuariensis, quum esset ad eum honorē autoritate regis admotus, ipse uero hæcenus magis in aulicis negocijs, quam in sacris literis fuisset detritus, intelligēs quantum oneris suscepisset in humeros, tanta celeritate properauit adprehendere disciplinā, ut quū in ea gente solenne sit, ut Archiepiscopus ille totius regni primas, proceres aulicos accipiat conuiuio, magnatibus suas mensas affatim instrueret his rebus, quibus animo obsequerentur suo, ne parcus aut sordidus uideretur. Cæterū ipse ad suā mēsam neminē admisit præter eruditos aliquot. Toto conuiuio lector sonabat ad aurē, aut si quid incidisset de sensu scripturæ disputabatur. Adeo nullū tempus patiebatur sibi interdiceret, quod nō daretur apprehendendæ disciplinæ. Vtinā hos uersiculos episcopi nostrorum temporū oēs frequenter psallant, psallant autem nō solum spiritu, uerum etiam mente. Id sane referret populi, cuius curam gerunt, sed peculiariter etiam ipsorū. Quid em sequitur, Ne forte irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Periclitatur plebeius, qui incidit in irā regis, sed grauius periclitatur rex, qui incidit in irā domini. Rursus iram iustam ultionē adpellat. Incidit autē quisquis aberrat ab illius disciplina, Est uia domini recta, & sunt uia peruersorū a sinistris, quas ignorat dominus. Apud nos non semper perit, quisquis deflexit a recta uia, sepe nihil aliud quam dispendium facit, nonnunquam error saluti fuit. Cæterum quicūq; deflexit a uia dñi recta, perit, etiā si non perit. Qui manet in Christo, non aberrabit, ipse est enim uia, quæ ducit ad uitā, in hoc manet, quisquis ad illius doctrinam & exemplū instituit uitam. Diuus Hieronymus in cōmentarijs admonet apud Hebræos sermonem esse ancipitē, qđ quū septuaginta uerterūt *ἀσθεως αὐδ' ἰαοσ*, dicat uerit potuisse adorare, uel osculamini filiū, siue ut ipse uertit iuxta ueritatē Hebraicā, adore pure, qm̄ ueteres osculo adorabant. Septuaginta

locis

QVARE FREMVERVNT GENTES COMMENT.

locis aliquot pro adore uerterūt *καταφίλισατε*. Bar aut præsertim apud Syros filiū sonat, apud Hebræos pure, & ut nōnulli sentiūt triticū. Verum in his Barbari sermōis Labyrinthis nō est animus magnope distorqueri. Iudæi qui promissum filiū tot seculis expectarūt maluerūt occidere quam adorare, & ideo uolētes suā cōstituere iusticiā per opa legalia, perierūt a uia iusta, quæ est Christus Iesus. Et adorabāt quidē deū, sed nō pure, immolabāt uictimas, lauabāt corpus & calices, sed animus intus scatebat omni spurcie malarū cupiditatū, iræ, liuoris, auariciæ, superbiciæ. Hinc est quod apud Esaiam magno stomacho auersatur illorū dies festos, uictimas & sabbata. Vult enim adorari pure, hoc est, puritate spiritus. Spiritus purissimus est, & puro spiritu uult coli, potius quam uictimis. Nō em pure adorāt filiū, qui suis operibus ascribunt salutem, quum per Euangeliū fidem & gratiā salus æterna detur omnibus. Deniq; nō adorat pure, qui patrē honorat, cuius filiū afficit cōtumelia. Qui filiū non habet, nec patrē habet. At ne lentitudo uindictę diuinæ pariat illis securitatem, addit, Quum exarserit in breui ira eius, Dum differt ultionem quodammodo dissimulat iram suam dominus, lenitate sua nos inuitans ad pœnitentiam, patienter expectās, si forte resipiscat peccator, & uiuat. Sed illud nobis incertū an subito exardescet illius ira. Quod enim dixit in breui, septuaginta uerterūt *ἐπ' ἄχα*, repentinū quiddā atq; inexpectatum significat. Nā siue intelligas de die illo supremo, ueniet & ille ueluti nocturnus fur, & obrepet inexpectatus, siue de die mortis cuiusq; frequenter & ille opprimit inopinantes atq; inter oscitantes. Nemo tam iuuenis est aut ualidus, nemo tam potēs, ut possit sibi crastinum polliceri. Summos etiā orbis monarchas mors inopinata tollit e medio. Sic pridem in medio rerum successu perijt Philippus Maximiliani Cæsaris filius. Sic Leonem decimum, quum omnia Romæ pstreperent triumphis & gratulationibus, subito mors exemit rebus humanis, quo transtulerit incertū, & in terris quidē a nemine poterat reprehendi, sed ipse nouit quam bonam causam habuerit apud tribunal Christi. Iugiter itaq; uigilandū, nequādo excidamus a uia iusta. Semp habeamus bonā cōscientiam apud deū, ut quādocumq; uenerit dies mortis, possimus de illius bonitate cōfidere. Tūc em infelices erūt, qui hic fidūt opibus suis, potētę suę, fortunę, diuini

D. ERASMI ROTERO. IN PSALMUM

nae, diuitijs, benefactis suis. Sed beati omnes, qui confidunt in dño, Ceterum in morte, qui poterunt confidere in domino, qui tota uita confisi sunt mundo. Hęc fiducia tametsi potissimum nascitur ex agnita clementia dei, tamen non coheret cum animo puerilo, sibi quę male conficio. Maledictus est, qui confidit in homine. Stultus est, qui confidit in diuitijs. Sic enim audit diues ille in Euāgelio: Stulte, hac nocte repetunt abs te animam tuam, & hæc quę parasti cuius erunt? Iudaicum est fidere suis operibus. Tametsi duplicia sunt opera, Iudaismi & charitatis. Illis periculose fidetur, nisi hæc accesserint. Rursus & horum inanis est fiducia, nisi diffusi meritis nostris, sacram quod aiunt, ancoram iecerimus in immensa bonitate dei. Notauit emphasim sermonis diuini Augustinus. Quum enim terrorem incussisset malis dicēs, Cū exarserit in breui ira eius, non adiecit, securos fore bonos, sed beatos. Non enim hi solum liberabunt a periculo, uerum etiam aternam beatitudinem consequentur, si desiderint rebellare Christo domini, si conturbati metu aterni supplicij agnouerint hunc esse regem cœli & terrę & inferorū, caput & pastorem totius ecclesię, extra quam nulla est speranda salus, ad huius preceptum esse uiuendum, hunc esse dei filium deum & hominem, cuius potestati nemo possit resistere, cuius uindictam nemo quamlibet potens possit effugare, si contempserit illius precepta. Si coluerint hunc reuerenter & circumspecte, si in hoc glorientur, sed interim cum tremore. Si totis studijs huius doctrinam arripuerint & in ea perseuerauerint, simul atque repente uenerit ille dies domini, magnus & terribilis, tum apparebit illorum infelicitas, quos hic mundus felicissimos iudicauit, & beati declarabuntur omnes, qui non posuerunt fiduciam suam in huius mundi præsidijs, non in operibus suis, sed in bonitate domini Iesu Christi. Iam tempus est, ut ad proximum psalmum transeamus, idque faciemus adspirante spiritu Iesu Christi, si prius ostenderimus mysticum huius psalmi sensum latius & ad uarias personas, uariarumque tempora proferrı posse, sicut hodie quoque ad unumquemque nostrum pertinet. Primum sensus historicus, tametsi friget quoties ad allegoriam acceditur, tamen frequenter & plurimum adfert lucis, & gratiæ non parum addit sensui mystico. Huius rei si quis uolet experimentum capere, legat Arnobij commentarium in psalmum David, deplorantis peccatum suum, cuius initium, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam

QVARE FREMVERVNT GENTES? COMMENT.

sericordiam tuam. Nec tamen est necesse, ut omnes uaticinij partes adamussim quadrent, uel historico sensui, uel allegorico, quod sepe quadam admisceantur in hoc, ut cohereat narrationis series. Rursus alia, quæ quoniam iuxta sensum historicum absurda sunt, cogant nos ad allegoriam confugere. Proximus gradus est, ut uaticinium proprie accommodetur Christo, demonstreturque iam olim de illo fuisse predictum prophetarum oraculis, quod aperte & sine inuolucris Euangelica narrat historia. Atque hic sensus præsertim in psalmis fere perpetuus est, in hoc sane etiam irrefragabilis scripturæ autoritate demonstratus, quemadmodum ostendimus. Huius tractatio mea quidem sententia difficillima est. Nam hoc recte peruestigato, non magni negotij est, sensum eundem a capite ad membra, & ab ætate qua Christus uersatus est in terris, ad præcedentia aut sequentia tempora deriuare. Quod enim a Phariseis, regibus & populo suo passus est Christus, hoc & ab impijs ante passi fuerant patres, & post Christum passi sunt Apostoli. Imo quemadmodum ab orbe condito, semper mundus persequutus est ueros dei cultores, ita usque ad finem sæculorū futurum est, Ceteraque quodammodo & facta sunt semper & fuerunt, quæ de irrisione diuina, de ira & furore, de reuocatione ad cultum filij dei, de terrore supremi iudicij scribuntur in hoc psalmo. Veritas euangelica Christus est, author rerum fluxarum mundus est. Denique in suis membris patitur aut refocillatur Christus. Superest extremus gradus, quum scripturæ sensus priuatim ad unumquemque nostrum referretur, totumque quod in reliquis sensibus per uarias personas gestum est, in uno geritur homine, ueluti quoties ira, libido, ambitio, auaritia mentem nostram sollicitant ad ea, quæ aduersantur Euangelicæ doctrinæ, tum quodammodo fremunt gentes, populi meditantur inania. Quod si ratio quoque cesset cupiditatum tumultibus, tunc assistunt reges terre, & principes conueniunt in unum aduersus deum, & aduersus Christum eius. Sed interim animus respiciens, memorque pristinae libertatis, ac pertesus duræ seruitutis, qua seruit peccatis, clamat: Dissipamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Et hunc conatum nostrum adiuuat e cœlis dominus, sic irridens ac subsannans nos, ut tantisper sinat nos obsequi cupiditatibus nostris, donec ipsi docti malis intelligamus, ex quibus rebus nobis pollicebamur mirificam felicitatem, ex his summam calamitatem

